SOCIETATIS IESU
SELECTI SCRIPTORES
II

S. PETRUS CANISIUS

CATECHISMI LATINI
TOM. I.

OAK ST. HDSF



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF ILLINOIS

q 238.2
C15c
1933
v.1
pt.1

I'm green
>30% Biobased
verified by ASTM D6866
CoLibrì
COVER SYSTEM ©
Made in Italy

Digitized by the Internet Archive
in 2025 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign Alternates

https://archive.org/details/spetricanisiidoc11cani

SOCIETATIS IESU
SELECTI SCRIPTORES
II

SOCIETATIS IESU SELECTI SCRIPTORES

A PATRIBUS SOCIETATIS EIUSDEM

EDITI

S. PETRUS CANISIUS

DOCTOR ECCLESIAE

TOMUS I

CATECHISMI
LATINI ET GERMANICI

ROMAE – PONTIFICIA UNIVERSITAS GREGORIANA | MONACHII BAVARIAE OFFICINA SALESIANA
MCMXXXIII

S. PETRI CANISII

DOCTORIS ECCLESIAE

CATECHISMI LATINI ET GERMANICI

EDITIONEM CRITICAM

CURAVIT

FRIDERICUS STREICHER S.I.

PARS PRIMA

CATECHISMI LATINI

ROMAE – PONTIFICIA UNIVERSITAS GREGORIANA | MONACHII BAVARIAE OFFICINA SALESIANA

MCMXXXIII

IMPRIMI POTEST

MONACHII, DIE 24 FEBRUARII 1933

FR. HAYLER
PRAEP. PROV. GERM. SUP.

IMPRIMATUR

MONACHII, DIE 6 NOVEMBRIS 1933

BUCHWIESER
VIC. GEN.

g 238.2
C15c
1933
V.1
pt.1

PIO XI

SUMMO PONTIFICI

CENTENARII XIX IUBILAEUM

REDEMPTIONIS NOSTRAE

PROMULGANTI

IESVS
CHRISTVS CRVCIFIXVS

Author atque conſummator
Sapientiæ, Iuſtitiæq; noſtræ.

PRAEFATIO EDITORIS.

S. Canisii catechismos mihi edituro in hac praefatione non de eorum necessitate et utilitate videtur esse disserendum, quia de his valet illud: „In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terrae verba eorum."[1] *Canisium scriptorem maxime feracem et universalem primorum Societatis Iesu patrum fuisse vix in dubium vocari potest. Non acie quidem ingenii speculativi fuit, ut P. Lainius vel P. Salmeron, neque iudicio historico-critico fuit praeditus sicut S. Bellarminus, attamen — id, quod maioris erat momenti — intime sentiebat, quae ad vitam religiose degendam suo tempore essent necessaria. Inde patet felix successus Sancti nostri in re catechetica per 50 vitae suae annos. „Vivo Canisio bis centies editi sunt catechismi et innumeris propemodum editionibus post eius mortem in vulgus diffusi, non in Germania solum, sed in tota fere Europa in viginti [quinque] circiter linguas translati. Non defuit, qui Canisii Summam i. e. Catechismum maiorem cum Sententiarum libro Petri Lombardi compararet nec, qui sanctum catechismi auctorem talem pro occidente, qualem s. Cyrillum Hierosolymitanum pro orientali ecclesia fuisse diceret."*[2] *De valore quidem scientifico et theologico operum s. Canisii, non nisi inspectis omnibus autographis et editis eius operibus, agetur in ultimo huius editionis tomo, qui etiam biographiam Sancti exhibebit.*

Qualem viam in editione catechismorum critica ingressus sim, hic pluribus exponere nihil attinet, quia ex iis, quae postea fusius dicentur, satis apparebit; itemque editionis, quae sit indoles et ratio quaerentem, adire velim Prolegomena. Tomus primus duabus constat partibus, quarum prima Catechismos Latinos scilicet Summam doctrinae christianae, Catechismum minorem i. e. Parvum catechismum catholicorum, Catechismum minimum, Catechismum imaginibus ornatum officinae Plantinianae a. 1589 continet. Pars altera tomi primi Catechismos Germanicos, scilicet minorem et minimum exhibet, quos Indices locorum sacrae scripturae sanctorumque patrum et index materiarum alphabeticus subsequentur.

Pietas postulat, ut a quibus opera et consilio ad hoc opus adiutus fuerim, eos grato hic animo commemorem. Plurima hac in re bibliothecis permultis lustratis debeo, imprimis Monacensibus: bibliothecae publicae et universitariae. Inter viros eruditos, qui de editione instituenda consilium mihi benignum impertiti sunt, memorandi sunt, quos gratissimo animo appello, Fridolinus Leiber, Iosephus Rest,

[1] *Ps. 18,5* [2] *Cfr. Lit. Decret. Pii XI. „Misericordiarum Dei" 1925; cfr. pg. 17*.*

Carolus Schottenloher, Iulius Wolf, imprimis vir clarissimus A. Ehrhard, qui ut moderator „Corporis catholicorum" luculento pecuniae munere opus suppeditavit. — Restat, ut etiam nostratibus, qui me in hoc opere absolvendo adiuverunt, gratissimum contester animum. Primo loco gratias singulares ago P^i L. Ueding, qui iam ab initio huic operi benevolentiam suam efficaciter praestitit et perscrutando notissimas bibliothecas multa protraxit mecum in lucem, vetera imo et nova, P^i Braunsberger editori Epistolarum s. Canisii incognita. Plurimum deinde debeo P^i Petro Vogt p. m., qui optimos labores praeparatorios exhibuit investigando locos patristicos. Grate pieque denique prosequor benignos Patres: R. van Oppenraaij Assistentem, St. Bednarski, A. Codina, H. van Laak, H. van Offeren, I. Sautu, I. Stiglmayr, qui consilio et opere subsidia optima huic editioni tulerunt. Restat denique, ut grato animo recorder officinam typographicam Salesianam Monacensem, ut quae canonizatione beati Don Bosco fundatoris Congregationis instante, non minus assidua industria quam perspicua elegantia primum tomum s. Canisii operum typis expresserit.

Dabam Monachii, anno iubilaei ineunte,
Kal. April. 1933

Fridericus Streicher S.I.

HOC PRIMO VOLUMINE CONTINENTUR

I. LITTERAE DECRETALES PII PAPAE XI. 11*—24*

II. PROLEGOMENA.

1. CONSPECTUS OPERUM S. CANISII.

PROLEGOMENON I. CUR NOVA EDITIO OPERUM S. CANISII? . . . 27*

PROLEGOMENON II. S. CANISII SCRIPTA: . . . . . 28*—37*

A. Elenchus syntheticus 28*

B. Conspectus chronologicus. 29*

2. CATECHISMI S. CANISII.

PROLEGOMENON III. DE ORTU ET PROGRESSU CATECHISMORUM . . . 38*—63*

A. Summa

I. Antetridentina . . . . . 38*—49*

1. De compendio theologico a PP. Iaio et Canisio conficiendo . 39*

2. De compendio theologico a PP. Lainio et Canisio conficiendo . 42*

3. De Summa a Canisio elaborata 43*

II. Posttridentina . . . . . 49*—52*

B. Catechismus minimus Latinus 52*

C. Catechismus minimus Germanicus 53*

D. Catechismus minor Latinus 55*

E. Catechismus minor Germanicus 61*

Summarium 62*

PROLEGOMENON IV. FORMA CATECHISMORUM . . . . . 64*—75*

A. Catechismorum communia 64*

B. Catechismorum propria 66*

I. Summa . . . . . 66*—71*

1. Antetridentina 66*

2. Posttridentina 66*

3. Opus catechisticum 67*

II. Catechismus minor 71*

III. Catechismus minimus 72*

IV. Catechismi imaginibus ornati 74*

PROLEGOMENON V. CATECHISMIS ADNEXA . . . . . 76*—88*

A. Litterae dedicatoriae

I. Ad senatum populumque Coloniensem 76*

II. Ad Guilelmum V. ducem Bavariae 78*

III. Ad Iulium Echter ep. principem Herbipolensem . . . 79*

B. Praefationes 85*

C. Kalendaria 87*

D. Confessio s. Canisii 87*

Prolegomenon vi. Fontes catechismorum . . . . . 89*— 92*
i. Fontes primarii 89*
1. Sacra scriptura 89*
2. Patres 89*
3. Decreta conciliorum et synodorum 89*
ii. Fontes secundarii 89*
1. Decretum Gratiani 90*
2. Decretales Ps. Isidori 90*
Appendix: Catalogus patrum et conciliorum ex editione Plantiniana Antverpiensi H 1 . . . . . 90*— 92*
Prolegomenon vii. Rationes prosperi successus catechismorum Canisii 93*— 95*
Prolegomenon viii. Conspectus bibliographici . . . . . 96*—181*
A. Editiones chronologice dispositae . . . . . 96*—102*
i. Summae 96*
ii. Catechismi minores Latini 97*
iii. Catechismi minimi Latini 102*
B. Conspectus editionum inter se cohaerentium . . . . . 103*—164*
i. Summae 103*
ii. Catechismi minores Latini 129*
iii. Catechismi minimi Latini 159*
Appendix: Stemmata . . . . . 161*—164*
C. Conspectus catechismorum geographicus . . . . . 165*—167*
Appendix: Tabula geographica 167*
D. Conspectus Officinarum typographicarum 168*
E. Conspectus signorum typographicorum . . . . . 169*—180*
Appendix: De orthographia editionum 181*
Prolegomenon ix. De nova editione: Normae huic editioni propriae . 182*—187*
Appendix: Codices manuscripti in hoc volumine citati . . . 183*
Opera saepius citata 183*
Index notarum 187*
Corrigenda 187*

III. TEXTUS CATECHISMORUM LATINORUM.

Catechismus maior sive Summa Ante-Tridentina . . . . . 1— 75
Catechismus maior sive Summa Post-Tridentina . . . . . 77—207
Catechismus minor sive Parvus catechismus catholicorum . . . 209—261
Catechismus minimus . . . . . 263—271
Catechismus imaginibus ornatus a. 1589 . . . . . 273—398

LITTERAE DECRETALES

PII PAPAE XI

LITTERAE DECRETALES

QUIBUS

BEATUS PETRUS CANISIUS

SACERDOS E SOCIETATE IESU

SANCTORUM FASTIS ADSCRIBITUR

ET UNIVERSALIS ECCLESIAE DOCTOR DECLARATUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Misericordiarum Deus, qui olim, ut filios Israel, a mandatis suis aberrantes, in viam iustitiae ac veritatis revocaret, Prophetas e medio populi electi suscitabat, in novo quoque Foedere identidem, vertentibus saeculis, praeclaros pietate ac doctrina viros e gremio Ecclesiae suae produxit, qui, pro temporum necessitatibus, Christi asseclas in fide confirmarent, dissidentes ad catholicam unitatem reducerent, evangelicae veritatis integritatem, et scriptis et opere, ab adversariorum conatibus strenue defenderent.

Mirabilis huius erga Ecclesiam providentiae insigne exstat documentum beatus Petrus Canisius. Qui, sicut Ezechiel Propheta, „ad gentes apostatrices" missus,[1] tanta cum virtute et doctrina apud illos populos Christi legatione functus est, ut haereticorum malleus, et alter, post sanctum Bonifatium, Germaniae apostolus meruerit appellari, dignusque habitus sit, qui ad tutandam in Germania religionem divinitus datus putaretur.

Petrus Canisius, Noviomagi in Gelria nobili genere, Iacobo Kaniss et Aegidia Van Houweningen, piis parentibus, ortus est die festo apparitionis sancti Michaelis Archangeli, die octava mensis Maii, anni millesimi quingentesimi vigesimi primi: itaque eo ipso anno, quo in Germania, contra catholicam fidem atque hanc Apostolicam Sedem, immanis rebellionis signo elato, ingens hominum turba a mystico Christi ovili lugenda defectione avellebatur; in Hispania vero Ignatius de Loyola, Societatis Iesu auctor et parens, in obsidione arcis Pampilonensis salutari vulnere prostratus, terrestri militia abdicata, ad proelianda proelia Domini se convertit: Deo nimirum portendente, quos ille posthac adversarios, quem sacrae militiae ducem esset habiturus.

Post pueritiam, in paterna domo peractam, Petrus Coloniam Agrippinae, humanioribus litteris operam daturus, se contulit. Lovanii deinde sacrorum canonum studio vacavit, quo absoluto, Coloniam repetens, iubente patre, iuri civili ac philosophiae addiscendae animum adiecit, magnam utrobique ingenii laudem sibi acquirens

[1] Ezech. 2, 3

et optimam de se spem relinquens. Inter haec, pericula incautae iuventuti facile obrepentia aliquantulum expertus, brevi, Deo favente, pristinam animi puritatem ac quietem recuperavit, ope praesertim pii sacerdotis Nicolai Van Esch, quo conscientiae moderatore et christianae perfectionis magistro Coloniae utebatur.

Quod iampridem mente conceperat, totum se Deo mancipare, id, honestissimis nuptiis recusatis, magno animo complevit, perpetuam vovens castitatem die vigesima [quinta] mensis Februarii anni millesimi quingentesimi quadragesimi; cuius voti se numquam poenituisse ipse prope moriturus professus est. Philosophiae lauream adeptus, theologiae studium solita alacritate est aggressus, enixe interea Deum rogans, ut quamnam ingredi deberet viam sibi clarius ostenderet.

Moguntiam tunc advenerat beatus Petrus Faber, primus sancti Ignatii et ab eo conditae Societatis Iesu alumnus, qui Exercitiis Spiritualibus tradendis praeter ceteros excellebat. Canisius, ardenti incensus desiderio hunc Dei Famulum cognoscendi, de quo tam multa et praeclara audiebantur, Moguntiam petiit eique docilem discipulum se obtulit. Mensem integrum apud eum commoratus et miram Exercitiorum Spiritualium vim expertus, inde se non discessurum edixit, antequam a beato Petro Faber in Societatem Iesu assumptus esset. Persenserat enim hunc esse Ordinem illum Clericorum, qui propheticis nec obscuris indiciis ei puero a Deo designatus non semel fuerat. Voti compos factus, primus e regionibus Germanico imperio subiectis in Societatem Iesu admissus est mense Maio anno millesimo quingentesimo quadragesimo tertio.

Coloniam reversus, egregium evangelicae paupertatis exemplum dedit: nam, patre tunc amisso, hereditatem suam fere totam, eamque ingentem, pauperibus distribuit, sibi suisque sociis ea solum retinens, quae ad studia absolvenda prorsus necessaria forent. Iam inde ab illa aetate tanto vindicandae fidei ardore flagrare coepit, ut, vix ad Diaconi munus evectus, e suggestu verba faciens, haereticorum audaciam frangeret, impetum retardaret.

Sacerdotali auctus dignitate, anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, tantam dein in contionando famam acquisivit, ut celeberrimae totius fere Germaniae cathedrales ecclesiae ipsaeque Principum aulae eum expeterent contionatorem. Totus simul incubuit ad Ecclesiae Catholicae iura defendenda et labantes, vel delapsos animos, a pernicie aut servandos aut retrahendos. Summo cleri et populi Coloniensis consensu ad Georgium Austriacum, Leodiensium Episcopum, et ad Carolum Quintum Augustum legatus est adversus Hermannum, Coloniensis Ecclesiae Antistitem, qui, haereticorum artibus irretitus et novarum opinionum illecebris captus, falsas doctrinas palam profitebatur.

Vix annum sextum supra vigesimum Petrus attigerat, cum a Cardinali Othone Truchsess, Episcopo Augustano, ad Concilium Tridentinum, theologi munere ac nomine insignitus, missus est, omnibus iam tunc eius doctrinam et apostolicum zelum admirantibus.

Romam a sancto Ignatio vocatus, magna animi laetitia et ingenti fructu Legiferi Patris conversatione aliquamdiu usus est. Messanam deinde, claram Siciliae urbem, ire iussus, politiores litteras in illo primo Societatis Collegio summa cum laude docuit. Anno vix elapso, in Urbem revocatus, in templo Beatae Mariae Virginis a

Strata coram sancto Parente Ignatio, die quarto Septembris anni millesimi quingentesimi quadragesimi noni, solemnem quatuor votorum professionem emisit.

Pridie in hac Nostra Basilica Vaticana ad Germaniae apostolatum, instinctu divino, se vocatum senserat; eodem autem faustissimo die, dum ad Principis Apostolorum sepulcrum fervidas effundebat preces, Dominus Iesus dulcissimum Cor suum apertum ei spectandum praebuit et purissimi amoris aquas inde haurire iussit. Accessit tremens beatus Vir, et intimam fidei, spei, caritatis, qua aestuabat, sitim copioso haustu exstinguere potuit. Qua mirabili divinae Bonitatis effusione recreatus, Ssm̃um Cor Iesu ex illo tempore impense colere coepit, ac tam salutarem cultum alios quoque docere non intermisit, suavissimis etiam precibus in eius honorem conscriptis; dignus propterea qui inter praeclaros sanctae Margaritae Mariae Alacoque quasi praecursores iure meritoque adnumeretur.

Hisce aliisque eximiis Dei donis ornatus et instructus, novus Germaniae apostolus ad ministerium suum aggrediendum aptissime sane paratus erat. Sed ab illo mitti oportuit, cui soli dictum est: „Pasce agnos meos!";[1] cum de aliis omnibus Evangelii praeconibus scribat Apostolus: „Quomodo praedicabunt, nisi mittantur?".[2] Beatus igitur Canisius a sancto Parente Ignatio in Germaniam stabili designatione redire iussus, fel. rec. Paulo III, Decessori Nostro, ut olim Beato Gregorio II, Praedecessori etiam Nostro sanctus Bonifatius, humillime se sistit, Apostolicam benedictionem impetraturus. Felix profecto Pontifex, cui contigit duos e Societate Iesu, a se approbata, insignes apostolos, quorum laus est in Ecclesia, sua auctoritate instruere, sua benedictione munire: Franciscum Xaverium et Petrum Canisium!

Hic, vocatione mystica per Romani Pontificis missionem confirmata, iter statim arripuit; sed Bononiae, Superiorum iussu, tantisper constitit, ut theologiae lauream consequeretur. Qua, facto periculo, feliciter obtenta, et magisterii insignibus a Cardinali Ioanne Maria Del Monte, mox Iulio III futuro, sollemni ritu acceptis, Alpes transcendit et Ingolstadium petiit, exeunte anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Divinae gloriae amplificandae unice intentus, dici vix potest, quot per annos amplius quadraginta labores susceperit, aerumnas pertulerit. Cunctas fere Germaniae regiones, Bavariam praesertim et Franconiam, itemque Austriam et Bohemiam atque Helvetiam religionis causa peragravit; omne hominum genus saluberrimis institutis in multitudine et privatim excoluit, multasque civitates, vel ab haereseos contagione defendit, vel haeresi infectas catholicae fidei restituit.

In Ratisbonensi et in Augustano conventu Imperii proceres ad iura Ecclesiae tuenda et mores populorum emendandos excitavit. In colloquio Wormatiensi cum haereseos magistris disserens, tantam eruditionis copiam ac dicendi vim protulit, ut eos ad silentium adegerit. In Poloniam quoque ad conventum Petricoviensem a fel. rec. Paulo IV Summo Pontifice ire iussus, eamdem animi fortitudinem, infelici illius colloquii exitu minime debilitatam, ad finem usque servavit.

Primus a sancto Ignatio moderandae Superioris Germaniae Provinciae praepositus, domos et collegia multis in locis condidit, et evangelicos operarios ad errores evellendos, serendamque pietatem in omnem Germaniam misit. Dilingae in Bavaria

---

[1] Ioan. 21,15 [2] *Rom. 10,15*

huiusmodi collegii initia Deus ipse sacranda curavit, cum sanctus Stanislaus Kostka, a Deipara Virgine in Societatem Iesu vocatus, et Vindobona mirabili constantia Romam aufugiens, in itinere Canisium, Dilingae tunc commorantem, adiit. Hic seraphicum iuvenem ad eius vocationem tentandam per mensem retinuit, ac deinde Romam ad sanctum Franciscum Borgia, tertium Societatis Praepositum, remisit, apertis verbis declarans, quantam de illo spem animo concepisset, quam profecto non fefellit eventus.

Concilio Tridentino, a fel. rec. Pio IV Decessore Nostro rursus convocato, Petrus Canisius, a Pontificiis Legatis vehementer expetitus, iterum interfuit, ibique eius in disserendo doctrina, in elucidandis quaestionibus consilii maturitas, in respondendo alacritas, in dicenda sententia gravitas ac constantia mirum in modum effulsit. Cuius celeberrimi Concilii felicem exitum absens deinceps non minus iuvit, quam promoverat praesens: nam, Tridento Augustam Vindelicorum ob gravissima religionis negotia redire coactus, et inde Oenipontem a Ferdinando Imperatore revocatus, ut in theologorum conventu sibi a consiliis esset, Ecclesiae in Concilio moderando libertatem atque Apostolicae Sedis iura strenue simul et prudenter propugnavit. Quibus meritis bene cognitis, idem Decessor Noster Pius IV tanta affectus est laetitia, ut Franciscum Borgia, qui vicaria tunc potestate Societatem Iesu in Urbe regebat, ad se venire iusserit et Canisium summis laudibus praedicans, cum sanctum filium absentem amplecti non posset, pro eo sanctum patrem peramanter amplexus sit. Cum Romam deinde Beatus Petrus ob Societatis negotia venisset, Summus Pontifex ei in Germaniam redeunti commisit, ut decreta Concilii Tridentini episcopis et saecularibus principibus, Sanctae Sedis nomine, traderet et in morem ubique perducenda commendaret.

Ad alias quoque legationes a rec. me. Gregorio XIII, Decessore item Nostro, adhibitus, alacri semper et numquam fracto difficultatibus animo, gravissima religionis negotia tractanda suscepit ac, vel inter praesentia vitae discrimina, ad exitum feliciter perduxit.

In academiis sacrarum humanarumque disciplinarum studia, miserandum in modum collapsa, instauravit. Collegium Germanicum, adolescentibus illius regionis excipiendis educandisque in Urbe institutum, qui, bonis moribus rectisque doctrinis imbuti, in patriam reversi, fortes Christi milites pro Ecclesia dimicarent, omni ope provehere atque amplificare curavit.

Tot inter curas, mirum sane est eum tempus et vires invenisse ad tam multa tamque praeclara conscribenda, quae totam, vel operosissimi hominis, vitam omnino absorbere debuisse videantur. Omissis iis, quae adhuc manuscripta neque edita iacent (inter quae duo circiter millia contionum de rebus fidei et morum, triginta tribus voluminibus contenta), opera ab ipso vulgata amplius triginta numerantur. Contra Centuriatores Magdeburgenses, sancto Decessore Nostro Pio V iubente, apologiam de catholicis veritatibus historicam simul et theologicam aggressus est. Duo prima et, pro dolor, sola, ingentis molis volumina, quae communi titulo *De Verbi Dei corruptelis* inscribuntur, ea profecto sunt, ut giganteum opus heroica obedientia abruptum fuisse aequales dolerent, posteri doleant. Occasione sumpta a Ioannis Baptistae praedicatione, quam in primo volumine enarrat, eruditissimus Scriptor contra Centuriatores evincit ad internam iustificationem praeter fidem etiam bona

opera esse necessaria; secundum autem volumen, quod in Beatae Mariae Virginis laudibus totum versatur, integram eamque copiosissimam de Deipara doctrinam complectitur, a Sacris Litteris et Catholica traditione desumptam. Per octingentas hasce paginas, praeter exquisitam scientiam, tenerrima, qua Beatus Petrus flagrabat, pietas in „Mariam Virginem incomparabilem et Dei Genitricem sacrosanctam" (ut eius verbis utamur), ingenuo quodam candore effunditur.

Quasi omnibus se profiteretur debitorem, omnibus hominum condicionibus utile ac sanum praebuit animi pabulum: pro eruditis viris editiones ampliores et, quantum tunc fieri potuit, criticas edidit operum S. Leonis Magni et S. Cyrilli Alexandrini, atque epistolarum S. Hieronymi; in usum puerorum *Principia grammatices* parare non est dedignatus; ad pietatem in populo christiano fovendam complures libellos composuit, qui *Lectiones et precationes, Institutiones et exercitamenta, Notae in evangelicas lectiones* inscribuntur; viris quoque primariis proposuit *Enchiridion pietatis, quo ad precandum Deum instruitur princeps catholicus.* Eamdem eruditionis et doctrinae copiam, idem indefessum divinae gloriae studium, eumdem animarum zelum redolent vere innumerae a Beato Viro de quibusvis, etiam gravissimis, negotiis conscriptae *Epistolae* (aliquas tractatus potius theologicos, vel asceticos dixeris), quas nuper editas octo omnino volumina complectuntur.

Nullum vero Beati Petri Canisii opus ubique gentium tantam habuit famam, quantam iure meritoque collegit eius *Summa doctrinae christianae.* Cum enim in Universitatibus Ingolstadiensi et Vindobonensi sacram theologiam doceret, persenserat Canisius huius libri necessitatem; facile igitur Ferdinando Imperatori, id ipsum hortanti, dociles praebuit aures, et anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto pro academiis primum et scholis superioribus suam edidit *Summam,* maximo Episcoporum et Theologorum plausu, nec minore Ecclesiae utilitate. Dilucide et presse confectus, genuinum catholicum magisterium nusquam non exprimens, dici vix potest, quantum ad clericos recte instituendos et ad errores refellendos hic liber ad nostra fere usque tempora iuverit. Aequalem, ne dicamus maiorem, doctissimo Auctori pepererunt famam minores et minimi, qui vocantur, *Catechismi,* ex *Summa,* pro scholis inferioribus et pro parvulis elementarium scholarum discipulis, opportune excerpti. Vivo Canisio bis centies huiusmodi libelli editi sunt, et innumeris propemodum editionibus post eius mortem in vulgus diffusi, non in Germania solum, sed in tota fere Europa, in viginti circiter linguas translati.

Non defuit qui Canisii *Summam* cum *Sententiarum Libro* compararet, nec qui Beatum *Catechismi* auctorem talem pro Occidente, qualem S. Cyrillum Hierosolymitanum pro Orientali Ecclesia, fuisse diceret. Beatum quoque Robertum Bellarminum doluisse ferunt, quod sero Canisii *Catechismum* noverit: si prius cognovisset, suum se non editurum, sed illum in italicum sermonem conversurum fuisse.

Tot tantisque curis, itineribus, laboribus distentus, Beatus Dei Famulus animum semper collectissimum et cum Deo coniunctissimum gerebat; domi autem cum versabatur, multas quotidie horas, interdum noctis etiam partem, orationi tribuere in deliciis habebat, lacrimis plerumque perfusus et ita a sensibus abductus, ut haud facile ad humanae vitae necessitudines revocaretur. Deiparae Virginis, ut supra significavimus, studiosissimus cultor, Marianas Sodalitates non modo pro iuvenibus,

sed pro variis quoque civium ordinibus ubique instituendas curavit. Corporis afflictationi semper deditus, cruentas haud raro asperitates in se exercebat, vigiliis ac ieiuniis saepe quasi armis utens, ad difficultates in sacro ministerio sibi obsistentes citius et melius superandas. Mortificatione ac patientia insignis ad exemplum, nullis unquam neque contumeliis, neque minis, neque ipsa capitis dimicatione ab inceptis deterreri potuit. Ea vero erat humilitate, ut Vindobonensem episcopatum semel atque iterum oblatum constantissime recusaret, et vix adduci potuerit, ut illius Ecclesiae procurationem susciperet, Apostolica auctoritate a Iulio III Romano Pontifice ei ad annum demandatam. Enixis autem precibus plurimisque lacrimis sanctae memoriae Antecessorem Nostrum Pium V obsecravit, ut a consilio desisteret, eum in Sacrum Purpuratorum Patrum Collegium cooptandi. Cum autem ille de se tam demisse sentiret, magni fiebat ab omnibus quotquot tunc erant inter catholicos, civili, vel ecclesiastica potestate fulgentes, quatuor praesertim Summis Pontificibus apprime carus et a Ferdinando Imperatore, ab Alberto Bavariae Duce aliisque Principibus Viris expetitus. Qui vero tunc in Ecclesia sanctitatis laude florebant, singulari eum amicitia prosequebantur: nam, ut sanctum Ignatium aliosque eiusdem aetatis e Societate Iesu Sanctos, vel Beatos et, quem plus semel iam commemoravimus sanctum Pium V omittamus, Carolus Borromaeus et Philippus Nerius et alii complures pietate insignes magno in pretio eum habuerunt et summis laudibus extulerunt.

Ignatii Patris monitis institutus, obedientiam in primis coluit; cuius virtutis praeclara per totam vitam praebuit exempla, sed tunc praesertim cum, laboribus magis quam aetate fractus, facta ei omnem regiminis titulum et potestatem deponendi facultate, quibusvis Superiorum, vel inopinatis ingratisque, dispositionibus libens laetusque se subiecit.

Ultimam laboriosissimae vitae partem Friburgi in Helvetia transegit et incredibile, quantum ibidem ad maiorem Dei gloriam, animarum multarum salutem, fidem in compluribus pagis, vel conservandam, vel restaurandam, per annos septemdecim integros gessit. Gravissimo tandem morbo correptus, ad optatum finem magnis itineribus se properare sensit. Sanctis Ecclesiae Sacramentis rite munitus, in eadem urbe in osculo Domini, adstante, ut pie creditur, ipsa Domini Matre, quievit anno salutis millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, aetatis suae septuagesimo septimo, die vigesima prima Decembris, quo die Sancti Thomae Apostoli festum agitur.

Illi, vita functo, tamquam communi patri universa civitas, concursu prope incredibili et multis lacrimis, parentavit. Primum in maiore urbis templo, Sancto Nicolao dicato, venerandum corpus est conditum; unde post annos duodetriginta in templum Sancti Michaelis, Collegio Societatis Iesu contiguum, honorifice translatum est, ubi ad hoc usque tempus pie colitur.

Statim ab eius obitu, Petri Canisii nomen et sepulchrum miraculorum fama tota septentrionali Europa inclaruit. E quibus, praeter ea, quae ab hac Apostolica Sede pro Venerabilis Viri beatificatione approbata infra commemorabimus, nonnulla alia hic significasse sufficiat, ut omnibus notum sit, quam copiosam Deus retribuat gloriam iis, qui sanctissimum Eius Nomen totis viribus in terris glorificare studuerunt.

Cum in templo S. Nicolai sacrum Canisii corpus, antequam sepulchro conderetur, communi civium venerationi expositum esset, pia quaedam mulier Friburgensis, iamdudum insanabili epileptico morbo laborans, in templum venit, haec intra se, sicut evangelica illa mulier, magna cum fiducia revolvens: „Si tetigero tantum vestimentum eius, salva ero."[1] Sed, impedita prae turba, quominus ad Dei Famulum propius accederet, totam illam noctem, clam in templo delitescens, apud sacras exuvias, iam tumulo inclusas, in oratione permansit; nec frustra: nam, illucescente die, domum rediit prorsus sanata, et ab illo morbo, donec vixit, semper deinceps immunis.

Ad idem gloriosum sepulchrum puella surda mutaque nata auditum et loquelam recuperavit.

Mulier, Simona Toba nuncupata, invocato Canisii patrocinio, oculi, ex quo laborabat, lumen recepit.

Ursulina quaedam, pia monialis, ab apoplectico morbo aliisque infirmitatibus illico et perfecte sanata est.

Canisio deprecatore, compluribus aliis insanabilibus morbis efficax remedium allatum, terribile etiam incendium mirabiliter extinctum.

Invalescente igitur cum sanctitatis tum miraculorum fama, annis millesimo sexcentesimo vigesimo sexto et millesimo sexcentesimo trigesimo, sacrorum Antistites Lausannensis et Frisingensis operam dederunt, ut de Petri Canisii vita et virtutibus et prodigiis ordinaria quaestio institueretur. Verum, suborti bellorum tumultus, quominus haec causa progredi posset, omnino prohibuerunt.

Compositis paulisper rebus, anno millesimo septingentesimo trigesimo, novas dederunt Summo Pontifici postulatorias litteras Carolus VI Augustus, aliique Imperii proceres atque Episcopi, Apostolicam Sedem exorantes, ut strenuissimo catholicae fidei propugnatori Caelitum honores tribuerentur. His permotus Praedecessor Noster Clemens XII, fel. rec., de Venerabilis Petri Canisii causa apud S. Rituum Congregationem introducenda chirographum subscripsit. Tunc Apostolica auctoritate inquiri coepit de virtutibus, quibus Dei Famulus enituisset; sed, turbulentissimis deinde rei sacrae et publicae excitatis tempestatibus, huius Causae cursus diu intermissus mansit.

Fel. demum rec. Gregorius Papa XVI, Praedecessor quoque Noster, die vigesima octava Ianuarii anni millesimi octingentesimi quadragesimi quarti, praehabita cum Consultorum tum Patrum Cardinalium S. Rituum Congregationis affirmativa sententia, rite edixit: „Ita constare de Virtutibus theologalibus et cardinalibus earumque adnexis in gradu heroico Ven. Servi Dei Petri Canisii, Sacerdotis professi Societatis Iesu, ut tuto procedi possit ad ulteriora, nimirum ad discussionem quattuor miraculorum."

Itaque haec de miraculis quaestio institui coepit, atque, post solita antepraeparatoria et praeparatoria comitia, annis millesimo octingentesimo sexagesimo et sexagesimo secundo habita, in Aedibus Vaticanis die duodecima Ianuarii anni millesimi octingentesimi sexagesimi quarti Generalis Congregatio secuta est, in qua cum cl. me. Constantinus Cardinalis Patrizi, Causae Relator, coram fel. rec. Pio Papa IX,

[1] Matth. 9,21

Praedecessore etiam Nostro proposuisset dubium: «An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur," Patres Cardinales et Consultores suam quisque sententiam aperuerunt. At de communi hoc suffragio idem Praedecessor Noster apostolicum distulit denunciare iudicium usque ad diem Patrocinio castissimi Deiparae Sponsi sacrum, die decimo septimo Aprilis eiusdem anni; quo die, Eucharistico sacrificio ad Vaticanas Aedes oblato, postquam in Patriarchali Liberiana Basilica altare consecrasset in hypogeo Confessionis, in proximo eiusdem Basilicae Sacrario, solemniter pronuntiavit: «Constare de quatuor miraculis in tertio genere, intercessore Venerabili Petro Canisio, a Deo patratis; scilicet de primo: Instantaneae perfectaeque sanationis Elisabethae Vanderweit a lethali hepato-emphraxi, quae in abscessum migraverat, teterrimis stipata symptomatibus; de secundo: Instantaneae perfectaeque sanationis Annae Mariae Kern ab chronica rheumatalgia, quae, in insanabilem arthritidem conversa, mortem portendebat; de tertio: Instantaneae perfectaeque sanationis Margaritae Allaz a labe confirmata et incurabili post diuturnum pulmonis morbum; de quarto: Instantaneae perfectaeque sanationis Mariae Annae Buman a paralysi, post ingestum venenum, saevissimis convulsionibus stipata."

Post haec, nihil aliud eximio huic Famulo Dei ad laudis culmen in Ecclesia promerendum deerat, nisi ut penes Sacrorum Rituum Congregationem proponeretur dubium: «An, stante approbatione virtutum et miraculorum, *tuto* procedi posset ad Beatorum honores Venerabili Petro Canisio sanciendos." Quo favorabiliter resoluto, idem Pontifex, anno millesimo octingentesimo sexagesimo quarto, postquam in Patriarchali Archibasilica Lateranensi, die vigesimo quarto mensis Iunii, quo Sancti Praecursoris memoria colitur, sacro adstante Patrum Cardinalium Collegio, Missae Pontificali interfuisset, in proximo eiusdem Archibasilicae sacrario, rite ac solemniter decrevit: «*Tuto* procedi posse ad solemnem Venerabilis Petri Canisii Beatificationem." Quod decretum publici iuris fieri, et in Sacrorum Rituum Congregationis acta referri iussit, Litterasque Apostolicas, in forma Brevis, de Beatificationis solemniis in Patriarchali Basilica Vaticana quandocumque celebrandis, expediri mandavit. Breve autem ipsius Beatificationis datum fuit in Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die secunda mensis Augusti, anno millesimo octingentesimo sexagesimo quinto. Beatificationis vero solemnia in Vaticana Aede Beati Petri die vigesimo Novembris eiusdem anni celebrata sunt.

Quinquagesimo septimo anno nondum expleto, ex quo Petrus Canisius Beatorum Caelitum honoribus auctus erat, causae *reassumptio* a fel. rec. Benedicto Papa XV, proximo Decessore Nostro, die vigesima mensis Martii anni millesimi nongentesimi vigesimi primi, Apostolica auctoritate decreta est.

Duae autem, quae sequuntur, a Causae Postulatore propositae sunt prodigiosae sanationes, a Deo, Beato Canisio deprecante, in dioecesi Ruremondensi in Neerlandia patratae, ut super iisdem institueretur actio.

Primum ex his miraculis contigit Sorori Ignatiae Walburgae Schneller, e Congregatione a Caritate S. Francisci. Haec, ab infantia infirma semper utens valetudine, tertio fere, aut quarto quoque anno aegrotare solita, convulsionibus etiam aliquando in puerili aetate obnoxia, ab undecimo usque ad vigesimum annum singulis

fere mensibus vehementer e genibus laborabat. Annum agens septimum supra vigesimum, Religiosae Congregationi a Caritate S. Francisci nomen dedit, in eaque, expleto tirocinio, die decimonono Decembris anno millesimo octingentesimo nonagesimo sexto religionis vota nuncupavit. Typho, quem vocant, primo religiosae vitae anno, correpta et viribus pene confecta, trigesimo aetatis anno erythomate, quod morbillorum speciem prae se ferebat, tentata est. Anno millesimo nongentesimo quarto, inopinate sanguinem evomuit, qui utrum a pulmonibus, an ex stomacho proveniret duo medici statuere incassum conati sunt. Brevi ex hoc morbo convaluit viresque corporis recuperavit, sed, insequenti anno, cum copiosiorem sanguinis eruptionem iterum passa esset, plures exinde ei molestiae, vehementes alvi dolores, vomitus frequentes, aliaque id genus incommoda obvenerunt, in dies percrebrescentia. Anno demum millesimo nongentesimo decimo, medici auxilium invocandum fuit. Hic, Sororem Ignatiam hernia «incarcerata," ut aiunt, laborare ratus, chirurgicam sectionem expertus est, ex qua, praeter expectationem, aegrotam tuberculosi intestinali affectam esse, apparuit. Quapropter Doctor Rembauts, qui chirurgicam operationem peregerat, partem tuberculosi morbidam auferendam duxit. Post hanc chirurgicam sectionem Soror Ignatia aliquot annorum spatio aliquantulum melius se habuit, integra tamen valetudine minime recuperata. Etsi enim maximas adhiberet cautelas cibosque nonnisi leves sumeret, anno millesimo nongentesimo decimo quinto, crebris vomitionibus ac vehementibus alvi doloribus rursus premi coepit, interdum vix, aut ne vix quidem, recto corpore incedere valens: quae quidem infirmitates, ineunte anno millesimo nongentesimo vigesimo primo, adeo auctae erant, ut Ignatia nullum iam cibum, ne liquidum quidem, continere posset, et lectulo affixa, ob pectoris ac dorsi dolores resupina iacere cogeretur. Doctor Kettler, qui eam diligenter inspexerat, de acuta intestinorum tuberculosi agi ideoque nova sectione chirurgica opus esse edixit. Periti vero, postea ex officio deputati, Doctores Henricus Pomponi, Albertus Ciotola et Nicolaus Gentile, Sororem Ignatiam occlusione intestinali chronica ex affectione tuberculari laborasse declararunt.

Cum iam omnia remedia humana inutilia evasissent, et mors adventare videretur, Soror Maria Cornelia Casimir, Generalis Antistita, divinam opem, interposito Beati Petri Canisii patrocinio, implorare constituit. Eius reliquiis a Patribus Societatis Iesu obtentis, novendialis in monasterio supplicatio instituta est, Missis in hunc finem quotidie celebratis et fervidis precibus fusis. Nec frustra: statim ac Beati reliquiae Sorori aegrotanti applicatae sunt, haec melius se habere sensit, et opinione citius perfectae sanitati restituta est, omni gravissimi morbi vestigio deleto.

Alterum miraculum accidit in Collegio S. Ignatii, quod habet Societas Iesu Valkenburgi, in oppido Neerlandiae, in dioecesi Ruremondensi. Frater Petrus Schmitz, Scholasticus ex eadem Societate, annum agens quartum supra vigesimum, vix ab «influentiae" morbo, quem vulgo appellant, convaluerat, cum, paucis post diebus, die duodecima Ianuarii anni millesimi nongentesimi vigesimi secundi iterum aegrotare coepit, sed morbo longe graviore, id est angina cum abscessu coniuncta. Arcessito medico et abscessu inciso, aegrotus aliquod levamen inde persensit, et febris recedere visa est. At ecce, praeter spem morbus mox ingravescit, febris maiore impetu redit, acres artuum et dorsi dolores per brachia, manus, pedes, latera migrantes obveniunt, magna quoque cordis debilitas, spirandi difficultas, ciborum fastidium,

lucis impatientia, pulsus tenuis, irregularis, citatissimus. Qui aegroti curationem susceperant, Doctores Hapig et Kettler, his morbi notis perpensis et collatis consiliis, de „sepsi" agi persuasum habuerunt. Quod duo a curatione medici de lethali „sepsi" edixerunt iudicium, hoc postea periti quoque ex officio vocati, Doctores Franciscus Xaverius Armellini, Franciscus Pagano et Boleslaus Madeyski diserte confirmarunt. Ob aegritudinis indolem et gravitatem, Doctor Kettler, nullam salutis spem superesse ratus, seri iniectionem proposuit, quae tamen, semel atque iterum peracta, optato exitu caruit; et aegrotus, ad finem properare visus, morientium Sacramentis munitus est. Omni igitur humano auxilio deficiente, infirmus eiusque sodales intercessionem Beati Petri Canisii fidenter invocarunt, novendiali supplicatione inchoata. Collegii Rector articulum digiti Beati Petri aegrotanti obtulit, qui deinceps semper ante pectus eas reliquias gestabat. Absoluta novendiali supplicatione, febris iterum augeri coepit, et medici de bono morbi exitu desperandum asserebant. Iteratis per alios novem dies precibus, et Missae sacrificio iisdem diebus oblato, aegrotus saepius in die exhibitas sacras reliquias deosculans, easque infirmis corporis partibus, ac praesertim cordi, applicans, pro Beati Petri Canisii canonizatione, addita recitatione trium „Ave, Maria," quotidie preces fundebat. Deus autem spem aegroti eiusque Religiosorum sodalium ad irritum non redegit. Nam, Beato Canisio deprecante, factum est ut, qui die septimo Februarii morti proximus videbatur, hic subsequenti die, mane, inopinato extra periculum esset, et illico fere integrae sanitati restitutus.

Legitime vero recognita validitate processus auctoritate Apostolica in Curia Ecclesiastica Ruremondensi instructi super his miraculis in specie, quae post indultam Beato Petro Canisio venerationem supervenerant, de duabus sanationibus supra memoratis semel atque iterum disceptatum est apud S. Rituum Congregationis Consultores, audientibus de more in Coetu praeparatorio Cardinalibus eidem Congregationi praepositis. Deinde Generalis Congregatio locum habuit coram Nobis die vigesima quarta mensis Martii huius anni, in qua cum Consultores, tum Patres Cardinales responderunt: „Constare de duabus propositis sanationibus." Unum supererat disputandum: „An, supposita duorum miraculorum approbatione, tuto procedi posset ad solemnem Beati Petri Canisii Canonizationem;" et eodem die in eodem conventu unanime suffragium quotquot convenerant emiserunt: „*Tuto* procedi posse." Nos vero adstantes enixe admonuimus, ut Nostris suas preces adiungerent ad caelestis consilii munus in re tam gravi implorandum. Tandem die vigesima nona eiusdem mensis et anni solemniter ediximus: „Constare de duobus propositis miraculis, nempe de primo: Instantaneae perfectaeque sanationis Sororis Ignatiae Walburgae Schneller ab occlusione intestinorum, ex affectione tuberculari; de secundo: Instantaneae perfectaeque sanationis Fratris Petri Schmitz a lethali sepsis morbo;" et insuper decrevimus: „*Tuto* procedi posse ad solemnem Beati Petri Canisii Canonizationem."

His peractis, Praedecessorum Nostrorum exemplis inhaerentes, die trigesima mensis Martii huius anni dilectos filios Nostros S. R. E. Cardinales apud Nos convocavimus in Consistorium secretum, in quo venerabilis frater Noster Antonius Cardinalis Vico, Episcopus Portuensis et S. Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus et Causae huic procurandae praepositus, novensilis Sancti gesta singillatim ac perspicue exposuit magnoque omnes studio incendit, ut ad legitimam huius

Causae absolutionem deveniretur. Paulo post, nempe die secunda mensis Aprilis, Consistorium publicum celebratum est, in quo Cardinales et alii omnes, qui aderant, libentissime aures praebuerunt iis, quae praeclara oratione dilectus filius Iosephus Biroccini, Nostrae Consistorialis Aulae advocatus, de Beato Canisio disseruit.

Interea curavimus, ut venerabiles fratres Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi de tanta solemnitate per litteras ad hoc datas admonerentur, quo, si facultas esset, sententiam et ipsi prolaturi, Nobis adstarent. Quorum cum non pauci in Urbem convenissent, omnes, re penitus explorata tum ex iis, quae in memorato Consistorio publico peracta fuerant, tum ex actis Sacrae Rituum Congregationis, quorum exemplar unicuique traditum est, in Consistorio, quod semipublicum vocant, habito die vigesima secunda Aprilis in eamdem, quam S. R. E. Cardinales, sententiam iverunt de Beati Canisii memoria summis honoribus consecranda. Cuius rei publica instrumenta a dilectis filiis Sedis Apostolicae Notariis exarata in tabularium S. R. C. deferri mandavimus.

Solemni igitur Canonizationi huic celebrandae diem praefiximus vigesimam primam mensis Maii huius anni, qua gloriosam Redemptoris Nostri in caelos Ascensionem recolimus. Interea, fideles sumus vehementer cohortati ad ferventes preces ingeminandas, in iis praesertim sacris aedibus, in quibus Ssm̃um Sacramentum publice adorandum ex praescripto proponeretur, ut et ipsi ex tanta caeremonia fructus uberiores perciperent, Nobisque, in tam gravi officii Nostri munere, Spiritus Paraclytus benignus adesset. Quum autem optatissima dies advenerit, omnes cum saeculares, tum regularis cleri Ordines, omnes Romanae Curiae Praesules et Officiales, omnes denique qui in Urbe aderant venerabiles fratres S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates in Vaticanam Basilicam magnifico cultu ornatam convenerunt; Nosque, iis omnibus solemni supplicatione praeeuntibus, eamdem Basilicam ingressi sumus. Tunc vero venerabilis frater Antonius Cardinalis Vico, S. Rituum Congregationi Praefectus et Causae huic procurandae praepositus, perorante dilecto filio Augusto Milani, Nostrae Consistorialis Aulae advocato, vota Nobis et preces detulit Sacrorum Antistitum universaeque Societatis Iesu, ut Beatum Petrum Canisium in Sanctorum numerum referremus. Quod cum iterum tertioque praefatus Cardinalis, per eumdem Consistorialis Aulae advocatum, instantius ac instantissime egisset, Nos tandem, Paraclyti Spiritus lumine ferventer implorato, et Immaculatae Virginis, Angelorum ac Sanctorum omnium patrocinio confisi, „ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad catholicae fidei incrementum et decus, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione et voto Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum, Beatum Petrum Canisium, Sanctum esse decrevimus et definivimus ac Sanctorum catalogo adscripsimus et, ex S. Rituum Congregationis consulto, universalis Ecclesiae Doctorem declaravimus, statuentes ab Ecclesia universali Eius memoriam quolibet anno die vigesima septima Aprilis, pro die Eius natali vigesima prima Decembris, inter Sanctos Confessores non Pontifices atque Universalis Ecclesiae Doctores pia devotione recoli et in Martyrologio notari debere." Gratiis deinde ob tantum beneficium Deo actis, ad altare accessimus incruentum Sacrificium oblaturi, atque post Evangelicam lectionem quotquot aderant allocuti sumus, eosdem hortantes, ut de tanta

solemnitate fructus quam uberrimos caperent, et novi Sancti patrocinium apud Deum interponerent, ut Nos et universam Ecclesiam protegat «a conventu malignantium, a multitudine operantium iniquitatem."[1] Denique Apostolicam benedictionem et plenariam indulgentiam peramanter in Domino impertivimus atque Apostolicas hasce Litteras Decretales sub plumbo expediri mandavimus.

Nunc autem felici nuntio universus christianus populus exsultet et Sanctae Matri Ecclesiae gratuletur, quae, Divini Spiritus munere, tantum filium ad Domini Nostri Iesu Christi gloriam et fidelium praesidium protulerit. Exsultet et inclyta Societas Iesu, quae tot se caelis dedisse incolas, tot Ecclesiae insignes viros, evangelicam veritatem scriptis et laboribus acriter defendentes, in Domino gloriari merito possit.

Sancti Petri Canisii virtutes, humilitatem, obedientiam, castitatem, diligentiam atque constantiam in propriis officiis obeundis, fidem praesertim operosissimam et erga hanc Apostolicam Sedem firmissimam fidelitatem colant christifideles cuncti et imitentur. Praeclaram eius memoriam, hisce Litteris consecratam, integram conservate, quotquot estis Ecclesiae filii, ut Iesu Christi amor in cordibus vestris in dies magis exardescat et «exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis" novum induatis, «eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem Eius, qui creavit illum."[2]

In primis vero Canisium imitentur, qui, sacerdotio aucti, clarissimum in eo habent exemplar sacerdotalis sanctitatis cum doctrina sociatae; in eum respiciant, ab eoque discant quibus ornari debeat virtutibus optimus quisque ac sedulus in vinea Domini operarius, qui totam vitam suam ad hoc dirigat, ut regnum Dei in dies amplificetur ac populus Deo serviens et merito augeatur et numero.

Quod denique Nobis maxime cordi est, quod, praepotentibus Sancti Petri Canisii precibus confisi, haud temere Nobis sperandum putamus, hoc Nobiscum omnes orando impetrare conentur: ut cunctae Dominicae oves, quotquot a vero Christi ovili longe aberrant, Boni Pastoris eiusque, quamvis indigni, in terris Vicarii vocem audiant, et ad salutifera veritatis pascua redire properent, divinam eamque infallibilem promissionem iam nunc in se feliciter complentes: «Et fiet unum ovile et unus Pastor!"[3]

Omnibus itaque, quae erant inspicienda, rite perpensis, omnia et singula praedicta certa ex scientia et Apostolicae potestatis plenitudine confirmamus, roboramus, atque iterum statuimus, decernimus, universaeque Catholicae Ecclesiae denuntiamus; mandantes praeterea, ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hisce Litteris haberetur, si originaliter exhibitae, vel ostensae forent.

Nemini ergo has Litteras Nostras definitionis, mandati, decreti, relaxationis et voluntatis infringere, vel eis contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die vigesima prima mensis Maii, Pontificatus Nostri anno quarto.[4]

[1] *Ps. 53,3* [2] *Coloss. 3,10* [3] Ioan. 10,16 [4] *Sequuntur subscriptiones.*

PROLEGOMENA

PROLEGOMENON I.

CUR NOVA EDITIO OPERUM S. CANISII CURANDA SIT?

Primum quidem maxime aequum videtur ea iterum edere. Inde ab antiquissimis temporibus sanctae ecclesiae consuetudo ita ferebat, ut quae viri sanctitate et doctrina excellentes veluti hereditatem scripta reliquerant, ea deinde singulari reverentia colligerentur atque sive manu scriptis sive impressis libris memoriae traderentur. Quod iure meritoque factum esse facile apparet. Haud ignorabant enim posteris temporibus praesules ecclesiae clarissimos Gregorios, Basilios, Ambrosios, Augustinos, Hieronymos multosque alios non solum aequalibus, sed etiam omnium aetatum hominibus veram doctrinam testificantes vitaeque christianae exempla prodentes summam attulisse utilitatem. Iam vero in illustri horum numero ducendus est Petrus Canisius, a Pio papa XI. sanctus et doctor ecclesiae sollemni ritu declaratus.[1] Quodsi ecclesia tamquam mater benignissima ossa s. Canisii congessit et gemmis auroque ornavit, quis supervacaneum putet nobilissimas scriptorum eius reliquias nova editione eaque critica diligenter concinnatas ad communem huius aetatis usum offerri? Magna quidem pars earum rerum, quas s. Canisius scripsit, iam ante mortem eius non semel typis exscripta est, at multa alia, quae ipse extrema aetate denuo edenda praeparaverat, v. gr. ‚Opus Marianum' et Homiliae sive ‚Notae in evangelicas lectiones,' nova impressione indigent. Sermonum vero exhortationumque domesticarum, quas Sanctus noster coram sodalibus Ordinis sui habuit, non nisi minima particula est vulgata.[2] Quae revera non solum Canisii sanam et catholicam doctrinam praecipue exhibent, sed etiam intimas eius cogitationes aperiunt ob eamque causam maxime dignae sunt, quae edantur.

Quid quod vel necessitas eiusmodi editionis integrae accedit? Quaecunque enim usque adhuc de sancto doctore ecclesiae novimus, magis ad ea pertinent, quae foris inter homines peregit. Sine dubio per libros praeclaros de s. Canisio adhuc scriptos[3] certiores facti sumus de epistulis et itineribus Canisii, de eius opera in disceptationibus ecclesiasticis et publicis exhibita in cura sociali, in christiana caritate, in salute animarum. Inde colligimus, quam multifaria, quam indefessa, quam frugifera eius fuerit per totam vitam industria. At psychologicas viri rationes, quantopere ‚corroboratus fuerit in interiorem hominem,'[4] adhuc parum didicimus. Has quidem Canisii dotes animi fortasse tum demum perscribi poterunt, cum absoluta erit omnium operum editio integra. Atque id ipsum eo tantum modo fieri poterit, quatenus viri intima ratio cogitandi et sentiendi attingatur. Nam sui immemor et strenuo semper labori deditus fere non reliquit, unde, quid maxime ipsius proprium mentique penitus insitum fuerit, liceat suspicari.

---

[1] Litterae decretales: „Misericordiarum Deus". Romae 1925; cfr. pg. 13*ssq.

[2] G. Schlosser: B. P. Canisii exhortationes domesticae collectae et dispositae. Ruraemundae 1875

[3] E. g. a M. Rader, Fr. Sacchini, G. Boero, Fl. Riess, A. Kröss, O. Braunsberger, I. Metzler et aliis; cfr. Biographiae s. Petri Canisii per terras, in quibus primum editae sunt, dispositae: Gregorianum vol. 7 (1926) pg. 247-50

[4] Eph. 3,16

PROLEGOMENON II.

CONSPECTUS OPERUM S. CANISII, QUAE TYPIS EXSCRIPTA SUNT.

Canisius etiamtum adulescens, cum Coloniae litteris vacaret, de diversis iam rebus scribere coepit, neque per totos inde quadraginta annos usque ad vitae exitum cessavit. Et a principio sane (quod apud omnes constat) satis habuit haurire, congerere, referre, quae patres et scriptores insignes ecclesiae sive orientalis sive occidentalis cogitassent, atque ea in primis, quae concilia synodique declarassent. Cetera deinceps opera circiter quadraginta, qua latine qua germanice scripta, cum magnitudine tum materia valde inter se differunt.

A. Elenchus syntheticus.

I. Ad PATRISTICA referendae sunt praecipue editiones operum duorum ecclesiae doctorum, Cyrilli Alexandrini et Leonis Magni. Ad usum scholarum Canisius adornavit collectionem quandam selectarum epistularum aliorumque operum s. HIERONYMI.

II. CATECHETICA:

CATECHISMUS, in 25 fere linguas translatus et editiones nactus circiter 500 vel plures; editus ratione triplici:

a. CATECHISMUS MAIOR latinus sive ‚Summa doctrinae christianae' pro academicis. Haec Summa subest etiam Petri Busaei ‚Authoritatibus,' seu ‚Operi Catechistico.'

b. CATECHISMUS MINOR latinus et germanicus pro gymnasiorum scholis inferioribus et pro hominibus minus eruditis.

c. CATECHISMUS MINIMUS latinus et germanicus pro grammaticis pueris et pro rudibus.

III. EXEGETICA: PERICOPAE anni ecclesiastici cum brevibus argumentis sensum s. scripturae faciliorem intellectu reddentes; interpretatio psalmi MISERERE, NOTAE in evangelicas lectiones i. e. altior quaedam explicatio s. scripturae, unde contionatores permulta haurire consueverunt.

IV. APOLOGETICA: ‚DE CORRUPTELIS VERBI DEI', quo in opere grandi arma adversus haeresiarchas saeculi XVI. in primis idonea exhibentur. Priore quidem parte, quae „DE S. IOANNE BAPTISTA" inscribitur, manifesto probatur Centuriatores, qui vocantur, nullo sibi iure s. Ioannem vindicare tamquam ita docentem, ut Lutheri placitis viam sterneret. Valet hoc opus ad praecipuos errores protestantium refellendos, praesertim vero ad eorum doctrinas de iustificatione evertendas. Altera parte ‚DE MARIA VIRGINE INCOMPARABILI' continetur apologia contra omnia, quae falso de matre Dei commentata sunt. Cui operi cognatum est illud, quo de exitu religiosi COLLOQUII WORMATIENSIS agitur.

V. Liturgica – Ascetica:

1. Lectiones et precationes ecclesiasticae.
2. Liber precum (Betbůch) sc. fasciculus florum e scriptoribus medii aevi mysticus.
3. Hortulus animae, latinus et germanicus, sc. liber precatorius medii aevi Canisii cura castigate denuo editus.
4. Institutiones et exercitamenta christianae pietatis.
5. Institutio ad sacramenta confessionis et eucharistiae rite suscipienda.
6. Epistulae et Evangelia, quae dominicis et festis diebus de more catholico in templis recitantur, cum summariis, imagiunculis etc.
7. Contiones de tempore adventus et nativitate Domini.
8. Meditationes et precationes fratris Nicolai a Rupe.
9. Manuale catholicorum in varias linguas versum et editiones nactum 40 vel plures.
10. Explicatio psalmi Miserere.
11. Enchiridion pietatis principibus catholicis destinatum.
12. Memorialis liber catholicorum, sc. sententiae s. scripturae selectae ad ‚patronorum menstruorum' cultum apud sodales marianos fovendum.

VI. Hagiographica: Series satis longa vitarum sanctorum, praesertim Helveticorum, ut ss. Beati, Fridolini, Meinradi, Idae Toggenburgensis, Mauricii et sociorum, Victoris, Ursi; denique Martyrologium Germanicum a Wallasser conscriptum et a Canisio introductione instructum.

VII. Historica: Epistulae Canisii, quae aeque atque epistulae Augustini, Hieronymi, Gregorii M. aliorum, quippe quae rerum gestarum memoriam tradant, permagni faciendae sunt. Multae enim ex illis non solum iustae commentationes fidei, disciplinae ecclesiasticae, regiminis animarum sunt, sed etiam historica maximi pretii documenta habenda sunt. Epistulae Canisii datae et acceptae non magis ad superiores et socios proprii Ordinis, quam ad pontifices, episcopos, ad viros vel virtute vel doctrina vel dignitate insignes referuntur, ita ut omnibus, quicumque ad historiam restaurationis ecclesiae incumbunt, maximo ac necessario sint adiumento.[1] Duo opuscula, ex parte tantum conservata, „Confessiones" et „Testamentum", quae inniti diario quodam spirituali Canisii, proh dolor deperdito, probabiliter putantur, vitam et industriam sanctissimi viri praeclare illustrant.[2]

B. Conspectus[3] chronologicus.[4]

1541-1597.

Epistulae s. Petri Canisii. *Collegit et adnotationibus illustravit P. Otto Braunsberger S.I. 8 tom.* (1896-1923), *tom. 9. suppletorius sequetur.*

---

[1] Walter Schäfer: Petrus Canisius. Göttingen 1931. *Libellus imaginem valde depravatam Sancti depingens.*

[2] Friedrich Streicher: De spirituali quodam libro diurno s. Petri Canisii AHSI tom. 2 (1933) pg. 56-63.

[3] Cfr. O. Braunsberger: Elenchus operum s. Petri Canisii. Gregorianum vol. VII (1926) pg. 244-50.

[4] Opera unico asterisco notata aliorum sunt auctorum, sed a P. Canisio translata aut denuo edita praefationibusque ornata. Opera vero duobus asteriscis insignita dubia sunt censenda. Sufficiat hoc loco nuda enumeratio operum s. Canisii, integritate bibliographica omissa.

1543.

** Des erleuchten D. JOHANNIS TAULERI, von eym waren Evangelischen leben, Gôtliche Predig, Leren, Epistolen, Cantilenen, Prophetien. Alles eyn kostpar Seelenschatz, in alten geschryben Büchern fûnden, und nû erstmals ins liecht kommen. Auch seynd hier bey die vorgedrûckte Predigen Thauleri, wôlche in vorigen Exemplaren dorch ab und zusâtzung, gekurtzt, gelengt und verdunckelt waren, auß den selben geschriben exemplaren treüwlich gebessert. Weytern inhalt diß bûchs fyndestu zûr andern seyd dises Blats angezeicht. Gedrûckt zû Côllen im jar Vnsers Herren, MDXLIII den vierten tag Iunii. *In fine libri legitur:* „Gedrûckt bey Jaspar von Gennep."

BR I, 79-93; SV II, 617; VIII, 1974; FR. STREICHER: Canisius und die Taulerausgabe von 1543 *in* Aszese und Mystik 7 (1923), pg. 173. I. M. TESSER: Petrus Canisius als humanistisch geleerde. Amsterdam 1932, pg. 93 ssq.

1546.

* LITTERAE DEDICATORIAE *ad Seb. de Heusenstamm episc. Mogontinensem in opus:* Divi Cyrilli archiepiscopi Alexandrini operum omnium, quibus nunc praeter alia complura nova, recens accessere undecim libri in Genesim, nunquam antea in lucem aediti, tomus primus. Omnia iam summo tum studio, tum labore integritati suae restituta et a mendis, quibus conspurcata erant, repurgata. Coloniae ex officina Melchioris Novesiani. Anno MDXLVI, mense Aprili.

BR I, 176-81 SV II, 617 VIII, 1974.

* LITTERAE DEDICATORIAE *ad theologiae candidatos Colonienses in opus:* Divi Cyrilli archiepiscopi Alexandrini operum, in quibus pugnat adversus varias haeresiarcharum pestes, ut Arii, Eunomii, Pauli Samosateni, Macedonii, Nestorii, tum contra Iuliani apostatae blasphemias, tomus secundus. Novo labore omnia nunc exactius multo quam unquam restituta et aucta atque ab innumeris mendis, quibus scatebant, vindicata. Coloniae ex officina Melchioris Novesiani. Anno MDXLVI, mense Aprili.

BR I, 182-88 SV II, 618.

* PRAEFATIO *in opus:* D. Cyrilli archiepiscopi Alexandrini epistolae et synodicae Constitutiones, praesertim adversus Nestorium haeresiarcham, quibus et alia pleraque nunc recens adiecta summoque studio restituta cohaerent, quemadmodum pagina versa commonstrabitur. Coloniae ex officina Melchioris Novesiani. Anno MDXLVI, mense Aprili.

BR I, 188 SV II, 618.

* LITTERAE DEDICATORIAE *in:* D. Leonis papae huius nominis primi, qui summo iure Magni cognomentum iam olim obtinet, opera, quae quidem extant, omnia. Nunc primum in unum veluti fascem collecta et ab infinitis foedisque mendis repurgata. Accessit et copiosus Index una cum sermonum, homiliarum et epistolarum omnium catalogo. Coloniae ex officina Melchioris Novesiani. Anno MDXLVI, mense Septembri.

BR I, 215-22 et ZKTh 14 (1890) pg. 726 SV II, 618.

1554.

* PRAEFATIO *Petri Canisii s. theologiae doctoris ad christianum lectorem:* DE CONSOLANDIS AEGROTIS, praesertim ubi de vitae periculo agitur, in usum sacerdotum et ministrorum, qui circa aegros versantur in hospitali regio Viennae Austriae salutaris formula. *Sequitur figura ligno incisa et samaritanum evangelicum repraesentans; intra eam:* „Curam illius habe et quodcunque supererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi." Lucae 10, 35. *In pagina altera folii paenultimi:* Mit Röm. Khün. May. gnad und Privilegien. Gedruckht zu Wienn in Osterreich durch Michael Zimmermann in S. Anna Hof. im Jar 1554.

Num Canisius libelli fuerit auctor non constat, quamquam MICHAEL DENIS, ANTONIUS MAYER censent Canisium totum opus composuisse. Cfr. BR I, 748 SV II, 618.

1555.

Summa doctrinae christianae. Per quaestiones tradita et in usum christianae pueritiae nunc primum edita. [Viennae Austriae 1555] M. Zimmermannus.

De hac catechismi maioris editione cfr. Proleg. III, IV, VIII et editionem pg. 3-75. Sv II, 619.

1556.

Principia grammatices. Libellus plane novus et ad eius artis rudimenta plene tum tradenda, tum percipienda, ut nullus fere alius maxime commodus iuventuti. Ingolstadii apud Alexandrum et Samuelem Weyssenhornios 1556 *adiecto Catech. lat. minimo fol.* G8^{r}—H7^{v}.

Cfr. Br I, 592 et Proleg. III pg. 52*sq. Proleg. IV pg. 72*ssq. Proleg. VIII pg. 102* 159* et editionem pg. 263-71. Sv II, 667.

Catechismus oder die Summa Christlicher leer für die ainfeltigen in fragstuck gestellet. *s. l. et a.* Vide editionem integram in parte II. Br II, 883-87.

Lectiones et precationes ecclesiasticae. Opus novum et frugiferum plane, in usum scholarum catholicarum omniumque pietatis verae studiosorum, ut statim ex indice et praefatione cognoscetur. Cum gratia et privilegio caesareae maiestatis. Ingolstadii mdlvi. *In folio extremo:* Ingolstadii Alexander et Samuel Weyssenhornii ediderunt mense Aprili post Christum natum anno mdlvi.

Br I, 588 annot. 4 et I, 592 Sv II, 667.

1558.

Vom Abschiedt des Colloquii zu Wormbs mdlvii. Warhafftiger gegenbericht auff das Büchlin zu Franckfurt am Mein den VI. Decembris ausgangen.

ZKTh 14 (1890) pg. 736 Br II, 893 sq. Sv II, 668.

* Praemonitio *et* monitio *in fine ad lectorem in:* Verae, christianae, catholicaeque doctrinae solida propugnatio, una cum illustri confutatione prolegomenorum, quae primum Ioannes Brentius adversus Petrum a Soto theologum scripsit, deinde vero Petrus Paulus Vergerius apud Polonos temere defendenda suscepit. Autore Reverendissimo in Christo Patre atque Domino, D. Stanislao Hosio, episcopo Varmiensi. Opus elegantissimum, nunc recens aeditum et in quinque libros distributum, nostri temporis haereses primum ab origine recensens, dein eas complectens controversias maximas, quae nunc de fide et religione potissimum agitantur, uti sequens mox pagina indicabit. Coloniae, apud Maternum Cholinum. mdlviii.

Br II, 894-97 Sv II, 669.

1558 ex. vel **1559** in.

Parvus catechismus catholicorum. [*Apud Mat. Cholinum, Coloniae. Anno Domini MDL. VIII.*] *Editio deperdita.*

Br II, 890 Sv II, 634.

1559.

* *Duo Stanislai Hosii opuscula e latino translata:*

1. Ain Christlicher Bericht, was die Hailige Christlich Kirch und derselben Gewalt macht sey. Dilingen mdlix.
2. Drey christliche Gespräch und underweisung: Ob dem Layen das Hochwirdig Sacrament des Altars unter bayderlay gestalt zereichen, ob den Priestern die Ee zuzelassen und ob die Göttlichen ämpter in einer jetwedern Nations Sprachen zu verrichten sein. Dilingen mdlix.

Nic. Paulus Hist. pol. Bll. tom. 121 (1898) pg. 765 putat hos Stan. Hosii libellos a P. Canisio ex latino esse translatos, quod eluceat ex anonymi auctoris praefationibus duobus libellis antepositis, quae Canisii mentem spirare videantur.

** Von dem hellen .... Wort Gottes. Ingolstadt 1559.

Hoc opusculum est versio libelli „De expresso verbo Dei", anno 1558 a Stan. Hosio, Varmiensi episcopo, et probabiliter (cfr. Br II, 898) a. 1560 a Canisio denuo editi. Versionem etiam a P. Canisio factam esse P. Braunsberger valde probabile existimat (II, 424 annot. 3). At Nic. Paulus Hist. pol. Bll. 121 (1898) pg. 765 dicit hoc opus a Leonardo Hallero, episcopo subsidiario Eistettensi, esse translatum.

[Libellus pro pueris pauperibus *in Bohemia litteris imbuendis s. l. a.*] *Videtur opus deperditum.*

P. praepositus Henricus suo aere hoc Canisii scriptum vulgari fecit ad populum. Cfr. Br II, 364 sq.

1560.

Kurtzer underricht vom Catholischen Glauben. Gezogen auß dem grossen Catechismo, so auß beuelch der Rômischen Kayserlichen Mayestet gestellet. Item wie man betten, beychten und zur niessung des heiligen Sacraments des Altars Catholischer weiß sich beraitten soll. Den einfeltigen Christen, jung und alt, zu nutz, hail und trost jetzt newlich außgangen. Anno Domini mdlx.

Textus integer exhibetur in parte II. Cfr. Br. II, 898 sq.

1562.

* Martyrologium. Der Kirchen Kalender, darinnen angezeigt werden die Christlichen Feste und Heiligen Gottes, beyder Testament, wie man dieselbigen durch das gantz jar in der Christenheit, von tag zu tag begeht. Auch mit verzeichnuß unzalbarer Heiligen, wie sie gelebt und gelidten, was sie gethan und gelassen haben zů irem ewigen hail und zum exempel aller Christen. Alles auffs newest mit sonderlichem fleiß auß alten, warhafften, Catholischen bůchern vnd schrifften zůsamen bracht, zů trost und sterckung aller recht Christglaubigen. Vnd durch Doctor Petrum Canisium Thůmpredigern zů Augspurg etc. in Truck verfertigt. Mit Rôm. Kay. May. Freyheit begnadet. Getruckt zů Dilingen durch Sebaldum Mayer. Anno Domini mdlxii. Br III, 791-97 Sv II, 669.

* Epistolae B. Hieronymi Stridonensis, eloquentissimi et praestantissimi ecclesiae Doctoris, in libros treis distributae. Nunc primum opera D. Petri Canisii selectae magnoque studio in ordinem redactae, ut et commode iam circumferri et ad communem scholarum usum utiliter accommodari possint. Accessit elogii vice proxime a praefatione, Matthei Galeni Vestcappellii panegyricus B. Hieronymo, Dilingae 1559 pridie Calend. octob. dictus. Cum gratia et privilegio caesareae maiestatis. Dilingae, apud Sebaldum Mayer. Anno Domini mdlxii. Br III, 784 Sv II, 670.

1563.

* Hortulus animae. Dilingae 1563. *Liber precatorius medii aevi, Canisii cura castigate denuo editus.* Br IV, 995.

* Hortulus animae. Der Seelen Garten mit sonderlichem fleiß zugericht und ernewert, zu Geistlichen lust vnd trost allen liebhabern Christlicher andacht. Den gemainen Inhalt dises guldin Bůchlins findt man alsbald hernach, das Register aber insonderheit am end. Getruckt zu Dilingen durch Sebaldum Mayer. [1563.]

Br IV, 990-95.

Von der Gesellschafft Iesu ... [*herausgegeben*]: Durch Ioannem Albertum Wimpinensem, Professorem zu Ingolstatt. mdlxiii.

Br IV, 1001-03.

1565.

** Libellus agendarum ecclesiae Salisburgensis.

Br IV, 1031 sq. Sv II, 672. Agenda haec a Canisio recognita nunquam videtur esse evulgata.

* Adversus novam historiam ecclesiasticam, quam Mathias Illyricus et eius collegae Magdeburgici per centurias nuper ediderunt, ne quisquam illis malae fidei historicis novis

fidat, admonitio catholica. Authore Conrado Bruno celeberrimo iurisperito et canonico Augustano, de cuius vita et scriptis libris quaedam initio adiiciuntur. Apostoli Pauli vaticinium: „Mali homines et seductores proficient in peius, errantes et in errorem mittentes." Cum gratia et privilegio caes. maiest. MDLXV. *In extremo libro:* Dilingae apud Sebaldum Mayer.

Br V, 792 veri simillimum putat „Conradi Bruni ‚Admonitionem catholicam' Canisio curante Dilingae in lucem emissam et commentarium de Bruni vita et scriptis, qui ‚Admonitioni' praepositus est, a Canisio conscriptum esse."

1566.

Summa doctrinae christianae per quaestiones luculenter conscripta, nunc demum recognita et locupletata, authore D. Petro Canisio Societatis Iesu theologo, ut ex eius nova praefatione constabit. Coloniae apud Maternum Cholinum, anno MDLXVI.

Br V, 804-806 Sv II, 622 sq.; cfr. pg. 49*ssq. 66*ssq. 118*

Institutiones et exercitamenta christianae pietatis. Autore D. Petro Canisio Societatis Iesu Theologo. Quae hoc opere contineantur, statim a praefatione cognosces. Antverpiae, ex officina Christoph. Plantini. Anno MDLXVI.

Br V, 815 sq. Sv II, 667; cfr. pg. 60*ssq. 156*

1568.

*Roemischer Catechismus ... Getruckt zů Dilingen durch Sebaldum Mayer. 1568. *Catechismi Romani versio germanica, iussu Pii V. a P. Hoffaeo facta et a Canisio recognita.*

Br VI, 667 n. 1017.

1569.

Beicht vnnd Communionbüchlin. Das ist Kurtzer, grundtlicher vnd notwendiger Bericht von den zweyen heiligen Sacramenten der Bůß vnd des Fronleichnams Christi. Durch Petrum Canisium, der heiligen Schrifft Doctor, Thůmbprediger zů Augspurg etc. in Truck geben vnd jetzt abermal gebessert vnd gemehret. Mit Röm. Kay. May. freyheit. Getruckt zů Dilingen durch Sebaldum Mayer. MDLXIX.

Br VI, 680 Sv II, 672 per errorem ponit annum 1567.

1569 et 1570.

*Authoritates sacrae scripturae et sanctorum patrum, quae in summa doctrinae christianae Doctoris Petri Canisii Theologi Societatis Iesu citantur et nunc primum ex ipsis fontibus fideliter collectae, ipsis catechismi verbis subscriptae sunt. Coloniae apud Gervinum Calenium et haeredes Iohannis Quentel, *4 tom. annis* MDLXIX *et* LXX.

Br VI, 685-89 Sv II, 439 sq.; cfr. pg. 67*ssq.

1570.

Christenliche vnd wolgegruendte Predig von den vier Sontagen im Aduent, auch vonn dem heiligen Christag. Dem gemainen Mann zulesen vnnd zu hören vast nutzlich, zuuor nie im Truck außgangen. In Fragstuck vnd antwort gestellt. Durch den Ehrwürdigen vnd Hochgelerten Herrn D. Petrum Canisium, Societatis Iesv Theologum. Mit Röm. Kay. May. Freyheit. Getruckt zů Dilingen, durch Sebaldum Mayer. 1570.

Br VI, 690 sq. Sv II, 672.

* Epistolae et Evangelia, quae dominicis et festis diebus de more catholico in templis recitantur. Accedit Parvus catechismus D. Petri Canisii. Dilingae apud Sebaldum Mayer. MDLXX.

Br VI, 689 sq. Sv II, 672.

Confessiones P. Petri Canisii [*c. a. 1570 conscriptae*].

Br I, 5-31 Sv II, 687.

1571.

Commentariorum de verbi Dei corruptelis liber primus: In quo de sanctissimi praecursoris domini Ioannis Baptistae historia evangelica, cum adversus alios huius temporis sectarios, tum contra novos ecclesiasticae historiae consarcinatores sive Centuriatores pertractatur. Authore D. Petro Canisio Societatis Iesu Theologo nunc primum editus. Psalm. cxviii, *85* „Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua." Dilingae... excudebat Sebaldus Mayer. mdlxxi.

Br VI, 712-14 Sv II, 673.

1572.

* Litterae dedicatoriae in opus: De iustificatione doctrina universa, libris xv absolute tradita, authore R. P. Andrea Vega Hispano, Magistro Salmanticensi, Coloniae 1572.

Br VII, 61-85 et 640 sq. Sv II, 675.

1577.

De Maria virgine incomparabili et Dei genitrice sacrosancta, libri quinque. Atque hic secundus liber est commentariorum de verbi Dei corruptelis, adversus novos et veteres sectariorum errores nunc primum editus. Autore D. Petro Canisio, Societatis Iesu Theologo. Apocalyps. xiii, *6*. „Et aperuit (bestia) os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius et tabernaculum eius et eos, qui in caelo habitant"... mdlxxvii. Ingolstadii, excudebat David Sartorius.

Br VII, 776 sq. Sv II, 674.

1580.

Von dem hoch vnd weitberhůmpten Wunderzeichen, so sich mit dem hochheiligsten Sacrament des Altars auff dem Seefeld, in der Fürstlichen Grafschafft Tyrol, Anno 1384 zůgetragen, vnd was man sonst darbey Christlich vnd nutzlich zubedencken hab. Warhaffte und gewiße Historia auß glaubwürdigen schrifftlichen urkhunden, an jetzo aus Genedigister verordnung der Fůrstlichen Durchleucht: Ertzhertzog Ferdinandi zů Osterreich etc..... Getrukt zů Dilingen durch Johannem Mayer. 1580.

Br VII, 828.

1584.

* *D. Stanislai Hosii... opera omnia in duos devisa tomos...* Coloniae, apud Maternum Cholinum. Anno mdlxxxiiii.

Sv (II, 676) saltem primum tomum a Canisio editum et eius praefationem, quamvis a typographo subscriptam ab eodem Canisio factam esse putat. Br (VIII, 619 sq.) haec pro certis non habet. Attamen opus Hosii: „Dialogus de eo, num calicem laicis et uxores sacerdotibus permitti ac divina officia vulgari lingua peragi fas sit, Dilingae a. 1560 apud S. Mayer' excusum. a Canisio editum esse censet.

1586.

Zwey vnd neuntzig Betrachtung vnd Gebett deß Gottseligen, fast andächtigen Einsidels Bruders Clausen von Vnderwalden, Sampt seinen Lehren, Sprůchen vnd Weyssagungen, von seinem Thun und Wesen, so nie zuvor im Truck außgangen. Durch den Ehrwürdigen vnd Hochgelehrten Herrn D. Petrum Canisium, der Societet Iesu Theologum, von newem Corrigiert vnd gebessert. mdlxxxv. *In fine:* Getruckt zu Freyburg in Vchtlandt, Bey Abraham Gemperlin, Anno 1586.

Br VIII, 698 Sv II, 676.

1587.

* Manuale catholicorum. In usum pie precandi collectum et cum Romano Calendario nunc primum editum. Friburgi Helvetiorum. Typis Abrahami Gemperlini. mdlxxxvii.

Br VIII, 736$_1$ Sv II, 677.

* Manuale catholicorum. In usum pie precandi collectum a R. P. Petro Canisio Societatis Iesu. Cum Calendario Gregoriano. Ingolstadii, apud Davidem Sartorium. Anno MDLXXXVII.

Br VIII, 736$_2$ Sv II, 677.

Warhafftige vnd gruendliche Histori, vom Leben vnnd Sterben deß H. Einsidels vnd Martyrers S. Meinradts. Auch von dem Anfang, Auffgang, Herkommen vnd Gnaden der H. Wallstatt vnd Capell vnser lieben Frauwen, Deßgleichen von der ordentlichen Succeßion aller Prelaten desselben Gottßhauß zu den Einsidlen, sampt etlichen herrlichen Wunderwercken, die Gott der Herr allda durch sein gebenedeyte Můtter Maria gewirckt hat. Mit angehenckten Leben und Leyden der vbrigen Patronen desselben Gottßhauß, nemmlich, deß heiligen Martyrers vnnd Hauptmanns S. Mauritzen sampt seiner Gesellen, S. Sigmunds, S. Justen deß neunjärigen Knabens, S. Gerolds des Einsidels vnnd Sanct Wolffgangs Bischoff zu Regenspurg. Auffs neuwe gemehrt vnd mit fleiß vbersehen. Gedruckt zů Freyburg in der Eydgnoschafft, bei Abraham Gemperlin, MDXXCVII.

Br VIII, 737 Sv II, 679.

1588.

* Catholisch Handtbüchlein, voll schöner, andächtiger Gebett durch den ehrwirdigen Herrn Petrum Canisium der Societet Iesu Theologum newlich in Latein zusammen getragen, jetzt aber in Teutsche sprach verfertigt. Gedruckt zu Ingolstatt durch David Sartorium. 1588.

Br VIII, 773 n. 1453$_2$ Sv II, 677.

1589.

Warhaffte Histori von dem berümbten Abbt S. Fridelino vnd seinen wunderbarlichen thaten, auß vielen alten Scribenten zusamen gezogen, jetzunder aber auffs new gebessert vnnd in Truck verfertiget. Durch Petrum Canisium Theologum Societatis Iesu. Cum facultate Superiorum. Getruckt zu Freyburg in Vchtland, durch Abraham Gemperlin im jahr 1589.

Br VIII, 795 sq. Sv II, 679.

1590/97.

* Exordia duo *in opus:* Der Seelen Paradeiss mit allerley Christlichen Tugenden gerust vor vierhundert Jaren im Latein beschrieben durch den Gotseligen weit berumbten hochgelehrten Teutschen Theologum Albertum Magnum Regenspergischen Bischoff nun aber verdolmetschet vnd in Truck aussgangen durch P[etrum] C[anisium].

Exstant hae praefationes non nisi a P. Braunsberger VIII, 869 ssq. editae.

1590.

Kurtze beschreibung der Gottseligen Frauwen Sanct Yta Gräfin von Kirchberg: Welche durch grosse Wunderzeichen biß auff den heutigen Tag in dem wůrdigen Gottshauß Vischingen, in der Landgrafschafft Turgåw gelegen, von Gott herrlich gezieret wirdt. Sampt angehengter Vorred deß Ehrwůrdigen vnd Andåchtigen in Gott Herren, Herren Christof jetztregierenden Abbts obgedachten Gottshauß Vischingen. Proverb. XXXI, *30.* „Gunst ist falsch, vnd die schône ist eitel. Ein Weib, die den Herren fôrchtet, soll man loben." Gedruckt zu Freyburg in Vchtland bey Abraham Gemperlin. Anno 1590.

Br VIII, 806-809.

Zwo warhaffte, lustige, recht Christliche Historien, auß vilen alten Scribenten zusammen gezogen, jetzunder aber auffs new gebessert vnnd in Druck verfertiget. Die erste von dem vralten Apostolischen Mann S. Beato, ersten Prediger im Schweitzerland. Die ander von dem berůmten Abbt S. Fridolino, ersten Prediger zu Glaris vnd Seckingen. Durch Petrum Canisivm Socetatis Iesv Theologum. Superiorum permissu. 1590. Gedruckt zu Freyburg in Vchtland durch Abraham Gemperlin.

Br VIII, 809-11 Sv II, 679.

1591 et 1593.

NOTAE IN EVANGELICAS LECTIONES, quae per totum annum dominicis diebus [*tom. II* festis sanctorum diebus] in ecclesia catholica recitantur. Opus ad pie meditandum ac simul ad precandum Deum accommodatum et nunc primum in lucem editum. Authore R. P. Petro Canisio Societatis Iesu Doctore Theologo ... Friburgi Helvetiorum. Ex officina typographica Abrahami Gemperlini. MDXCI [tom. II MDXCIII].

BR VIII, 817-20 et 834-37 SV II, 680

1592.

ENCHIRIDION PIETATIS, quo ad precandum Deum instruitur princeps catholicus. In usum serenissimi archiducis Austriae Ferdinandi iunioris etc. A P. Petro Canisio Societatis Iesu Theologo olim conscriptum. Nunc primum in lucem editum. 1751.

BR VIII, 827-29 SV II, 682.

1594.

MISERERE. Das ist, Der 50. Psalm Davids, Gebetts Weiß, allen frommen Christen zu Trost, Buß vnnd Besserung, außgelegt: Durch H. Petrum Canisium der Societet Iesv. Ecclesiasticus 2, 22. „So wir nit werden Buß thun, so gerathen wir inn die Handt Gottes." Getruckt zu Ingolstatt, durch Wolffgang Eder. Anno MDXCIV.

BR VIII, 846₁ SV II, 681.

Catholische Kirchen Gesång vor vnd nach dem CATECHISMO zu vnderschidlichen Zeiten durch das gantze Jahr zusingen, sammt denn Fürnemesten Articklen vnsers Christlichen Glaubens in kurtze Frag vnnd Antwort gestellt durch Petrum Canisium Societatis IESV Theologum. *Cum facultate Superiorum.* Getruckt zu Costantz. In verlegung Abraham Gemperlins. 1594.

Deest ap. BR et SV.

WARHAFTE CHRISTLICHE HISTORI in drei Büecher abgetailet Von Sanct MORITZEN des Kaisers Maximiani Oberstem Feldhauptmann und seiner Thebaischen Legion, so im Walisserland wegen Christliches Glaubens ihr Marter bestendiglich vollendet. Auch in sonderhait Von Sanct URSO, dem lôblichen Hauptmann und von anderen Thebaischen Christi Bluetzeügen, die in der alten Statt Soloturn gelitten und noch daselbst ruhen. Durch Petrum Canisium der Societet Iesu Theologum, zu wolfart des gemainen Manns jetzt neulich beschriben. Superiorum permissu. 1594. Getruckt zu Freiburg im Vchtland durch Abraham Gemperlin.

BR VIII, 847 SV II, 681.

1595.

KVRTZE UND ANDÄCHTIGE BETRACHTUNG auff alle Tag die gantze Wochen uber, sampt angehengten Gebetlin deß Herrn Canisii, etc. im Closter zu Thierhaupten. 1595.

BR VIII, 859 sq. SV II, 681.

1596.

KRIEGSLEÜT SPIEGEL. Das ist Warhaffte beschreibung eines Christlichen Kriegsmanns, Wie er in allem seinem Thůn nachfolgen solle dem herrlichen Ebenbild Sanct MORITZEN, so zur zeit des Kaisers Maximiani Oberster Feldhauptmann gewesen, auch S. Gereons, S. Thyrsen, S. Vrsen, S. Victors vnd anderer seiner Thebaischen Kriegßleuthen, welliche im Walliserland, zu Cölen, zu Trier, zu Solothurn vnnd anderswo wegen ihrer Dapfferer Bestendigkeit im Christlichen Glauben die selige Martyrkron erlanget haben. Allen frommen Christen, insonderheit aber Feldôbersten, Hauptleüthen, Beuelchshabern vnd gemeinen Soldaten zu auffmunderung wider alle Christenfeind ritterlich zu kempffen, nutzlich zulesen fürgestellt. Durch Herrn PETRVM CANISIVM, der Societet Iesv Theologum mit sonderem Fleiß beschrieben vnd in Truck verfertiget. Getruckt zu Freyburg in Vchtland, durch Abraham Gemperlin und M. Wilhelm Mås. MDXCIV.

BR VIII, 876 sq. SV II, 681.

1597.

* Catholisches Denkbuechlin. Das ist, Außerlesene vnd Nutzliche Sprůch, Altes vnnd Newes Testaments, jedem Catholischen Christen zu rechter gegenwehr gemeines Anligens, sonders diser betrůbten und gefåhrlichen lauffen zugebrauchen Allen Frommen vnd Andåchtigen Christen, gantzer wůrdiger Brůderschafft, der Glorwůrdigen Mutter Gottes Mariae, Hoch vnd Nider Teutschlands, zu mehrerer befůrderung irer Andacht in Truck verfertiget. Getruckt zu Freiburg in Vchtland durch Abraham Gemperlin. 1597. *In extremo libro:* Getruckt zu Freiburg inn Vchtland durch M. Wilhelm Mäß. 1598.

Br VIII, 889-91.

c. 1597.

Testamentum P. Petri Canisii [*in quo fide bona vitae suae cursum exponit*].

Br I, 31-67.

PROLEGOMENON III.

DE ORTU ET PROGRESSU CATECHISMORUM.

Catechismi s. Canisii sine dubio in iis operibus litteraris numerandi sunt, quae ad restaurationem catholicam longe plurimum valebant et per plurimas regiones erant diffusa. Per eos nempe fere unicos disciplina catechetica in regionibus Germaniae catholicis vigebat usque ad medium saeculum XVIII., usque ad suppressionem dico societatis Iesu. Ab eo tempore, quo scholae magis regimini publico subdi incipiebant, paulatim aliis libris catecheticis locum dederunt, etsi nomen magni Catechistae et praesertim catechismi eius in linguas vernaculas versi e memoria et usu populi catholici nunquam exciderunt. Catechismus quidem eius Latinus ut triformis [maior, minor, minimus] decurrente saeculo XIX. oblivione obrutus est.[1] Optime meriti sunt de inquisitione catechismorum s. Canisii renovanda docti viri, ut Chr. Moufang,[2] I. B. Reiser,[3] de Backer,[4] Ch. Sommervogel,[5] O. Braunsberger,[6] P. Bahlmann,[7] F. X. Thalhofer,[8] N. Paulus.[9] Quorum adiutus laboribus auctor huius editionis novae sibi proposuit editioni criticae expositionem praemittere, quomodo vivo Canisio singuli catechismi ortum et progressum habuerint, qua forma induti fuerint, quibus e fontibus Canisius materiam hauserit. Expositionem denique hanc varii elenchi bibliographico-historici catechismorum s. Canisii saeculo XVI. editorum concludant.

A. Quomodo Summa evoluta sit.

I. Ante-Tridentina.

Originem et progressum catechismi maioris ostendere usque ad haec tempora valde fuit difficile idque maxime duabus de causis, unde diuturni errores orti sunt. Quarum una est, quod praeter Canisium etiam alii patres societatis Iesu, praesertim Iaius, Lanoius, Goudanus, maxime omnium Lainius, auctores catechismi esse putabantur. Altera causa in eo sita est, quod inter Canisium et Ordinis superiores de natura et indole catechismi conficiendi non eadem fuit semper sententia.

Iamvero diligenti inquisitione fontium, sive a manu sive a prelo exsistentium, erutum est Summam a. 1555 Vindobonae editam unum Canisium non modo cogitatione et suasu, sed etiam opera habuisse proprio nomine auctorem, immo vero formam ipsam, quam ille semper intenderat, uno demum alterove repugnante obtinuisse.

---

[1] F. X. Thalhofer: Entwicklung des katholischen Katechismus von Canisius bis Deharbe. Freiburg i/B. 1899. pg. 56 ssq.

[2] Chr. Moufang: Katholische Katechismen des XVI. Jahrhunderts in deutscher Sprache. 2. Auflage, Mainz 1881.

[3] J. B. Reiser: B. Petrus Canisius als Katechet in Wort und Schrift. 2. Auflage, Mainz 1882. — Idem: Wann ist die Erstlingsausgabe des kleinen deutschen Katechismus des seligen P. Canisius erschienen? Katholik 1895, pg. 189-92.

[4] A. de Backer: Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Iésus, 3 tom.; cfr. pg. 183*.

[5] Ch. Sommervogel: Bibliothèque de la Compagnie de Iésus. II, 618-68; VIII (Suppl.), 1974-83; IX (Suppl.), 988.

[6] O. Braunsberger: Entstehung und erste Entwicklung der Katechismen des seligen Petrus Canisius. Freiburg i/B. 1893.

[7] P. Bahlmann: Deutschlands katholische Katechismen bis zum Ende des 16. Jahrhunderts. Münster 1894.

[8] Ctr. annot. 1.

[9] N. Paulus: Das Erscheinungsjahr des kleinsten deutschen Katechismus von Canisius. ZKTh 27 (1903), 170-74.

1⁰ Agitur de compendio theologico a PP. Iaio et Canisio conficiendo. Gravior et interior causa, qua Canisius ad conficiendum catechismum permotus fuit, ex hoc repetenda est, quod permulti catechismi post exortam reformationem, quae dicitur, longe lateque divulgati fidem catholicam in summum vocabant periculum. Iam Gropperus de hac calamitate conquestus est: adulescentes multis variisque libris haereticis, qui catechismi vulgo ferrentur inscripti, misera seductione corrumpi.[1] Haud aliter edictum Caesaris Ferdinandi I. a. 1555, quod ipsius Canisii redolet mentem, loquitur de his haereticorum libellis, „qui saepe tum brevitatis tum verborum elegantiae et methodi specie commendati egregie fallunt."[2] Huic malo ut obviam iretur, Canisius mense iam Martio a. 1550 ad P. Polancum, secretarium Ordinis, litteras dedit: „Item [prego], che qualche volte avisi il suo figliolo Canisio del modo di procedere con questa gente et provedermi anchora di un catechismo per li Todeschi."[3] Planiore autem et graviore oratione Canisius aestate anni 1550 ad P. Iaium scribens propositum aperit velle se in usum auditorum in universitate Ingolstadiensi catechismum latinum componere et in lucem edere.[4] Eadem de re, quid P. Iaius senserit, ex eius epistula apparet ad Ignatium data:[5] „. . . saria cosa non solamente utile, imo quodammodo necessaria, fare uno cathecismo conveniente alla giouventù, nello quale fossero insegnati li dogmi catholici repugnanti a gli errori, quali regnano in questa patria, sì como per il contrario fanno con grandissima diligentia li lutherani, li quali in tutte le lor schole et de putti et de putte insegnano li suoi cathecismi; ma che mi pareva che il cathecismo catholico doveria essere fatto con grande diligentia da tre o quattro de quelli de la Compagnia, che fra gli altri hanno più experientia et doctrina in cose de dogmi, et che tutti quelli de la Compagnia, li quali insegnassero la doctrina christiana, massime in Germania, havessero de procedere secondo quello cathecismo. Onde mi paré, che in uno cathecismo latino bisognarà fare molte divisione et diffinitione... [e] avertire de non partirse etiam del modo de parlare di antiqui Padri et doctori catholici. Sì che lo ho pregato, che aspetasse il giudicio de la P. V., eo massime, che essendo rectore, lectore et predicatore nella università, non gli mancherà facende allo presente."

Saepius vehementer de catechismo conficiendo in universitate Ingolstadiensi actum est, donec ad extremum inter socios ita convenit, ut P. Lainius, unus e probatissimis theologis societatis Iesu, rem sibe tamquam suam susciperet.[6] At eodem tempore, dum Lainius ad concilium Tridentinum se confert, Iaius autem Ingolstadio avocatur, catechismi negotium vacillare coepit.

Maxime quidem ab anno 1551 ad catechismum conficiendum impulerat rex Ferdinandus I. Is enim auctoribus quibusdam visitatoribus e senatu universitatis Vindobonensis mandaverat, ut adornarent catechismum quendam et „methodum doctrinae catholicae,"[7] „ut ad eum doctrinae modum instituerentur praesertim ii, qui sacris essent initiandi populoque doctores, parochi et contionatores praeficerentur."[8] Quae cura ab universitate rege approbante commissa est P. Claudio Iaio.

[1] Ioh. Gropper: Hauptartikell christlicher underrichtung zur gotseligkeit. Verteutscht und gedruckt durch Jaspar von Gennep. [Köln] 1547. fol. Aij[r]. [2] Vide infra pg. 4. [3] 24. III. 1550: Br I, 313. [4] Br I, 328. [5] 12. IX. 1550: MHSI Iaius 358 sq. n. 41. [6] Ep. Can. ad Lainium Ingolstadio 10. II. 1551 data: Br I, 348. [7] Cfr. Mandatum Ferdinandi I., die 25. Mai 1551 datum, et: Conspectus historiae universitatis Viennensis. Viennae 1722 pg. 181 sq.; Br Entstehung . . . pg. 12. [8] Ex ep. ined. Canisii Germ. 182 fol. 19[a], quae videtur directa ad Salmeronem. Cfr. ep. P. Lanoii ad eundem de eadem materia. pg. 41*

In hoc primo spatio temporis nihil aliud spectabatur nisi talem librum concinnare, qui theologiae studiosis tamquam compendium, parochis ut liber auxiliarius esset arte et usu simul coniunctis. Sed Iaius animum inducere nequibat, ut opus aggrederetur, non solum quia eiusmodi compendium illo ipso tempore requiri persuasum minime habebat, sed ante omnia, quia facultas ingenii ad hoc opus necessaria et praeterea tempus sufficiens sibi deessent.[1] Itaque non omisit nonnullos catechismos paulo ante editos indicare, quibus praesenti necessitati optime satisfieret. Erant autem huiusmodi: „Institutio compendiaria doctrinae christianae" auctore D. Groppero; „Compendium doctrinae catholicae" a Petro de Soto, confessario imperatoris, concinnatum; „Institutio ad pietatem christianam secundum doctrinam catholicam" e constitutionibus concilii provincialis Mogontini (1549) extracta.[2] At rex de proposito non desistens P. Iaio innuit symbolicum quendam librum sese velle, quo veritates christianae contra errores demonstrarentur, sc. enchiridion, quo ratione et arte composita omnia continerentur, quae christianus catholicus scire deberet, librum dico, qui omnibus catechistis provinciarum suarum ad manus esset. Ultro etiam promisit rex se librum proprio decreto ornaturum et Vindobonae imprimendum curaturum.[3] At Iaius, cum sibi tempus ad tale opus concinnandum nequaquam suppeteret, ad Ignatium scripsit rogans, alii ut rem totam committeret aggrediendam.[4] Recusavit primo Ignatius.[5] Tum Iaius, quia intellexerat cogitasse aliquando P. Ignatium de Iacobo Lainio ab aliis occupationibus liberando, ut compendium conficeret, hoc illi tamquam valde opportunum in memoriam redegit.[6] Eodem modo rex Salmeronem ad opus suscipiendum permovere conatus est:[7] frustra omnia. Tum demum, cum PP. Canisius et Goudanus anno 1552 Vindobonam transmigrassent, compendii negotium serio agitatum est. Cum autem id temporis Iaius valetudine vehementer laboraret, Canisius praeter alia onera etiam compendii a rege maxime desiderati curam non potuit non suscipere. Et primum ea quidem forma, quae P. Iaio placebat, coactus erat uti, quod ex relatione quadam anno 1552 Romam missa facile intellegitur. Dicitur enim de Canisio: „Propediem expositurus est compendium quoddam theologicae seu christianae doctrinae, quod opus iussu serenissimi regis nostri P. Claudius concinnat in usum potissimum studiosorum et pastorum, qui in ditionibus regiis degunt, quibus non conceditur diversas ob necessitates in academiis diutius permanere."[8] His ex verbis nonnulli minus considerate statuerunt ipsum Iaium auctorem catechismi, a s. Canisio 1555 editi, fuisse.

Prima initia Summae doctrinae christianae ineunte anno 1552 orta sunt, ipso Canisio teste. Namque affirmat se iam a pluribus mensibus nullo adiuvante operam compendio dare, neque tamen plus quam initia confecisse; valde desiderare se P. Lainii aut Salmeronis aut Olavii auxilium.[9] Iterum etiam labore molesto levare

[1] . . . finalmente fu il carricho de far' questo compendio imposto al detto P. Claudio; ma lui non di meno se ne andava dissimulando questa cosa et indugiando et giudicava, che la cosa non era necessaria per diversi rispetti, poi che lui non haveva ne lo stilo ne anco il tempo ne la robba per ben poter sodisfar all' espettatione del Re . . . . Ex ep. ined. a. 1552 ex. Cod. Ital. 171 fol. 124r. [2] MHSI Chron. II, 275 n. 227 et Iaius 372sq. n. 46. [3] MHSI Iaius 373 n. 46. [4] MHSI Chron. II, 276 n. 227 et Iaius pg. 373 n. 46. [5] Ut patet ex litt. ad Iaium 17. Nov. 1551 datis MHSI Ignat. III, 725 n. 2196. [6] MHSI Chron. II, 276 n. 227. [7] Vide ep. ined. c. a. 1552 Cod. Ital. 171 fol. 124r. [8] MHSI Litt. Quadrim. I, 575 n. 134. [9] . . . . questa opera fin a qui a me da tanta faticha (perchè pocho adgiuto danno li altri Padri) che a pena mi basta tutto il tempo. Altramente sicome io spesso detto al R. P. Claudio, io haverei caro d' eccercitarme nelli monasterii de moniche, nella pregione, nelli hospitali etc., se non me retenesse questa opera. Et cossi mi respose sempre il predetto Padre, che io lassasse tutto il resto et me desse con tutto il tempo a componer questa opera.

se conatus erat. Quin immo ab ipso P. Generali Ignatio frustra petivisse videtur, ut Ingolstadium sibi liceret redire, cuius rei testimonio est vox quaedam perscripta ab Ignatio: «Come si fa il compendio et che circa lo andar a Ingolstadio se remetta alla obedienza."[1]

Tandem iteratis precibus id Romae apud superiores effectum est, ut Canisio et Goudano ad compendium promovendum Lainium vel Salmeronem adire permitteretur. Attamen de auxilio maturo P. Lainii desperandum erat, partim quod «adversa valetudo impediebat," partim quod «obstabat synodi [Tridentinae] causa,"[2] cuius sessionibus P. Lainius theologi munus gerens interesse debuit. Itaque versus finem anni 1552 P. Nicolaus Lanoius, qui domui Vindobonensi praeerat, ad P. Salmeronem tum Romae versantem nuntios misit: «fundamenta quidem compendii exstruendi iacta esse, sed de modo dicendi et materia ampliore afferenda sese angi animo; rem via et arte debere necessario tractari, cum compendium non solum iuventuti academicae, sed etiam clero non satis erudito opporteret accommodari.'[3]

Eadem leguntur in epistula modo citata, a Canisio ad Salmeronem transmissa, qua melius quam aliis significatur, quid regium compendium sibi velit quaque ratione sit conficiendum: «Et haeremus adhuc in primo libro, quem de primis doctrinae christianae principiis inscripsimus, quibus eodem libro absolutis visum erat Patri commodum, ut ordine scholari observato transiremus ad epitomem theologiae, secundum librum auspicaturi de Deo et divinis personis etc. In tractatione ipsa putabat oper[a]e pretium fore, per succincta capita rem omnem tradere, adiunctis interim, si reperiri queant, patrum authoritatibus, quae summam cuiusque capitis vel probarent vel illustrarent. Ventum nunc est, ut redeam ad librum primum, eo, ut ecclesia, quid sit et quaenam eius notae instituantur doceam; atque ita progrediar Deo duce in docendo, adiutus etiam, uti par est, praesentium duorum patrum opera. Sed horum alter D. Goudanus iam quinto laborat quartana et profiteri[4] desiit; alter collegio fratrum praefectus vix habet tantum otii, quantum ad unam praelectionem quotidie satis est, atque, ut maxime otium utrique suppeteret, tamen experientia docet nos tres non congruere satis promovendo huic operi, quod requirit haud simplicem rerum sacrarum peritiam et in patrum libris exercitationem et in conscribendo, colligendo, iudicando, disponendo dexteritatem singularem, nisi fidem regi datam velimus fallere et conceptam de hoc libro expectationem omnino frustrari. Quare, si nobis et Societati nostrae consultum bene cupimus, si Regi, quod promissum est, ex[s]olvi oportet, tam multis et magnis viris id ipsum postulantibus et expectantibus a nobis, facile quidem intelligit prudentia tua, cum suscepta isthaec provintia non vulgari nobis curae sit. Accedit utilitas publica, quam ex absoluto semel opere in Christo speramus, nec pauci promittunt, quia non Austriae tantum serviet hic labor sed regiis provintiis omnibus, quae latissime patent, adeoque Germaniae fructum adferet

Et tamen post tot menses heremus adhuc in principiis, nec video quem brevi progressum facere possim. Per la qual cosa desidero specialmente haver buon aviso de V. R. P. perchè non sto contento et quieto con tutta questa faticha havendo paura che per molti anni non si potrebbe finir, se io continuarò cosi con le lettioni de sequitar questa impressa. Dominus ad gloriam suam vertat omnia. O si fusse qui un Laynez o un Salmeron o Olave, quanto più facilmente s' espederia tutto il negotio. *Ep. a Can. ad Ignat. 7. August. 1552 data.* Br I, 411 *ssq.*

[1] 23. I. 1553 MHSI Ignat. IV. 609 n. 3183. [2] Canisii ep. ined. c. a. 1552 ex. Salmeroni data. Cod. Germ. 182 fol. 19a. [3] Ep. ined. a. 1552 ex. Cod. Ital. 171 fol. 124. [4] I. e. scholas habere.

liber publicatus. Omitto quanti referat inter tot catechismos, qui magno cum periculo leguntur, unum extare tandem, qui non simplicioribus modo satisfacere, sed etiam paulo provectiores rite informare et solido ecclesiae cibo confirmare et adversus tot vicinas undique pestes tueri possit. Verum utilitatem operis frustra persequor, quasi diffidam de tuo iudicio, quod meae rationes adiuvare et acuere non possunt. Initium autem laborum tuorum, quos Dei gratia fortunet, Deo et divinarum personarum tractationi consecres velim, velut argumentum libri primi Sententiarum esset propositum, nisi quod sublimiora et subtiliora quaedam, ut nosti, pro huius temporis ratione possint omitti."[1]

2° *Agitur de compendio theologico a PP. Lainio et Canisio conficiendo.* Ad extremum tamen angustiis patrum Vindobonensium P. Ignatius adductus esse videtur, ut ineunte anno 1553 confectionem compendii mandaret P. Lainio. Qui etsi paulo diffusior in scribendo putabatur, tamen eius opus instar materiae magni pretii Canisio praesto fore sperabant.[2] Prius Lainius existimavit diffuse theologicam doctrinam esse tractandam et inde Summam colligendam, id quod etiam P. Natalis probavit. Lainio, quamvis exiguam librorum supellectilem haberet, magna copia erat suorum scriptorum. Cum enim plurimos auctores legisset, diligenter eorum sententias, et in rebus gravibus etiam verba, in scripta sua redegerat. Et reipsa, quamvis neque contiones neque alia officii sui ministeria relinquebat, tamen non exiguum progressum in hoc opere fecit primis sex vel septem mensibus a. 1553, et in sex partes licet inaequales totum opus ita dividere cogitabat, ut 1ª pars esset quaedam introductio et quasi prooemium ad theologiam; 2ª de natura et proprietatibus Dei toti Trinitati communibus; 3ª de generatione aeterna Verbi divini; 4ª de processione Spiritus sancti; 5ª de creatione mundi; 6ª de gubernatione universa, ubi mysteria incarnationis et alia, quae de Deo novimus, essent tractanda. Sub illud tempus Lainius iam duos libros absolverat et videbatur sibi sperare tertio absoluto dimidiam partem totius operis Romam posse se transmittere, at simul fatetur: „Para compendio no son, porque son muy largos; todavía podré yo, ó otro que tenga estillo, sacar dellos el compendio con facilidad."[3] Facillime ex his verbis cognoveris P. Lainium nihil aliud in animo habuisse nisi idoneam ad compendium materiam parare; quae vero ad Summam Canisii postea elucubratam nihil, quod ullius momenti esset, attribuit. Tres igitur libri a Lainio perfecti sub initium mensis Septembris 1553, dum Genuae versatur, Romam missi sunt, ut recenserentur. Qui 9. die Octobris in Urbem apportati[4] non diu illic remanserunt; nam die 29. eiusdem mensis ad Salmeronem transmissi sunt, ut eos examinaret suumque de iisdem iudicium Ignatio et Lainio perscriberet.[5] Exeunte anno 1553 P. Lainius compendio suo septimum insuper librum adiecerat, quod Canisium tanta affecit cura, ut iam 5. Ian. 1554 ad Polancum scriberet: „omnes patres Vindobonenses cupere aliquam compendii partem

[1] L. c. ep. ined. Cod. Germ. 182 fol. 19 [2] „Sopra il compendio di theologia ho scritto al P. Laynez et so che non ha bisogno di sperone, ma come è dotto et essatto, fa opera più lunga, della quale poi si habbia a cavare il compendio. Spero sarà opera utile al bene universale non solamente in Germania." *Ex ep. Polanci Canisio 27. Iunii 1553 data:* Br I, 428; cfr. MHSI Ignat. V, 147 n. 3502 — et „Non occurre altro, se non che son fatte già alcuni libri del compendio, benchè non sa esser troppo compendioso il P. M. Laynez; ma del suo compendio si cavarà facilmente il compendio, che se ricerca." *Ep. 25. Iulii 1553 Canisio data:* MHSI Ignat. V, 229 n. 3581 — et „Item molto raccomendo alla V. R. il compendio del R. P. M. Laynez et stamo molto desiderosi al pigliar gosto della opera." *Ep. Ignat. Canisio 12. Oct. 1553 data:* Br I, 438 *sq.* [3] MHSI Laynez I, 223 n. 85, [4] MHSI Ignat. V, 580 n. 3827. [5] MHSI Ignat. V, 630 n. 3861 647 n. 3872.

videre, multoque magis cupere, ut tandem absolvatur et in epitomen redigatur, ita tamen ut a subtilitate, prolixitate, obscuritate caveatur.' Adicit porro: ‚omnes compendium pro catholicis conscribi optare, sicut Melanchthon „locos communes" pro Saxonibus suis conscripserit simulque petit, ut opus P. Lainii paulo magis procedat et, quae conscripta sint, limentur ac perpoliantur.'[1]

Verum copiosus tractatus a P. Lainio de ss. Trinitate perscriptus quantum a compendio theologico abhorruerit i. e. ab opere a rege Ferdinando desiderato, videsis ex illo iudicio, quod Salmeron Neapoli 3. die Februarii 1554 scripto dedit: „Il libro mi pare sia assai dotto et utile et impresa di seguitarla inanzi, come ha cominciato; pure quel che mi pareria reformabile è 1ª che si moderassi nelle allegationi de Padri et dottori, perchè queste sono molte et molto lunghe; et però non posson causar se non fastidio nel lettore.

La 2ª è che in le cose che tratta in ogni capitulo, non mette nessun'argumento nè obiettoni in contrario; nè manco le solutioni, et pur' in questo c'è tal volta più dottrina quam in corpore articuli, come si dice.

La 3ª è, che mi pare a me, che nel principio d'ogni capitulo doveria declarar le significationi de vocabuli et distinguere li suoi significati diversi, della qual distintione ne rissulta una grandissima luce alle cose che si trattano et pure il Padre don Iacobo, quando legge o disputa sa molto ben far questo uffitio.

La 4ª è, che in li citationi delli luoghi delle scritture che fa, saria espediente tal volta ponderar qualche luogho et darli qualche vita acciò più efficacemente concludessi quello che pretende, et questo daria molta satisfattione al lettore più che molti luoghi delle scritture, adunati insieme. Nel 3º libro, dove tratta de generatione Verbi, mi pare manchi un capitulo, nel quale haria potuto commodamente disputare „an gentiles et philosophi mysterium generationis Verbi et Trinitatis agnoverint," perchè molte cose si allegano di Platone et degli altri, che par che habbino inteso questo misterio, et benchè al modo che noi crediamo la Trinità, nessuno huomo per ragione sia mai arrivato a intenderlo, nondimeno ad plenitudinem doctrinae non era fuor di proposito che havessi fatto un capitulo. Alcune altre cosette minute mi occorevano, ma non mi son parse di tanto momento come queste. Et queste le sottopongo al giuditio delli Padri di là. Haria ben' a caro, che poichè ho detto il mio giuditio, che la R.V. mi mandassi la censura di don Iacobo sopra il suo libro, perchè lui mi avisa che mandi per essa a Roma..."[2]

3º *Agitur de Summa a Canisio elaborata.* Rex Ferdinandus cum diu desiderasset, ut compendium per patres Vindobonenses conficeretur, et spes eum in dies falleret, denuo P. Ignatium adiens exposuit, quam miserabili damno malis libris sparsim divulgatis Germania et imprimis ditiones suae haereditariae afficerentur.[3]

[1] Br I, 444 sq. [2] MHSI Salmeron I, 112 sq. n. 45. [3] „. . . alia equidem via commodior aut efficatior fore visa non est, atque si pastores et theologi nostri orthodoxi eandem quodammodo in evellendis eradicandisque reprobatis opinionibus et haeresibus artem adhibentes, qua schismatici in spargendis illis uti videntur, compendium aliquod theologiae compilarent, quod tam ecclesiasticis quam saecularibus instar regulae et normae esset levique pretio ab omnibus coemi posset." *Et nonnullis interiectis* „Idcirco abs te clementer etiam atque etiam petimus, ut non tam nostra causa, quam etiam pro commodo et salute christianitatis doctis aliquibus viris Ordinis tui tecum Romae existentibus tale compendium theologiae aedendum committas idque absolutum ad nos transmittas. Curabimus enim illud statim hic typis excudi et non modo in hac Viennensi academia nostra publice legi ac doceri, verumetiam per regna et caeteras provintias nostras publicari, doceri et quatenus divina gratia largiente efficere poterimus, diligenter observari; praesertim vero operam dabimus, ut illo parrochi aliarumque ecclesiarum rectores in provintiis nostris utantur." etc. Ex litt. ined. Ferdinandi I. a. 1554 I. 15: Epp. Ext. 25 fol. 97^{v}-98^{r}.

Siquidem binae litterae regiae anni 1552 et 1554 inter se conferuntur, facile apparet compendium e sententia Ferdinandi ad duplicem usum destinatum fuisse, ut auditoribus academicis pro docto enchiridio, parochis autem ruri degentibus adiumento praedicandi et catechizandi esset. Qua de re P. Braunsberger non recte sensisse existimandus est, cum dicat regem mutato consilio laborem in catechismum impensum turbavisse.[1] Contra ex epistula s. Ignatii ad Canisium data colligitur Romae etiam patres tum id spectavisse, ut Lainius exhiberet saltem materiam compendii.[2] P. Generalis, qua premebatur difficultate, facere non potuit, quin eodem die iterum regi haec promitteret: „Nitemur sanctae intentioni V.M. pro virili satisfacere et hoc Quadragesimae tempore evoluto, in quo nostri ubique spiritualibus occupationibus (ut in praecipua anni messe) distinentur, manum huic operi admovendam et, quam citissime absolvi poterit, id ad V.M. transmittendum curabimus. — Non dissimulabimus tamen quod exactius ac proinde doctius et difficilius videtur opus necessarium esse, ut Viennae a theologiae professoribus praelegatur, quam ut in provinciis a curionibus et ecclesiarum rectoribus (qui parum eruditi saepe esse solent) in manibus habeatur. Verumtamen utrisque hoc opus, quoad eius fieri poterit, attemperare et voluntati V. M. in omnibus parere enitemur."[3] Ultimae epistulae sententiae ostendunt curiae conditionem, ut quae ab initio in animo habuerit compendium magis doctum proferre et propterea regem ad id adducere, ne amplius compendium aeque ad usum parochorum atque ad studium academicum accommodatum postularet. Nihilominus patres Romani sine mora P. Lainium hortabantur, ut urgente catechismi negotio decurtatum conficeret librum: „basterebbe un tratato manco exatto, como loci communi sanza troppo sotilità, almeno per li curati, benchè per leggere in Vienna seria meglior un libro absoluto."[4] At cum Lainius ad finem compendii non perveniret, „iniunxit Romanorum rex nostris, ut brevem saltem catechismum in gratiam simplicium hominum illarum praesertim regionum conficerent, et ita P. Canisius suum illum, qui iam stat, conficere coepit."[5] Et, quamvis viribus suis diffideret, priorem partem Summae doctrinae christianae ineunte Martio anni 1554 tradidit regi inspiciendam,[6] ultimam operi manum non impositurus, nisi prius illud ad sententiam regis consultorumque eius exactum esse intellexisset. Sed rex, qui tunc Posonii versabatur, litteris suis ad eundem P. Canisium datis[7] abunde testatus est, quantopere cum sibi tum aliis, quorum iudicium sua sponte cognoscendum subiisset, catechesis probaretur; immo de illa se et sentire et sperare aiebat, quod in lucem edita ad salutem subditorum suorum fidelium plurimum esset profutura. Itaque partem illam remittens a Canisio postulabat, ut quod reliquum esset nulla mora absolveret perfectumque ad se transmitteret; sibi namque deliberatum et constitutum esse, ut idem catechismus germanice versus atque utraque lingua prelo excusus in quinque provinciis Austriae et in comitatu Goritiae publice per omnes Latinas atque Germanicas scholas iuventuti proponeretur nec ullus alius sub gravissima poena et indignatione regia adhiberetur. Iniunxit autem eidem P. Canisio, ut in margine expressos annotaret locos et capita, ubi reperiri possent sententiae tam sacrae scripturae, quam conciliorum et sanctorum

[1] Entstehung u. erste Entw. der Katech. pg. 19 sq. [2] Ep. 27. II. 1554 MHSI Ign. VI, 386 n. 4209. [3] MHSI Ign. VI, 397 n. 4215. [4] Ep. Kal. Martii 1554 MHSI Ign. VI, 408 n. 4220. [5] MHSI Chron. III, 257 n. 574. Ex eodem Chronico (III, 251 n. 563) verisimile est, Canisium iam ante hoc mandatum a rege acceptum elaborasse in catechismo conficiendo. Scribit enim Polancus: „Dictabat P. Canisius diebus veneris catechismum pueris nostrarum scholarum, qui latine sciebant." [6] MHSI Chron. IV, 243 n. 534. [7] Ep. 16. III. 1554: Br I, 454 sq.

doctorum, quae in ipso catechismo allegarentur, ut ludimagistris et aliis minus profundae doctrinae viris praesto adessent fontes, unde illae essent deductae. Sic enim sperabat rex multos ignorantia lapsos in sinum et gremium ecclesiae posse reduci.

Curia vero nostra Romana, quae duplici fini compendii theologici a rege postulati, nempe ut sit liber textus pro theologis et simul liber manualis parochorum, melius duobus libris distinctis satisfieri posse putaverat,[1] catechismum s. Canisii re vera simul esse hunc librum manualem parochorum ex verbis epistulae regis Ferdinandi falso intellexisse videtur, vel Canisio aliquo modo intimasse, ut hunc finem in catechismo exarando respiceret.[2] Canisius autem, cum sua sponte in catechismo elaborando iam longius progressus esset, respondit litteris paulo acrioribus fieri non posse, ut suo catechismo iamiam absoluto alius finis annecteretur.[3] Cui sexta post hebdomade supremum regimen Ordinis ex Urbe reponebat mirandam esse eius dicendi ingenuam nimis fortemque libertatem. Ceterum sententiam Romae de compendii natura nunquam mutatam esse. Ad extremum tamen concessum est, ut Canisius catechismum iuventutis ederet; simul vero Curia mandavit hinc rectori collegii Germanici Andreae Fusio, ut Enchiridion parochorum componeret, illinc Lainio, Florentiae degenti, ut compendium theologicum pergeret conficere. Praeterea in eo est reprehensus Canisius quod sua sponte praepropere egisset.[4] De his duobus autem

---

[1] Cfr. pg. 44*

[2] „Per le lettere del re intendiamo che a V. R. toccarà questa fatica del cathechismo et con quella si satisfarà a uno de doi fini che si pretendevano, cioè à far un'opera che tenessero li curati nelle mani etc. et restarà l'altro del compendio de theologia per legger' publicamente nell' università. Et à questo fine satisfarà il P. M. Laynez benchè ha cominciata un'opera tanto exacta che non si può chiamar compendio, ma di quella bisognerà cavar il compendio. Et come V. R. habbia finito il suo cathechismo, sarà bono, ci mandi di qua una copia di esso per buoni respetti." Ex ep. 1. Mai a. 1554. MHSI Ignat. VI, 656 n. 4415

[3] „Nunc ad litteras tuas redeo et miror subito consilium esse mutatum de dividendo compendio theologico. Promissum enim regi fuit a nobis alterum fore compendium pro parochis, alterum pro gymnasii huius theologis et probavit rex institutum. Ego quod paravi, omnino seiunctum fuit et cum rex evolvisset, probavit cum suis admodum hoc meum vile opusculum. Iam si eodem opere tum pueris, in quorum ego scripsi gratiam, et pastoribus vultis satisfieri, regi non valde satisfiet et mihi iam quinto aut sexto mutanda erunt omnia magnamque mihi conflare possum invidiam sine magno fructu ex hac tam diuturna cessatione. Quoties me admonet ac urget cancellarius maturandum esse opus, expectare typographum, quem saepius ad me misit, moram in gravi periculo esse, tot perire animas, quae pura doctrina libelli pascerentur et veneno catechistico, quod nunc quotidie hauriunt, liberarentur hac aeditione. Igitur etsi valde probarem consilium tuum, ut catechismi mei, priusquam in lucem exeat, formam videretis adeoque corrigeretis isthic, tamen difficile mihi visum est bonis viris aequa postulantibus repugnare, in menses aliquos rem iterum differre ac reiicere, dum illuc eat et redeat libellus. Sed nolui tamen hic mihi fidere; dissimulavi haec universa, invito adhuc, ni fallor, cancellario probatissimo viro, et alia mihi via regis impetravi consensum, ut tantisper differretur aeditio, donec vestro etiam calculo approbaretur. Nam sic etiam consultum videri, ut qui reliqua teneretis in manibus (de duplici compendio loquor), non prorsus ignoraretis partem hanc tertiam, quae velut fundamenti loco praestrueretur et aliis illis compendiis explicaretur. Itaque mitto puerilis catechismi mei partem aliquam et summis votis exopto a vobis vel immutari vel corrigi omnia, deinde quae correcta erunt, huc quamprimum remitti, ut rex etiam a nobis et vobis postulat maxime. Qua in re ne sitis quaeso nobis in moram, ego interim reliqua curabo transscribi et isthuc mitti, sed licebit in aedendo progredi, ut primum ista restitueritis ex Urbe. Quae primam libelli partem continent, multa exemplarium millia erunt." Ep. Canisii 8. Junii 1554 Polanco data. Br I, 473 sq.

[4] „. . . . V. R. dice si maraveglia che sia mutato il conseglio de far doi libri, uno per li preti, altro per le scuole et forsa più ci potriamo noi maravigliare che dica la R. V. che habbiamo mutato conseglio, qual mai havevamo havuto et nè manco promesso, perchè in vero vedevamo non essere ragionevole che in un libro si contenessi quello che si haveva de leggere nelle scuole et quello che havevano adoperare li curati; ma non havevamo promesso nè pensato, che io sappia de fare tali doi libri, perchè le molte occupationi che di qua habbiamo non ci davano tropo occasione de offerir libri tanto liberalmente, massime non ricercati si non de

operibus, quae modo diximus, nihil amplius auditum. Frusius enim praemature diem suum obiit, Lainius paulo post praepositus generalis Ordinis electus aliis negotiis fuit occupatus.

Legimus quidem edictum Summae doctrinae praemissum die 14. Augusti datum esse; attamen opus ipsum mora denuo interposita non confestim in publicum exiit, quia censura Ordinis, quae libris edendis ex officio instat, editionem prolatabat. Canisius enim, qua erat religione, etsi omnes partes operis iterum iterumque retractaverat, tamen suis viribus suoque iudicio parum fidens grato animo audiebat omnes revisorum annotationes et quae mutari vellent, libenter corrigebat.[1] Ex epistula Canisii 16. Augusti 1554 ad Polancum data certo constat catechismum Romae recognitum esse a P. Frusio et P. Olavio.[2] Eadem epistula verisimillimum redditur Polancum quoque et Lainium, qui tunc per Italiam praepositi provincialis munus gerebat, suas addidisse censuras. Quando autem epistulae censorum una cum ipso catechismo Vindobonam missae sint, litteris ostenditur, quae Roma 19. Julii 1554 Ignatii nomine ad Matthiam de Taxis, Ferdinandi I. postarum magistrum perlatae sunt, in quibus ita scriptum est: „Questi giorni passati abbiamo ricevuto una lettera della Maestà regia ed un certo trattato che li Nostri facessero per sua commissione. Quî si manda risposta di detta lettera e si rimanda il trattato sopradetto visto quî in Roma."[3] Annotationes autem censorum levioris ponderis erant. „Responderunt enim patres Romani res, dispositionem, elocutionem, iudicium, denique cuncta plene probantes; adfuisse ei [auctori] in labore illo propitium Deum, ut idem placeret pariter ac prodesset."[4] Canisius die 16. Augusti sociis Romanis gratias egit: „Laus Christo, qui charitatem vestram in tantis occupationibus ad humilia isthaec studia et figmenta nostra censenda protendit."[5]

Interim Ferdinandus rex commoto animo, quando tandem opus in lucem veniret, de die in diem exspectabat: „Caesar Ferdinandus [librum] Viennae de manibus nostris manibus extorsit."[6] Et revera rex tantopere urgebat, ut Canisius non iam auderet, quod reliquum manuscripti erat, antequam imprimeretur Romam transmittere;[7] simulque quaesivit, utrum catechismus indicato an suppresso nomine auctoris in lucem edendus videretur. Iam die 14. Augusti in cancellaria imperatoria re dirempta Canisius biduo post Romam nuntiat: „Quod scribitis in praefatione nomen autoris addi posse, nos re diligenter excussa et cum cancellario regis collata iudicavimus, quandoquidem unius autoritas nec apud omnes nec apud istos praecipue tanti valet, divinae gloriae et communi multorum utilitati magis servire posse suppressum nomen autoris, ut liber eo maiorem inveniat fidem, quo a pluribus et me doctioribus atque praestantioribus esse conscriptus atque confectus videbitur. Ita fortassis et regis honori, ne ex uno pendere dicatur, erit prospectum magis."[8] Non minus 22 anni praeterierant,

uno. Pur il desiderio de V. P. et zelo della salute della Germania è escusabile et perchè di qua ancora c'è parte di questo a nostro Padre è parso de levar il P. M. Andrea di Frusio della lettione de san Paulo, che leggeva con molta satisfattione delli auditori, acciò si occupi in questo libro per li curati et il Dr. Olave lo potrà aggiutare, si accadessi et gli altri che siamo in Roma et non dubbitiamo sarà opera assai fruttuosa. Ma è bene che intenda la R. V. che non si fanno così agievolmente cose simile nè sanza assai discomodo nostro. La R. V. adunque faccia conto che il suo cathechismo sarà per li giovani et queste due altre opere per li curati l' una e l' altro per le scuole de theologia." Ex ep. 18. Iulii 1554 data: MHSI Ignat. VII, 245 n. 4611 et cfr. Ignat. VII, 263 n. 4617.

[1] Br I, 474. [2] Br I, 483. [3] Br I, 481 sq. [4] Sacchini: De vita Canisii pg. 90. [5] Br I, 482.
[6] Vide dedicationem in Opere catechistico Coloniae 1577; infra pg. 82*. [7] Br I, 482. [8] Br I, 483.

cum Canisius in introductione magni Operis Catechistici eadem repetiit: „... me quidem nomen tunc meum supprimente minus ut invidiosum esset opus, cuius autor ignoraretur."[1] Ex ipso hoc loco intellegitur silentium de nomine auctoris in prima editione non tam ad cancellarium aulicum Dr.em Jonam quam ad Canisii modestiam esse referendum. Quodsi cancellarius aulicus „novam addit praefationem,"[2] conicere licet in prima formula edicti regis Canisium auctorem nominatum fuisse, quod Romani et iam ipsi probaverant.[3] Denique mense Augusto 1554 manuscriptum in officinam typographicam translatum est Michaelis Zimmermanni, qui Vindobonae non solum typographi, sed etiam redemptoris nomine erat conspicuus. Eius merita remuneraturus Ferdinandus rex singulari eum donavit privilegio. Per insequentes decem annos toto imperio Romano et in provinciis Ferdinandi hereditariis nemini licuit inscio et invito Zimmermanno catechismum aut typis imprimere aut vendere iniuncta poena decem marcarum aurearum et totius editionis amittendae.[4] Tardam nihilominus dolebat Canisius impressionem. Die 26. Octobris anni 1554 demum potuit primitias operis sui Romam mittere „non solum ad relegenda, sed etiam ad emendanda, qualiacunque sunt ista, quae utinam recte confici, feliciter excudi et frugifere tandem evulgari possent.'[5] Ex iisdem litteris elucet, quam difficile fuerit Canisio, scriptori nondum adeo experto, operam excudendi vigili custodia prosequi: „Mecum velut cum parturiente agitur; non possum non esse anxius, quamdiu partus non exierit in lucem, ut Dei conspectui possit foetus offerri atque consecrari." Iamvero infirmitatis suae sibi conscius ita pergit: „Vestris interim precationibus promovete successum, ut quo coepimus, eodem adspirante absolvamus debitum hoc Deo vobisque tributum. Dominus Iesus in suam gloriam convertat hanc mentis meae trepidationem; expertus didici, quam procul absim ab iis, qui recte scribere et scripta edere norunt pro dignitate. Credo et spero minus vobis negotii fore in conscribendis reliquis [Enchiridio parochorum et Compendio theologico]; eorum magna tenet nos et regios exspectatio."[6]

Novam retardationem attulit operi imprimendo, quod a Iulio III. papa Canisius in integrum annum administrationem vacantis dioecesis Vindobonensis suscipere iussus est, et insuper initio anni 1555 sermones in cathedrali ecclesia s. Stephani habere debuit. Non prius quam 25. Martii 1555 labor catechismi tantum profecerat, ut Canisius posset nuntiare Romam: „Quanto al catechismo, sia laudato il Signor, per la cui gratia questa opera quasi già è finita." Verum non minus modestiae viri quam indefessae diligentiae auctoris est dicere: „Acciò per altra volta, quando se stampasse questa opera, tutto sia correcto et posto in ordine per satisfar anche alli morosi et curiosi censori, sicome hora se trovano. Io confesso la mia imperitia et insofficientia per attendere a una tal opera, la qual mi ha dato una buona poenitentia."[7]

Mirum quantum praedicator aulicus Sebast. Pfauser cum Lutheranis clam conspirans contra catechismum, priusquam ederetur, odium et invidiam movere studuit; sed nihilominus tomus imprimendus feliciter e torculis expeditus est. Die 21. Aprilis ultima folia ad relegendum Romam venerunt et confestim nonnullis, quae corrigenda

[1] Cfr. pg. 46* annotat. 6. [2] Br I, 483. [3] Br ibid. [4] Vide pg. 1. [5] Br I, 501. [6] Br I, 502.
[7] Br I, 521 sq.

essent, notatis redierunt Vindobonam.[1] Die 27. Aprilis Canisius „opusculum" suum amico Martino Cromero transmisit adiectis precibus, ut parandae novae editioni, quaecumque lima et emendatione egerent, indicaret.[2]

Canisius verene auctor Summae doctrinae christianae sit.[3] — Ex eo, quod Summa suppresso scriptoris nomine publicata est, complures docti viri illius aetatis inducti sunt, ut verum auctorem non Canisium, sed unum ex eruditis eius sodalibus sociis Viennensibus, Iaium praesertim, existimarent. Iaii, cum maturius vita cessisset, opus a Canisio absolutum fuisse. Sane falsa opinio. Diligenti perscrutatione manu scriptorum Iaii nondum typis impressorum[4] compertum habemus in iis longiorem tractatum theologicum esse cum illo convenientem, quem in epistula modo commemorata significavimus, sed prorsus discrepantem ab iis, quae Canisius in catechismo postea in lucem edito de ecclesia exponit. Neque ex eo quidem negandum est, immo vero valde verisimile Canisium scripta a P. Iaio sibi permissa ad praelectiones suas theologicas adhibuisse, minime autem concedendum ex illis Summae suae substruxisse fundamenta. Summa enim duobus demum annis post multo labore et coepta et ordine formaque plane mutatis absoluta est. Consentit cum his edictum Ferdinandi imperatoris die 10. Decembris anni 1560 datum, quo Canisium luce clarius auctorem Summae appellat: „Ad quod catholicum opus conscribendum, inter alios non dubiae fidei et doctrinae viros honorabilem, religiosum, devotum nobis dilectum Petrum Canisium sacrae theologiae doctorem delegimus et cum ab eo fuisset conscriptum, aliorum etiam . . . iudicio et censurae subiecimus."[5] Quamquam Canisii epistulae Romam datae et inde acceptae anni 1550—1555 sufficiunt ad omne dubium in hac re tollendum, liceat tamen voces sancti viri variis temporibus et in diversis condicionibus de catechismo prolatas afferre.

1. Locus quidam ex dedicatione, quam Canisius anno 1566 una cum Summa Post-Tridentina ad senatum populumque Coloniensem misit: „Cum ante decennium Viennae versarer et laudatissimo regi Ferdinando . . . . a sacris essem contionibus, hoc ego qualecunque opus, ut ingenue fatear, eodem principe sic postulante conscriptum, in lucem primum dedi."[6]

2. Canisii dedicatio, quam ad Opus catechisticum annis 1569, 1577, 1586 editum adiecit et Iulio Echter episcopo Herbipolensi transmisit. Ibi haec leguntur: „De prima nostri catechismi editione cogor repetere, quam inclytus ille caesar Ferdinandus Viennae de manibus nostris extorsit et ante XXVI annos edi voluit sua autoritate, me quidem nomen tunc supprimente."[7]

3. Summae praemissa dedicatio ad Guilelmum Bavariae ducem directa die 27. Ianuario anni 1571: „Cogor hoc loco repetere, quod sum iam ante testatus, illustrissime Guilhelme princeps, me videlicet Viennae primum, quod ita postularet serenissimus caesar Ferdinandus, hoc quidquid est operis, in lucem edidisse."[8]

---

[1] „Ricevemo il resto del chatecismo et gia si è cominciato a rivedere et si mandarano alla R. V. le anotationi di alcuni, facia lei questo visto, come meglio li parera si potra aconciare quello che sara da corregere . . ." Ex ep. ined. Cod. Ital. 105 II. 1. fol. 30r. [2] Br I, 537. [3] Cfr. Br Entstehung. pg. 14 ssq. [4] Agitur de codice quodam provinciae Germ. sup. a. P. Claudio Iaio relicto, quem Canisius, ut in parte interiore operis manu scripti testatur, usque ad a. 1595 possidebat et eodem anno P. Hoffaeo provinciali tradidit.
[5] Vide infra pg. 4 annot. B 11. [6] Vide infra pg. 76*. [7] Vide infra pg. 82*. [8] Vide infra pg. 79.

4. Dicta nonnulla in „Confessionibus" usurpata: „Cum apud caesarem Ferdinandum Viennae agerem et partim in schola, partim in templo sacra profiterer, voluit ille me non solum viva voce sed etiam arrepto calamo laborare ac suis austriacis in fide corruptis talem conscribere catechismum, qui leniter lapsos erigere ac devios in viam revocare per Dei gratiam posset."[1] Et in Testamento circa a. 1597 ab ipso composito: „Voluit autem divina bonitas me Viennae... austriacum praeterea conscribere catechismum."[2]

Nullo vero modo Canisius, qua erat modestia et veracitate, in hunc modum locutus esset, si quid cuiuslibet momenti a Iaio elaboratum in manibus habuisset.

II. Summa Post-Tridentina.

Primam editionem catechismi maioris eodem anno 1555 exeunte mense Iunio vel mense Iulio ineunte altera editio ex officina Zimmermanni secuta est, priori in rebus ipsis fere aequalis. Praeter nonnullas mutationes orationis, quae e censura Romana provenisse videntur, in corpore ipso editionis A2 viginti errores editionis A1 sublati sunt, octo ed. A2 in calce totius operis emendati.[3] Anno insequenti 1556 iam tertia editio excusa est (A3), nullis erroribus in fine indicatis, sat multis vero in ipsum opus illapsis. Haec editio est prima Viennensis, quae annum (1556) expressum exhibet in versa nempe tituli pagina ad inferiorem angulum sinistrum imaginis, quae ss. Redemptorem de cruce sublatum et in sinu Matris depositum repraesentat.[4]

Editiones A(1+2) et A(1+3) editiones propriae non sunt, utpote ex partibus editionum A1, A2, A3 compositae.[5] Nunquam Canisius cessavit Summam suam expolire et ab aliis expoliendam curare. Velut ex urbe Ingolstadio ad Lainium scripsit: „Catechismum in Flandria probari[6] avideque legi, propter orationes vestras intelligo. Utinam liber totus doctis viris relegendus et recognoscendus tradatur; efficerem ego, ut nova cum regis autoritate tersius ederetur, quam hactenus. Qua in re cupio a R.P.V. serio adiuvari."[7] Quod P. Lainius mutandum suaserat — attinet quidem ad quaestionem 129 cum rectore collegii Perusiensis communicatam — non videtur Canisius respexisse, nam eadem formula expressa iterum ponitur sub quaestione 134 Summae post Tridentinum editae.[8] Perlegere Summam in posterum P. Emmanueli Sa Lusitano iniunctum est, quod Canisius fortasse, cum Romae versabatur, a superioribus impetraverat.

Quantopere autem ista electio revisoris P. Sa e voluntate nostri Sancti fuerit, intellegitur ex litteris, quas ipse priusquam Bononia discederet, ad P. Polancum dedit: „Quanto al catechismo nostro," inquit, „prego la R.V. vogli spingere il D. Emmanuel per fare(?) diligentia in revederlo et castigarlo con la gratia de Iddio."[9]

[1] Br I, 63. [2] Br I, 48. [3] Vide in bibliogr. pg. 103* sq. [4] Ibid. [5] Ibid. [6] Vide approbationem R. Tapperi s. Petri in Lovanio decani in edit. Lovaniensi B1. [7] 1. Dez. 1556: Br II, 36.

[8] „Quanto alla doctrina christiana, che si mandò, non ho havuto tempo di vederla più, nè consequentemente di aggiongere niente a quella. V. R. potrà farlo, et dove parla delli sacramenti, dicendo sono necessarii per conseguir la beatitudine, notava il P. Canisio (et bene), che si potria explicar' quella parola necessario, perchè non si piglia in altro senso di quello, che si è detto. Potria dunque dirsi così: che sono ordinati detti sacramenti per la beatitudine eterna et non che sieno necessarii; o finalmente, l'accomodi come li parerà et, se si stampa, non si metta nome di authore. È libero V. R. in mettere nella doctrina detta tutto quello, che li parerà essere al proposito alli suoi da Perugia." MHSI Laynez II, 638 sq. n. 662. [9] Ep. 7. VII. 1557: Br II, 97.

Respondit Polancus P. Emmanuelem brevi esse Canisio aperturum, quaecunque mutari vellet.[1] Laetissimo animo Canisius ex urbe Vormatia nuntiavit: „Annotationes P. Emmanuelis in catechismum expecto et, si excusi sunt typis postremi quaterniones libelli de rebus Indicis, oro ut priori parti, quam accepimus, adiiciantur."[2] Initio anni 1558 annotationes P. Sa tandem videntur ad Canisium pervenisse; P. Hieronymum Natalem certiorem fecit: „Rigratio molto al R. P. Emanuel per la sua faticha circa il cathecismo, la qual non è fatta senza frutto."[3] Annotationibus P. Sa permotus Canisius aliquas mutationes minoris momenti facere volebat et postea librum nova praefatione instructum et novo privilegio caesareo munitum iterum typis excudere.[4] Duobus post annis Coloniam scribens, Goudanum et alios patres ibi degentes enixe rogabat, si qua re catechismum putarent vel augendum vel immutandum, ut secum communicarent.[5] Cum episcopus quidam, cui nonnullae res Summae minus probabantur, de illis P. Eberhardum Mercurianum praepositum id temporis provinciae Germaniae inferioris edocuisset,[6] continuo litteris ad provincialem datis Canisius ex Augusta Vindelicorum omnia sese diligenter consideraturum promittit. Modo se in eo esse, ut Summam retractaret: consuleret ipse, si placeret, etiam alios, et quamprimum Augustam rescriberet, quae mutanda vel corrigenda videantur. Deinde pergit: „Nisi sunt alii in hoc scripti genere versati felicius, quibus ego certe libenter cedam."[7]

Aliis etiam curis sub idem tempus Canisius angebatur animo, quarum eadem epistula documento est. Anno enim 1559 Guilelmus Tramezinus typographus Venetus inscio et invito Canisio[8] eum in recusa Summa auctorem libri nominaverat.[9] Item catechismus parvus anno 1559 apud Joh. Bellerum Antverpiae typis impressus nomine Canisii auctoris fuit insignitus.[10] Insuper ipse imperator cupere se innuit et Summam et Parvum Catechismum interea editum indicato nomine auctoris evulgari.[11] Habuit enim in animo catechismum illum novo edicto cunctis regionibus dicionis suae utendum praescribere, omni alio secluso. Qua christianissimi Principis significatione praeclaram sibi Canisius oblatam putavit occasionem opus totum retractandi

---

[1] „Quanto al catechismo, ho sollicitato al dottor Manuel: non so quel che potrà far. Andarà, come mi ha detto, la sua nota molto presto; forsa con la copia di questa la mandarò per via del Reverendissimo Augustano." MHSI Laynez II, 401 n. 546. [2] Br II, 138. [3] Br II, 199.

[4] „È vero che per le annotationi del P. Emanuel io vorria mutar alcune cosette et ristampar il libro con una prefatione, la qual in genere respondesse brevemente a quello libro famoso, che è stato scritto in contra. Et sopra ciò ho parlato alla Sua Maestà, la qual havendo visto quella prefatione, se contenta de dar un privilegio al stampatore, acciò il libro si stampi di novo così corretto et recognito. Se V. R. voglia veder prima questa prefatione, la qual anchora non ho finita, io mandarò presto over poterò con meco, se bisognerà venire in questo Maggio alla Congregatione." Ex ep. Canisii Lainio 23. Febr. 1558 data. Cfr. Br II, 206 sq.

[5] „Sed P. Goudani et vestram [L. Kesselii] expecto sententiam non solum de hoc, sed de aliis etiam, quae vel addenda vel mutanda in utroque catechismo iudicaveritis." Cfr. Br II, 689.

[6] Ep. 16. VII. 1560 Kesselio data. Cfr. Br II, 681. [7] Ep. 13. VIII. 1560. Cf. Br II, 703 sq.

[8] Hoc patet ex praefatione Summae a. 1566 apposita: „Veneti et Galli, dum opus recudunt, me quidem inscio, nomen meum adscripserunt" (cfr. pg. 76*) et ex ep. Canisii Mercuriano 13. Aug. 1560 data: „Quod mihi maiori cepit esse curae, ut verum fatear, postquam typographus Venetus et Antverpiensis vel me invito nomen a[d]scripsit autoris." Br II, 704 et ex ep. Canisii E. Kesselio 16. Iulii 1560 data: „ . . . meum nomen interponitur, quod Veneti me vel invito expresserunt." Br II, 681. [9] Vide in bibliogr. pg. 113*.

[10] Ibid. pg. 129*. Etiam catechismi minoris versio Vlamica, quae anno 1561 Lovanii apud Petrum Sangre in lucem prodierat, et Latina editio Summae anno 1562 Lugduni a Michaele Jovio facta (cfr. pg. 113*) eandem significationem prae se ferunt. [11] Vide in app. crit. pg. 4 B 22.

atque alio typographo committendi. Elegit igitur Maternum Cholinum Coloniensem,[1] quippe qui eodem iam anno Summam exemplum secutus Parisiense edidisset, quamquam illa editio, id quod ex litteris s. Patris ad Goudanum datis conicias, ipsi Canisio minus placebat: „Addita est pars theologi Gallici postremae Materni editioni, sed nescio quam apte cohaereat, suam dicat mihi sententiam quaeso R. T. putetne aliud illius loco adiiciendum, quod operi et lectori commodet."[2]

Quam grave periculum in se recepisset, conscius sibi Canisius, quanta cura de nova editione affectus sit, vix dici potest. Fassus est hoc P. Lainio epistula Augustae data dicens: „Si de integro queat recognosci et a calce ad caput usque corrigi, id ego viderem lubenter, propterea quod liber, me licet inscio et invito, in lucem prodierit sub meo nomine."[3]

Ceterum die 21. Januarii 1561 per amicum P. Leonardum Kesselium, rectorem gymnasii Coloniensis privilegium caesareum recognitae et auctae[4] Summae ac simul catechismi minoris ad Cholinum transmisit. Intra 10 annos insequentes nemini praeter Cholinum eos libros excudere aut venum dare licebat poena 10 marcarum auri purificati proposita.[5] Sub finem anni 1562 Canisius cum P. Natale, commissario papali, qui auxilium promiserat „in quibusdam adiungendis,"[6] de emendanda et recudenda Summa agere coepit, sed iam paulo post omni fere spe destitutus in epistula ad Henricum Dionysium Augusta Vindelicorum data questus est: „Catechismus vero latinus [i. e. Summa] dormit, sic iudicante P. Commissario, ut non exeat recognitus nisi et ipse diligenter relegerit et inter relegendum annotarit, quae in postrema editione addenda videantur."[7] Ceterum P. Natalis ad corrigendum catechismum etiam P. Salmeronem videtur adhibuisse; nam Canisio Salmeronem Tridenti operam dare catechismo[8] nuntiatum est, et ipse Polancus tribus hebdomadis post indidem Tridento nuntiavit: „Il catechismo che prese a locupletar il P. maestro Salmeron va in buoni termini."[9] Cholinus iam e die 10. Decembris 1560 privilegio caesareo donatus, quod moram excudendi aegre ferebat mirandum non est, praesertim cum anno 1563 cogeretur veterem editionem iterum impressam publicare, tunc quidem nomine auctoris adiecto.[10] Audias Canisium (die 5. Ianuarii 1563 ad P. Kesselium): „Catechismus Tridenti relegitur, relectus mittetur ad me, ac fortassis etiam locupletatus. Itaque Materno satisfacere non possum hoc tempore."[11]

Difficultates, quae novae editioni obstabant, minus ad res externas quam ad res contentas videntur pertinuisse. Anno 1563 disceptationes Tridentinae finem habuerunt. Iam vero ab Summa primum edita ipsis ultimis annis 1562 et 1563 sessiones summi momenti dogmatici habitae erant, quibus decreta de communione, de sacrificio missae, de ordine, de matrimonio, de purgatorio, de invocatione, veneratione et reliquiis sanctorum, de sacris imaginibus et de indulgentiis constituta et in codices redacta sunt. Capita et decreta „ad doctrinam et disciplinam" pertinentia necessario in nova editione respicienda vel saltem citanda erant. Insuper neque concilii decreta de baptismo, de eucharistia, de unctione, de poenitentia iam ante a. 1555

[1] Ep. 30. VII. 1560 Kesselio data. Cfr. Br II, 689. [2] Ep. 15. X. 1560, vide Br II, 745 et in bibliogr. pg. 117*. [3] Br III, 21. [4] Br III, 24. [5] Vide edict. caes. Viennae 10. XII. 1560 datum pg. 4. [6] Ep. 7. XI. 1562 Kesselio data: Br III, 525. [7] Ep. inter 5. et 19. Dec. data: Br III, 552. [8] Ep. 29. XII. 1562: Br III, 579. [9] Ep. 19. I. 1563: Br IV, 26. [10] Vide in bibliogr. pg. 117*. [11] Ep. Canisii 5. I. 1563 Kesselio data: Br IV, 11.

UNIVERSITY OF ILLINOIS

vulgata Canisius in prima editione citaverat, ne dicam decreta fundamentalia de peccato originali et de iustificatione, quae cardinis instar in pugna contra novatores erant. Vix dubium esse potest, quin etiam patres societatis Iesu Tridenti degentes, praesertim Salmeron et Natalis, Canisium de hac re monuerint. Quare iam intendebat catechismum recognoscere et augere[1] et simul pristinam divisionem „Sapientia christiana" et „Iustitia christiana" auferre. Quae cum ita essent, Lainius animum Canisio firmare cupiens per P. Polancum haec ei perscripsit: „Circa il catechismo, non obstante li ricordi del P. Salmeron et del P. Natale, pare a N. P., che V. R. faccia quel che meglio li parera, et non si curi di mutar l'ordine dela divisione in Sapientiam et Iustitiam christianam, poi che tanto perturbarebbe questo la textura del libro, ne de aggionger molte cose al suo, se non si potessino con molta brevità et apositamente aggiongersi; et adverta V. R. che una delle cose per le quali ha piaciuto il suo catechismo è la brevità, anzi a qualcuno pare alquanto longo, come al cardinal Varmiense [Hosio], et pero non bisognerà far longe additioni et tanto più presto potrà spedirsi V. R."[2]

Accedit, quod P. Lainio, cum magnam auctoritatem Summae e prospero successu cognosceret, eius cura vel in gravissimis concilii actionibus semper ob oculos versabatur. Quare die 21(23). Novembris P. Natalem rogavit, ut recensionem Summae provideret. Id si non posset fieri, totam rem auctori ipsi relinquendam fore.[3] Et post duos menses Canisium ipsum cohortatus est, ut impressionem celeriter curaret: „Il catechismo espediscalo V. R. da per se pigliando ciò che li pare delle additioni, che li forno mandate, et lassando [il] resto."[4] Hoc ipsum Canisio versus finem Februarii anni 1564 a patribus Romanis mandatum est. At duo fere anni intercesserunt, donec Summa nova forma induta, „recognita et locupletata" in lucem edita est.[5] Festo demum apparitionis Domini [1566] Canisius Coloniae litteras dedicatorias operis „Ad senatum populumque Coloniensem" conscripsit. Sancta deinde hebdomada P. Kesselius absolutum librum pro munusculo paschali tribus amicis capitularibus misit.[6]

B. Quomodo catechismus Latinus minimus paulatim creverit.

Ut Lutherus, magno suo catechismo (a. 1529) non satis contentus, alterum subinde parvulum vulgavit, sic Canisius in Summa sua confecta non acquievit. Discipuli enim, vel superiorum cursuum, hinc inde non facile Summam percipiebant interdum verbosiorem, ipse vero parvulos et intime habebat cognitos et amore complectebatur singulari. „Permultum autem," scribit, „in prima hominis institutione situm est, quum difficulter eradatur, quod rudes animi perbiberunt, sicut recens testa diu et saporem retinet et odorem, quo primum imbuta est."[7] Canisium revera praeter minorem catechismum discipulis gymnasii accommodatum etiam minimum ad usum

[1] Re vera non solum multis in locis novae editionis capita vel decreta concilii Tridentini commemorata sunt, sed variis in locis etiam ipsa verba concilii allegantur, v. g. pg. 127 B 13 ssq., 128 B 25 ssq., 146 A 20 ssq., aliisque in locis. Praesertim vero appendix de hominis lapsu et iustificatione (cfr. pg. 197 ssq.) ex concilio Tridentino ad verbum desumpta est. [2] Ep. 29. VI. 1563: Br IV, 275 sq. [3] Br IV, 403. [4] Ep. 25./26. II. 1564: Br IV, 457. [5] Est editio G 1, cfr. bibliogr. pg. 118*. [6] Ep. 18. IV. 1566: Br V, 803. De Opere catechistico, quod a P. Busaeo concinnatum omnino Summa Post-Tridentina nititur, vide infra pg. 67*ssq.
[7] De Maria virg. incomp. I, 1 c. 13 pg. 98 ed. 1583.

parvulorum scripsisse P. Braunsberger evidenter ostendit.[1] Non solum enim locum illum clarissimum „Confessionum" attulit: „Potest hic liber maior catechismus appellari, ut rectius discernatur a minore immo et minimo, quos ambos libellos in gratiam rudiorum postea evulgavi,"[2] sed etiam post diuturnas in bibliotheca universitatis Monacensis inquisitiones catechismum hunc minimum in ‚Principia grammatices' detexit appendicis loco adnexum.[3] Hic libellus anno 1556 Ingolstadii a fratribus Alexandro et Samuele Weissenhorniis tacito nomine auctoris excusus est. Accuratius inspiciens Braunsberger recte statuit „Principia grammatices" nihil aliud esse nisi libellum de primis latinae grammatices... rudimentis, qui a P. Hannibale Codretto conscriptus anno 1550 Lugduni primum publicatus est. Consulto autem catechismus minimus veluti grammatica tironum velatus in publicum exiit. Optavit enim Canisius, ut non tantum ingenia sed etiam animi parvulorum quasi per ludum enutrirentur. Hic catechismus ad usum rudiorum accommodatus nihil aliud est, uti infra ostendemus, nisi pressa Summae epitome, cuius extrema lineamenta sequens Canisius tribus annis post catechismum Latinum minorem elaboravit. Ex altera parte, quod saeculi XVI. solum tres editiones catechismi minimi Latini exstant, satis indicat hunc typum prae catechismo minore et catechismo minimo Germanico tenuiorem successum habuisse. Neque tamen in dubium vocari potest, quin hi tres omnes inter se coniungantur et in substantia ex Summa A 1 vel A 2 dependeant.

C. Historia compositionis catechismi Germanici minimi.

Apte convenit industriae litterariae Canisii, catechismum minimum Latinum ad usum rudium etiam lingua vernacula emittere. Quo is anno ortus sit, docti viri diu dubitaverunt. Indicium quoddam certe exhibet epistula P. Iohannis Adler S.I. magistri Viennae degentis ad P. Hieronymum Natalem data, ex qua apparet Canisium iam aestate anni 1555 in conficiendo parvo catechismo germanico occupatum fuisse. Scribit enim P. Adler: „Inter alia [Canisius] etiam hoc mihi mandavit, Rev. in Christo Pater, ut catechismum seu doctrinam christianam, quam in templo nostro scholastici recitare consueverunt, in linguam italicam transferrem eamque quam primum ad R. T. mitterem. Quod sane onus, quamvis difficile mihi utcunque imparque viribus videretur,... feci tamen quod potui, partemque illam priorem ceu fragmentum quoddam inchoati operis in linguam italicam transtuli (nam ita mutilatus nobis et imperfectus a P. Canisio relictus est liber iste). In qua quidem translatione hoc servavi diligentius, ut sensus sensui [potius] redderetur quam verbum verbo, quod sit magna idiomatis nostri atque italici diversitas longeque alia verborum vis et proprietas, ut saepe paucis nos verbis magnam italici sermonis copiam complectamur..."[4]

Ex hac epistula clarissime apparet P. Ioannem Adler aliquem catechismum Germanicum a Canisio compositum italice vertisse: At qualem Germanicum? P. Braunsberger quidem antea censuit Canisium hunc libellum anno 1558 Dilingae publicasse,[5]

---

[1] Entstehung und erste Entw. pg. 98ssq. et ZKTh. (1890) pg. 733ssq. [2] Br I, 64. [3] Vide in bibliogr. pg. 159*sq. [4] Ep. 1. X. 1555: Br I, 750sq. [5] Entstehung u. erste Entw. pg. 106sq.

sed perpaucis annis post mutata sententia sibi persuasit istum catechismum iam anno 1556 aut 1557, probabiliter Ingolstadii, editum esse. Iam vero hoc idem a Nic. Paulo plenissime probatum est.[1] Sicut enim catechismus Latinus minimus auctore non indicato ad „Principia grammatices" Codretti adnectitur, ita catechismus Germanicus minimus coniunctus invenitur non solum cum brevi sermone ad eos, qui eucharistiam sumpturi sunt,[2] sed etiam cum declaratione illa, quam Bavariae „ordines saeculares," ad protestantismum transire cupientes, in comitiis Monachii a. 1556 habitis, ex Alberto V. duce extorserunt.[3] Quae declaratio cum die 31. Martii data sit, terminus ad quem de ortu catechismi minimi Germanici indubius fit: etenim catechismus noster reticito auctore una cum aliis tribus documentis ducis ad sacerdotes Bavariae missus est. Constat autem de minimo catechismo Germanico Canisii illic agi, non solum quod cum catechismo Latino eodem anno publicato in ratione dicendi congruit, sed etiam quia in materiae partitionibus cum „Sapientia et Iustitia christiana" plane consentit.[4]

E fontibus quidem stricte probari non potest iam anno 1555 catechismum minimum Germanicum in lucem editum fuisse; neque id verisimile est, quia Canisius anno 1555 in edenda Summa satis occupatus fuit. Ceterum facile concedimus eum eodem anno editionem tum Latini tum Germanici minimi praeparasse, quae ambae tamen anno demum 1556 nomine auctoris suppresso aptataque forma additamentorum publicari potuerunt.

Lucem accipit quaestio in hac rerum condicione ex admonitionibus, quibus sanctus Ignatius patres Pragam ad fundandum collegium proficiscentes prosecutus est. Iis

---

[1] ZKTh. (1903) pg. 170 ssq.

[2] „An die so auß der Consecration des Canons das Sacrament des Altars empfahen Vermanung." Sine auctore, loco, tempore, typographo. 4° ff. 4 numeris non signata; in altero ex inferioribus angulis folii primi est littera 𝔄 atque eodem modo in ff. 2 et 3 𝔄ij et 𝔄iij in fol. 4 nihil. Docentur in hac admonitione christifideles in missae sacrificio memoriam passionis Christi renovari et in eucharistia Christi corpus vere adesse; proponuntur eius sacramenti fructus praeclari; ostenditur non esse illud sumendum ab iis, qui gravi culpa inquinati sint et maxime cavendum esse ab errore eorum, qui dicant communionem sub utraque specie necessariam esse. Cfr. Br II, 884.

[3] „Von Gottes genaden Albrecht Pfalnntzgrave bey Rhein Hertzog in Obern und Nidern Bayrn etc. Unsern grůß zůvor lieben etc." Sine loco, anno, nominibus editoris et typographi; 4°, ff. 4; e quibus primum, secundum, tertium in angulis inferioribus signata sunt 𝔍j 𝔍ij 𝔍iij. Extrema verba sunt: „Datum München den letsten des Monats Martij anno etc. [MD] LVI." „Bavariae dux his litteris pronuntiat, se, donec causa religionis in proximis imperii comitiis componatur, non puniturum eos, qui sacram eucharistiam sub utraque specie daturi sint vel sumpturi, non contemnentes eos, qui eam sub una specie sumant neque etiam animadversurum se in eos, qui ex necessitate quadam et sine legis contemptu diebus abstinentiae carnem manducaturi sint; nec tamen sacerdotes ad utramque speciem porrigendam cogendos esse, sed propriae cuiusque conscientiae id a se permitti; per legatos etiam se cum episcopis acturum, ne quicquam ‚declarationi' suae contrarium faciant, puniendo, mandando etc. Ceterum dux planis verbis fatetur suum non esse communionem sub utraque specie vel usum carnis promiscuum cuiquam concedere atque sancte affirmat se in catholica religione permansurum nec permissurum, ut eius doctrina, sacramenta, caerimoniae mutentur; curaturum se, ut docti et pii sacerdotes parochiis praeficiantur etc." Br. II, 885 sq.

[4] Vide infra pg. 72* ssq. Quem catechismum coniunctim cum opusculis supra citatis „Vermanung" et „Declaration" et ex eadem officina typographica prodisse patet ex verbis „Catechi-" et „Von", quibus „Vermahnung" cum catechismo et catechismus cum „Declaratione" iuncta atque ex modo, quo eorum folia signata sunt; signaturam enim, quam dicimus, habent non distinctam, sed unam, quae a littera 𝔄 usque ad 𝔍iij progreditur. Porro, cum in Declaratione lex proponatur 31. III. 1556 lata et cum duo haec opuscula cum duobus aliis complexa corio ligata sint albo in cuius adversa parte prominet annus 1557, patet ea typis descripta esse vel 1556 vel 1557. Br II, 886.

enim inter alia haec commendat: „Et habbiasi cura d'haver una forma tale di dottrina, che li putti et persone semplici la possano comprar' et intendere in qualche modo che basti a loro et impararla a mente, il che si doverà procurare con gli scholari. Et penso, che 'l dottor Canisio anche ha fatto una tal dottrina."[1]

Quodsi postea Canisius P. Lainio scripsit: „Item io faccio stempar adesso certe cosette in Tudescho et un catechismo per li putti,"[2] plane nova editio significari videtur. Cum enim editio anni 1556 usui sacerdotum destinata esset, ut forma quadrata et scripta adiecta ostendunt, maxime e re fuit eundem catechismum minuta quidem forma sed ampliore textu ad usum parvulorum typis mandare. Ac revera iam anno insequenti 1558, catechismus minimus Germanicus auctore omisso etiamnunc forma 12⁰ Dilingae publici iuris factus est.[3]

At posthac in publicum non prodiit nisi adiunctus vel magno libro precationum (Betbûch) [aa. 1568, 1573, 1575, 1586, 1590, 1595], vel „Catholicis canticis ecclesiasticis" (Katholische Kirchengesäng) 1594 et 1596. Paulo ante mortem Canisius a. 1596 catechismum minimum Germanicum cum aliquot precatiunculis separatim edidit, cuius editionis causam in praefatione hanc adiungit: „Das aber etliche zwar unter meinem Nahmen disen meinen Catechismum immerdar mehren und allerley andere Fragen darein flicken, kan ich meines theilß viler Ursachen halben nicht gut heissen. Hab derohalben solches in disem meinem hohen Alter hiemit zu bezeugen und mehreren Unrath zu vermeiden, dise Edition allein für mein wahren kleinen Catechismum erkennen wollen."[4] Huius praeclarae editionis — proh dolor — ne unum quidem exemplum ad nos pervenit. Omnia exempla etsi praefationem anni 1596 aut 1597 habent, posteriore tempore sunt excusa, praesertim ea, in quibus orthographice literae U et V distingui iam coeptae sunt. Id enim ex medio demum septimo decimo saeculo fieri certe constat. Notas quidem in evangelicas lectiones scriptas Canisius annis 1591, 1593, 1595 Friburgi Helvetiorum Abrahamo Gemperlino typis imprimendas tradidit; sed ultima editio minimi catechismi Germanici haud scio an Dilingae sumptibus Ioannis Mayer facta sit. Etenim Canisius ad Michaelem Eberlin iuvenem confratrem haec Dilingam scripsit: „Salutem ex me dices nostris omnibus et imprimis P. Salvio, qui nescio an catechismum recudendum a me missum acceperit."[5] Denique die 18. Augusti eiusdem anni Canisius sua manu ad P. Salvium per litteras dicit: „Scripsi nuper ad typographum Ioannem [Mayer], ut me illi gratum ostendam et amicum sincere moneam."[6]

D. Quomodo catechismus Latinus minor explicatus sit.

Circa annum 1554 a PP. Italicis posita est quaestio, quomodo Societas Iesu religionem promovere posset, maxime in Germania. Cui quaestioni in hanc sententiam responsum est:

„Come .... gli eretici col rendere la loro falsa teologia popolare e proporzionata alla capacità del volgo e predicarla ai popoli e nelle scuole, e con spargere libri piccoli che possano essere da molti intesi e comprati, stendendosi con gli scritti

[1] MHSI Ignat. X, 691 n. 6205. [2] Ep. 11. II. 1557: Br II, 69. [3] Vide bibliogr. in parte II. [4] Br VIII, 873.
[5] Ep. 2. I. 1596: Br. VIII, 415. [6] Ep. 18. VIII. 1596: Br VIII, 432.

dove non potevano per mezzo dei loro ministri; e così, stante la negligenza di quelli che dovevano provedere, e li mali esempi e l'ignoranza dei cattolici, massime ecclesiastici, hanno fatto nella vigna del Signore tanta strage e rovina; così pare che la Compagnia nostra con li mezzi seguenti abbia da opporsi e procurare di rimediar alli mali, che per loro vengono alla Chiesa.

In primo luogo adunque, oltre la teologia perfetta che si insegna nelli studi generali, e ricerca fondamento di filosofia e conseguentemente tempo lungo, nè pare proporzionata se non ad ingegni buoni e svegliati, perchè li deboli si confondono e poco costrutto ne cavano; si faccia altra teologia sommaria, che tratti le cose sostanziali, che adesso non sono controverse, molto brevemente e nelle controverse si estenda di più in modo accommodato et proporzionato ai bisogni presenti dei popoli, provando sodamente li dogmi con buoni testimoni delle Scritture, tradizioni, concilii e dottori, e confutando le contrarie dottrine. Per tale teologia bastarebbe poco tempo per insegnarla, non entrando molto profondamente in altre materie; e così presto potrebbero farsi molti teologi e attendere a predicare e insegnare in molti luoghi e li più abili studerebbero esattamente li corsi più elevati e perfetti; e quelli che non facessero frutto in essi, si dovrebbero rimuovere e mettersi in quella teologia sommaria.

Le conclusioni principali di questa teologia come un breve catechismo, si potrebbero insegnare alli putti, come adesso s'insegna la dottrina cristiana, e così alli popoli rozzi, non troppo infetti e capaci de sottigliezza; e questo pure si potrà fare coi nostri scolari piccoli nelle scuole più basse, facendo loro imparare a mente . ."[1]

Nos quidem auctorem illius responsi Canisium esse iudicamus. Magis enim quam in quibusvis aliis inde relucent, quae Sanctus noster de religione promovenda sentiebat. Namque ipsis illis temporibus (a. 1554) in catecheticis laboribus suis occupatus erat penitusque omnes id temporis necessitates Germaniae cognitas tenebat. Denique ipse Canisius rationem et viam responso monstratam in usum vitaeque actionem deduxit. In magno suo catechismo theologiam christianam brevi comprehendit. Contra parvulis et indoctis usui erat brevissima illa epitome Summae, quam minimum catechismum agnoscimus. Iamvero alia eaque copiosior epitome studiosis inferiorum mediarumque classium destinata fuit, quam iure catechismum dixeris medium sive minorem.

Quo tempore autem iste catechismus, qui postea latissime divulgatus est, ortum habuerit, si fontes exhauseris, haec fere statuere licebit. Mense Augusto anni 1557 Canisius cum P. Goudano ad colloquium de fide et moribus Vormatiam profectus est. Hic eum visit Maternus Cholinus typographus Coloniensis, de quo P. Henricus Somalius iam die 5. Junii 1557 Colonia ad Lainium scripserat: „Mirum in modum flagrat eundem [catechismum sc. Summam] excudere."[2] Neque dubitandum videtur, quin Canisius ei spem addiderit et Summam et catechismum minorem excudere. Etenim die 23. Septembris eiusdem anni 1557 Sanctus noster Wormatia scripsit P. Kesselio: „Maternus apud nos est hoc tempore; fortassis illi addemus [i. e. praeter Summam] parvum catechismum recognitum, ut isthic recudatur."[3]

[1] Cartas de San Ignacio IV, 480 sq. n. 54. [2] MHSI Litt. Quadrimestr. V, 259 n. 65. [3] Br II, 134. Editio Summae a Cholino facta videtur esse Cx (cfr. Bibliogr.) ornamentum enim typogr. editionis Cx (pg. 3) plane concordans cum ornamento editionis e 4 (fol. B 1*) hoc probabilissimum reddit.

Ipse interea ne in itinere quidem ab opere suo cessans, dum Vormatia Ingolstadium revertitur, consulto circuitu per Alsatiam facto, ut Tabernis cum episcopo Argentoratensi de collegio condendo ageret, otiolum illud nactus eo adhibuit, ut catechismum Vormatiae coeptum interim conficeret et usu experiretur. In hanc sententiam nuntiavit ad praepositum generalem Ingolstadio die 1. Februarii 1558: „Scripsi illic et in schola puerorum proposui parvum catechismum catholicorum."[1]

Quantum autem Canisius in elaborando catechismo iam profecerit, e narratione apparet, quam Ingolstadium advectus, die 23. Febr. Romam ad P. Lainium transmisit. „Io tengho un altro catechismo fatto ad instantiam delli theologi Lovaniensi,[2] li quali mi dissero in Vormatia, come anchora li altri iudicano, che saria molto expediente alla gioventù de haver un catechismo più breve et semplice, adiungendo anche il modo de confessarse et fare oratione. Et così ho cominciato prima con il P. Goudano, et da poi quî fare un extratto del primo catechismo, dichiarando anchora alcune cose più commodamente di novo; che al mio iudicio saria magior frutto de insegnare questo piccolo catechismo, che il più grande. Io spero de mandar presto una copia de questa operetta, desiderando il giuditio et la correctione de V. R. et delli altri, se parerà conveniente."[3]

Attamen aliquantum temporis praeteriit, donec catechismus novus ad excudendum traderetur. Mense demum Novembri exeunte anni 1558 P. Rethius Coloniensis gymnasii Tricoronati regens in eiusdem gymnasii ephemeridibus notavit: „Circa hanc studiorum renovationem curavimus imprimi... parvum catholicorum catechismum, quem a se confectum nobis miserat Canisius."[4] Tempus impressionis nobis indicat praefatio quaedam cum carmine data Coloniae die 26. Nov. 1558 huic catechismo praeposita,[5] quam Iacobus Boymann S. I. historiae gymnasii „Trium coronarum" a se conscriptae inseruit. Affirmat Boymann istam se praefationem editionis principis Coloniae sub diem 25(26). Nov. 1558 apud Maternum Cholinum factae ex exemplo exscripsisse, quod ibidem sub a. 1649 „ex officina librarii cuiusdam veteramentarii" Ioannes Grothaus S. I. eruisset, cuius tamen folium titulare evulsum fuisset. Adnotat praeterea Boymann eam praefationem, quantum quidem ex stylo intellegatur, a P. Rethio cum subiecto carmine concinnatam esse.[6]

Ex hisce apparet hunc novum ‚Parvum catechismum catholicorum' primo typis exscriptum esse anno exeunte 1558 vel potius anno 1559 ineunte cuius rei etiam testes sunt 1° enarratio de statu collegii Coloniensis a P. Rethio ad Lainium transmissa die 8. Febr. 1559, qua dicitur: „M. Gregorius parvum interpretatur catechismum, quem a R. P. Canisio nuper ad nos missum et imprimi curavimus et discipulis ediscendum dedimus";[7] 2° eiusdem P. Rethii circa festum Paschatis (26. Martii) anni 1559 in ephemeridibus gymnasii nota: „Parvus Societatis catechismus secundo impressus est Coloniae in domo Gymnici";[8] 3° in iisdem ephemeridibus P. Rethii

[1] Ep. 1. II. 1558: Br II, 188. [2] Intelleguntur Jodocus Tiletanus, Martinus Balduinus Rithovius, qui postea episcopus Ypernensis factus est, Franciscus van den Velde, qui episcopatu fungens Antverpiae obiit. [3] Ep. 23. II. 1558: Br II, 207. [4] Ep. 24. XI. 1558: Br II, 890. [5] Cfr. Br II, 891. Hanc vero praefationem cum carmine pluries esse repetitam apparet ex bibliographicis notis. Praesertim Zwivelii editiones Monasterii (b 4. 5.) et Gymnici Coloniae (b 6. 7) factae, praefationem primam cum carmine praebent eoque simul affinitatem inter se demonstrant. [6] Br II, 891. [7] MHSI: Laynez IV, 176 n. 1112bis. [8] Br II, 890.

inscriptio ad diem 4. Iunii: „Item parvus Canisii catechismus latinus tertio hic impressus est per auctorem [Canisium] auctus et correctus."[1] Et a Cholino publicatae editiones [X(a), X(c)], et intermedia, in domo Gymnici facta editio [X(b)] aut prorsus periisse aut delitescere videntur.[2] Eodemque adhuc anno 1559 hunc parvum catechismum etiam Antverpiae editum esse apud Ioannem Bellerum[3] apparet ex Canisii epistula sub medium mensem Iulium 1560 ad ... L. Kesselium data: „Ediderunt Antverpiae parvum catechismum [b 1] mutato titulo et addito meo nomine; factum aegre fero iamque coactus edam hunc libellum cum aliqua praefatione, ut tersius exeat; forte Cholinus noster tertiam editionem non refutabit."[4] Revera absoluta est haec editio (c2) a. 1561 cum praefatione mensis Maii.

Tres nuntii Colonia allati nonnihil perturbationis huic quaestioni afferunt, cum ultra id tempus (sc. diem 25.[26.] Nov.), quo catechismus minor Latinus ortus est, remittunt. Etenim Kal. Mai. 1557 patres Colonienses tabulam lectionum in commodum gymnasii Tricoronati ediderunt. Ibi autem affirmatur: „In utroque porro grammaticorum ordine ... diebus ... sabbathinis ... quarta hora catechismum illum brevem, qui doctrinae christianae compendium est, studiosi discent."[5] Octo mensibus post princeps moderator gymnasii ad Lainium Romam nuntiat: „Parvus catechismus Canisii, quem grammaticis nostris praelegimus, circa festum Epiphaniae [1558] secundo imprimetur; circa festum Paschae [1557] impressus est primo."[6] In gymnasii sui fastis idem P. Rethius alium appellat auctorem cuiusdam catechismi: „Ipsis Idibus [April. 1557] curavimus imprimi catechismum R. P. Nicolai Goudani, qui catechismi [sc. Summae] Canisii est compendium."[7] Idem P. Goudanus ut editor catechismi apparet etiam in litteris quadrimestribus P. Rethii die 25. Mai. 1557: „Grammatici" inquit „in parva doctrina christiana P. Goudani accurate exercentur. Haec cum circa festum Paschae a nobis aederetur, tam multos confestim invenit emptores, ut unius mensis spatio pene 200 eius divendita sint exemplaria."[8]

Si locos modo citatos inter se comparamus, res habet aliquid offensionis, quod idem Rethius compendii auctorem modo Canisium, modo Goudanum dicit. Verumenimvero haec contradictio non nisi opinata. Ex hisce dubium non est, quin Goudanus — suo Marte necne, difficile est dictu — vel ipse compendium quoddam Summae P. Canisii in usum grammaticorum Coloniensium composuerit vel catechismum minimum Canisii fortasse alteratum ediderit. Quod opus circa festum Epiphaniae 1558 iterum excusum P. Goudano Coloniae passim attribuebatur. Veram autem Goudani catechismi speciem fingere omnino non possumus, quia nullum illius catechismi, exiguo tantum ambitu diffusi exemplar iam exstat. Atque hac fortasse etiam de causa, quod usus compendii a Goudano facti Coloniae finibus continebatur, praeparavit eo ipso anno editionem suam plane novam Canisius.

Quae cum ita sint, de catechismo Latino minore haec fere statuere possumus: Extremis mensibus anni 1557 Canisius Vormatiae monitu professorum Lovaniensium a socio P. Goudano adiutus, epitomen novam Latinam magni catechismi ad usum discipulorum gymnasii superioris contexere coepit, Tabernis in Alsatia rem

[1] Br ibid. [2] Vide Stemma pg. 164*. [3] Br II, 891 sq. [4] Ep. 16. VII. 1560: Br. II, 681. [5] Cfr. Br II, 890. [6] Ep. P. Rethii ad Lainium 2. I. 1558 data: Br II, 890. [7] Br ibid. [8] MHSI Litt. quadrimestr. V, 232 n. 58.

persecutus est, primis mensibus anni 1558 Ingolstadii eam ad finem perduxit, denique absolutum opus Coloniam ad patres Soc. Iesu transmisit. Ibi catechismus anno 1558 exeunte vel anno 1559 ineunte apud Maternum Cholinum primo excusus est; mense Aprili secuta est altera editio in domo Gymnici, mense Iunio tertia editio iterum apud Cholinum.

Colonia exiens libellus exiguus per totam fere Europam vel cursu impedito divulgatus est. Vindobonae (a 1) et Antverpiae (b 1) eodem anno 1559 editiones apparuerunt.[1] Quarum prior domestico prelo impressa, cum censuram Romae nondum subiisset, P. Lainius rectorem collegii Viennensis monuit, ut editionem ad censuram Romam mitteret, haud immemor constitutionis Ordinis, qua nullum librum, antequam Romae ad recensendum exhibitus esset, publicare liceret.[2] Quomodo catechismus ibi animos affecerit, intellegi potest ex Polanci responso ad Canisium: „Ricevemmo... quel catechismo picolo della R. V., qualle è parso molto buono."[3] Ceterum e litteris Roma ad Canisium datis perspicitur, quanta religione munus censorum vel in hoc parvulo libello exerceri debuerit: „Il catechismo della R. V., dice nostro Padre, che lo vederà lui et lo farà veder a qualcun altro et avisarà di ciò che li pare."[4] Alterum quidem censorem P. Lainius P. Natalem elegerat. Qui cum negotio nondum perfecto in Hispaniam proficisci iussus esset, P. Emmanueli Sa, qui etiam Summam examinaverat, praeceptum est, ut ea, quae P. Natalis adnotasset, cum Lainio communicaret.[5] Cum autem perpauca in libro corrigenda viderentur, P. Polancus iam die 19. Oct. 1560 Canisio nuntiaverat: „Il catechismo picholo non so se si mandarà con questa, ma per che tiene poco da corregere, se mandarà presto se adesso non si manda."[6] Die 11. Ian. 1561 a secretario Ordinis ad Canisium opus remissum est eique iniunctum, ut impressione peracta, unum exemplum Romam mitteret, alterum Genuam.[7] Et revera eodem anno catechismus minor renovata illa forma Vindobonae in publicum emissus est (Editio c 1).[8] Quantopere vero nova editio Viennae desiderata fuerit, videre licet ex epistula P. Vitoriae rectoris (die 1. Febr. 1561) ad P. Lainium data: „Il catechismo latino picolo ci è molto necessario, che già non si trova in questa casa quasi nessuno, et li scholari qua et in Praga stano senza."[9] Ulterior evolutio et propagatio libelli officinis Materni Cholini Coloniensis et Ioannis Belleri Antverpiensis debetur. Mense Maio eiusdem anni 1561 Canisius Augustae Vindelicorum brevem praefationem Latinam scripsit expresso iam primum nomine.[10] Priore Caesaris edicto Cholinus a. 1560 etiam ad tuendum et promovendum parvum catechismum singularem facultatem auctoritatemque consecutus erat,[11] cuius rei iam editio anni 1561 (c 2) testimonio est.[12]

Porro ad ampliorem catechismi minoris progressum magnopere contulit appendix fervidarum precationum, quae primum in editione Antverpiensi, a Ioanne Bellero anno 1561 excusa (b 2), reperitur. Sunt autem imprimis „Preces horariae de aeterna Dei sapientia," quae Henrici Susonis esse putabantur, „quas consultissimum foret studiosis adolescentibus," ut editor in praefatione ait, „quotidie legere, ut a

---

[1] Vide Proleg. VIII. [2] Br II, 892. [3] Ep. 9. III. 1560: Br II, 606. [4] Ep. 13. VII. 1560: Br II, 677. [5] Ep. 14. XII. 1560: Br II, 778. [6] Br II, 748. [7] Br III, 9. [8] Vide in apparat. crit. pg. 4B v. 22 ssq. [9] Ep. 1. II. 1561: Br III, 26. [10] Cfr. pg. 86*. [11] Vide Proleg. VIII pg. 133*. [12] Corrigendum igitur videtur, quae P. Braunsberger dicit in „Entstehung und erste Entw." pg. 124.

Christo, qui est fons sapientiae et Sapientia ipsa, verae sapientiae ac perspicacis intelligentiae lumen et gratiam obtineant, sine qua omnis scientia nedum vana sed etiam perniciosa est." Sequuntur ‚Meditationes,' quibus in singulos dies hebdomadae singulae virtutes proponuntur, quas auctor salutis nostrae per vitam terrestrem exercuit. „Inter omnia pietatis verae exercitia nihil Deo gratius hominique utilius ac magis necessarium et ad bene beateque vivendum accommodatius esse potest, quam se diligenter in assidua vitae et passionis Domini nostri Iesu Christi meditatione exercere."[1] E variis precationibus illa, quae s. Thomae falso attribuitur eminet, quam editor ad incipiendum studium commendat: „Creator ineffabilis..."

Unoquoque anno, praeter annum 1577, uti videtur, ex hac vel illa officina Europae hic catechismus minor Latinus semel aut saepius in lucem editus est. Ex quo autem Plantinus Antverpiensis eum sub tutelam suam recepit, veteri titulo novus praepositus est, et ab anno 1566 ita inscribitur: „Institutiones christianae pietatis, seu Parvus catechismus catholicorum."[2] Aliam mutationem magis quidem extrinsecam subiit catechismus Plantini opera.[3] Namque Canisius iam anno 1560 Germanicum suum eulogium (Betbůch) cum catechismo minore Germanico in unum tomum compactum publicaverat. Quatuor annis post constituit etiam catechismum Latinum minorem cum eulogio latino i. e. lectionibus et precationibus ecclesiasticis, quae usque ad illud tempus separatim emissae erant, inter se copulare ac totum sub nomine duplici: „Institutiones et exercitamenta christianae pietatis," prelo subiiciendum mandare. De facto haec editio prodiit Antverpiae anno 1566 (o 1), in cuius praefatione Canisius animadvertit: ‚Primum quidem in usum scholarum atque studiosorum conatum suum destinatum fuisse; nunc catechismum se recognovisse et auxisse, ut inserviret et aliis; nam nunc esse operae pretium, ut pro sua quisque virili consulat ecclesiae labascenti eaque in medium afferat omnia, quae adversus ecclesiae hostes catholicam pietatem aliqua ex parte confirment ac promoveant.'[4] Verum iste libellus, cuius praecipua pars „Epistulae et Evangelia" dierum dominicorum et festivorum erant, paulo post in alium conversus est. Etenim Tridentinis decretis obtemperans Pius papa V. anno 1568 et 1570 breviarium et missale denuo publicandum curavit. Id animadvertens Plantinus coniecit brevi etiam Exercitamentorum mutationem fore necessariam. Itaque ad Canisium breviarium et missale, ut ex officina eius prodierant, transmittens rogavit, ‚ut per aliquem suorum curaret Institutiones christianae pietatis a se impressas accommodari novo missali et breviario, quia ubique quaererentur nec plura haberet exemplaria.'[5] Addidit praeterea, ‚ut pararet fusiorem explicationem capitum doctrinae praefigens quaedam summaria lectionibus sacris, quae in templis diebus praesertim sacris proponerentur.'[6] Quin etiam Philippi II. et procerum Hispanorum multum intererat Canisii opera publicari.[7] Medio ferme mense Februario anni 1573 Plantinus Canisium certiorem fecit se partem Evangeliorum et Epistularum nitide scriptam maximo cum gaudio accepisse.[8] Paulo post mensibus Maio et Iulio in octo annos duo typographo rex impertivit privilegia. Deinde Kal. Sept. liber feliciter excusus erat, ut ex colophone libelli intellegitur.[9]

---

[1] Ita in praefatione ‚Meditationibus' ab editore praefixa. [2] Vide bibliogr. pg. 156*. [3] Quae sequuntur, ex parte sec. Br Entstehung, pg. 152 ssq. posita sunt. [4] Vide pg. 211. [5] Ep. mense Maio vel Aprili 1572 data: Br VII, 30. [6] Br VII, 31. [7] Br ibid. [8] Br VII, 111. [9] Vide in bibliogr. pg. 157*.

Denique Plantinus libellum nonnullis ornatum imaginibus in lignum incisis ad Canisium curavit mittendum. Litteris adiectis dolere se affirmat, quod opusculum non adeo venustum evaserit, maxime vero, quod catechismus typis minutioribus sit. Quam culpam compositoris esse, ut qui morbo vehementiore laborans rem neglexerit. At se iam nunc de editione cogitare, quae maiore aliquanto forma et figuris adiectis elegantioribus aere excisis in lucem prodire possit. Cupere se Canisium, quae desideret, ingenue aperire.[1] Neque tamen Sanctus noster ultimam manum ad catechismum minorem admovit, namque grande opus contra centuriatores in plures annos mentem et animum eius occupavit. Nihilominus catechismus sine mora progrediens novis continenter editionibus publicatus etiam vivo Canisio et in plerasque Europae linguas est conversus.

E. Catechismus Germanicus minor.

Cum iam anno 1556 versiones Germanicae Summae[2] et catechismi minimi exstarent, Canisius facile adductus est, ut versione Germanica minorem quoque catechismum ampliori christianorum multitudini patefaceret. Existimaverat quidem prius Braunsberger huiusmodi versionem anno 1563 certo assignandam esse.[3] Sed iam I. B. Reiser recte suspicatus est[4] aliam editionem, eamque Dilingae excusam, antecessisse. Etenim in praefatione editionis anno 1563 emissae ita dicitur: „Dieß Betbůch sammt dem Catechismo wirdt jetz abermal getruckt und, wie ich vernimm, mit großem verlangen viler gůthertzigen, die sich mit der ersten Edition nit wol ersetigen kondten. So hab ich dise arbeit auff mich genommen, das gantze Bůch widerumb zu uberlesen zu Corrigiren und zubessern." Praeterea eodem ducunt verba quaedam ipsius Canisii in epistula ad patres Colonienses: „Mitto catechismum una cum precationibus recens editum, quem aliquando promisi."[5] Ex his enim catechismum Germanicum cum libro precatorio a Canisio conscriptum esse perspicuum est. Atque ad eundem catechismum postulationem P. Polanci referendam esse haud immerito iudicatur: „Di quelle orationi che V. R. fece stampar in Thudesco mandi qua una copia."[6] Apertissime denique prioris catechismi mentio fit in litteris P. W. Elderen Augusta Vindelicorum Romam missis: „Edidit Pater [Canisius] librum precatorium, sed Germanica lingua scriptum, qui summa quidem cupiditate quaeritur, emitur, teritur. Placuit is liber tum aliis tum magnatibus admodum, praesertim vero imperatori, qui postulavit eum de verbo ad verbum latine reddi, quod nihil illic addendum vel demendum arbitraretur. Exemplaria libri perpauca supersunt, ut iam typographus novam paret editionem, quod exteri hunc novum precandi modum vehementer commendent et ament."[7] Accedit epistula sancti

[1] Ep. 27. IX. 1573: Br VII, 137 sq. [2] Summae versionem Bonaventura Thomas, contionator Catharinae, Poloniae reginae, fecisse videtur (cfr. Br I, 641), de qua versione P. Canisius Kesselio 23. Sept. 1557 scripsit: „Quamquam fateor germanicam illam translationem mihi non per omnia probari, quia sit obscurior et nonnulla omittat, quae sunt latine edita. Proinde si liber esset isthic recudendus, advigiletis precor, ut quam commodissime exeat in lucem ac a rudibus etiam intelligatur." Br I, 134 [3] Entstehung u. erste Entw. pg. 128 ssq. [4] Katholik (1895) pg. 189 ssq. [5] Ep. 26. XI. 1560: Br II, 766. [6] Ep. 25. X. 1560: Br II, 753. [7] Ep. 8. V. 1561: Br II, 900.

D.ris ad P. Henricum Dionysium S. I., mense Dec. 1562, in qua rem, qua de agimus, totidem verbis affirmat: „Correxi enim et auxi libellum precationum Germanicarum et catechismum etiam Germanice scriptum."[1] Iam ante complures annos fortuito exemplum huius libelli (1560), mutilatum illud quidem et pagina titulari carens, in manus Reiseri incidisse videtur, quod postea tenebris penitus erat obrutum.[2] Ecce autem mirum in modum anno 1911 alterum exemplar idque integrum in bibliotheca nationali Vindobonensi emersit, cum occasione congressus eucharistici catechismi quique antiquissimi simul ac pretiosissimi exponerentur.[3] Haec editio ex officina Sebaldi Mayer oriunda, i. e. catechismus minor Germanicus cum libro precatorio coniunctus, duabus editionibus Dilinganis 1563 et 1564 formam dedit.[4] Animadverte tamen, cum posterioribus libri precatorii editionibus, velut annis 1568, 1573, 1575, 1586, 1590, 1595, non catechismum minorem, sed minimum copulatum esse. Editio ergo Dilingana libri precatorii adhuc vivo sancto auctore novies universim publicata est.[5] Non est dubium, quin copia ipsa precum permagna, typographica venustas, maxime vero imaginum pulchritudo effecerint, ut hae editiones longe lateque divulgatae sint.

SUMMARIUM.

Ex historica evolutione catechismorum s. Canisii supra adumbrata satis elucet ipsum ab initio unicum tantummodo catechismum animo propositum habuisse: Summam christianae doctrinae in usum pueritiae christianae. Sed brevi Canisius sibi persuasit Summam suam adulescentibus quidem in sacram theologiam incumbentibus, necnon discipulis classium superiorum aptissimum enchiridium esse, at puerorum, qui medios et inferiores cursus frequentarent, captum transcendere et imprimis propter copiosam materiam memoriae mandandam minus esse aptam. Quo factum est, ut Canisius mature duos proprios catechismorum typos componeret, qui, si recte inspicias, duae epitomae e Summa ortae putari debent, catechismum minorem grammatistis destinatum et catechismum minimum ad usum rudiorum.[6] Neque videtur dubium, quin Sanctus noster ad conscribendos antecatechismos eo magis inductus sit, quod catechismos Lutheri rei catholicae plurimum obesse perspexerat. Qui duo typi postea in catholicis regionibus intra et extra Germaniam in explicando catechismo principem locum tenebant. Contra Summa, cui conficiendae Canisius maximam operam impendebat, lentius quidem, sed constanter auctoritate convaluit. Etsi Summa, ut quae tamquam efficax telum et instrumentum contra haereses illius aetatis adhibitum, omnibus catholicis valde placebat, tamen catechismus minor, cum totus ad multitudinem fidelium aptatus esset, magis desiderabatur. Perspicaci autem ingenio Canisius usuque diuturno, quid maxime aetati illi opus esset, assecutus intellexerat plane compendium altiore scientia fundatum et subtili speculatione digestum, quamquam hominibus magni ingenii responderet, ad numerosam plebem servandam non satis valere. Namque exploratum habebat in Germania bellum de summa rerum gerendum et fidem catholicam in extremo discrimine esse. Nihilominus Summa Canisii id, quod ei propositum initio non fuit, praesertim in forma Operis catechistici plurimis locis

[1] Ep. inter 5. et 19. XII. 1562 data: Br III, 552. [2] Katholik (1895) pg. 189 ssq. Nunc in bibliotheca seminarii Eystettensis asservatur. [3] Christl. pädag. Bll. Wien 37. Jahrg. (1914) pg. 57 sq. [4] Vide bibliogr. in parte II. [5] Ibid. [6] Ita in Confessionibus Sancti: Br I, 64

s. scripturae et patrum referti evasit optimum manuale parochorum, quale etiam Ferdinandus I. publicari voluerat. Sicut testatur P. Busaeus in ‚Praefatione ad lectorem' Operis Catechistici: „Postremo habent hic ad manum parochi et contionatores, quo ad catechismum aliis tradendum paratiores accedant, unde minori etiam negotio colligant cetera, quae suscepto argumento et auditorum captui magis accommodata esse videbuntur. Plurimum vero refert, eos qui docent alios de religione, ex catechismo semper aliquod sibi caput excerpere, quod auditoribus tradant et observata methodo expediant luculenter."



PROLEGOMENON IV.[1]

FORMA CATECHISMORUM.

A. Quae sint catechismorum communia.

Canisius catechismum suum maiorem inscripsit: „Summa doctrinae christianae" reminiscens haud dubie „summas" et „summulas" medii aevi permultas. E contrario epitomis postea e Summa depromptis generatim titulum catechismi ex aetate Lutheri, Georgii Wicelli, Ioh. Dietenberger usu receptum praefixit. In editionibus annorum 1555—1558 nomen auctoris tacitum manet, quia sanctus vir ipse ita voluit: „Deo magis quam hominibus conatum hunc nostrum comprobare volebam."[2] Sperabat etiam ‚minus invidiosum fore opus, cuius autor ignoraretur.'[3] Edicta vero Ferdinandi I. Summae praeposita a cancellario substituto Ionas concepta, non solum ornamenti causa oculis subiiciuntur, sed quid ipse rex de necessitate et fine restaurationis ecclesiasticae senserit, quantum institutionem iuventutis religiosam attinet, praeclare manifestant.[4] Partitionem catechismi Canisius in universum per totam vitam retinuit. Nempe catechismum in duas partes divisit, quarum prior ‚de sapientia christiana,' altera ‚de iustitia christiana' est; atque in priore parte agit capite 1° de fide et symbolo, 2° de spe, oratione dominica, salutatione angelica, 3° de caritate, decalogo, praeceptis ecclesiae, 4° de sacramentis. Altera pars absolvitur capite 5°, quo peccata, opera bona, quattuor novissima tractantur. „Es hangt doch alles" scribit Canisius ipse in praefatione catechismi sui Germanici a. 1560 „am Glauben, Hoffnung, Lieb, Sakramenten und Gerechtigkeit, wöllen wir sunst immer Gottes kinder und in Christo gerecht und selig werden. Zwar on den Glauben erkennen wir Gott nit; on die Hoffnung verzweiflen wir an Gottes gnaden; on Lieb nutzt uns weder glauben noch hoffen oder vertrawen nit, sonder wir bleiben noch in der finsternuß, ja auch im tod, wie die heyligen Aposteln schreiben. On die Sacramenten aber und ihren rechten Catholischen brauch wirt die gnad des hl. Geistes nit geschöpffet noch erhalten. Wo dann nit ist die Gerechtigkeit, da ist nit Christi, sonder des Teufels Reich." Singula capita catechismi non sunt Canisii inventum, namque „symbolum," „oratio dominica," „decalogus," „sacramenta," „peccata"... „virtutes" antiquitus ad distinguendam materiam christianae tamquam notiones collectaneae in usu erant. Neque series capitum a Canisio usurpata est nova. Simili enim ratione iam ante Canisium catholici auctores Gropperus, Wicelius, Helding, ex protestantibus Brentius materiam discendi digesserant. Nova tamen videtur esse divisio materiae totius in duas partes ‚Sapientia et Iustitia.' In catechismo Germanico minimo Canisius anno 1575 immo iam ab anno 1568 sacramenta secundo loco, orationem dominicam quarto loco posuit idque — quod opinari licet — quo magis ad catechismum Romanum se accommodaret. Quin etiam in maioribus suis catechismis principalem divisionem in Sapientiam et Iustitiam postea commutasset, nisi praepositus generalis P. Lainius gravi eum admonitione deteruisset.[5]

---

[1] Quae sequntur magna ex parte ex Br „Entstehung" pg. 30-45, 81-85, 106-109, 136-47, 156-60 desumpta sunt. [2] In litt. dedicat. ad Senatum . . . Coloniensem; vide infra pg. 77*. [3] In litt. dedicat. ad Julium Echter in Opere catechist. 1577 datis. Vide infra pg. 82*. [4] Vide infra pg. 3-5. [5] Ep. Polanci Canisio 29. VI. 1563 data: Br IV,275sq. et supra pg. 52*.

Catechismi ipsi contexti sunt verbis s. scripturae et interpretationibus patrum. In margine paginarum Summae et catechismi minoris Canisius solet librum et eius partem designare, ubi locus citatus invenitur, saepius tamen satis habet patrem aut scriptorem ecclesiasticum solo nomine signare. Plerumque testimonia primae aetatis christianae ex scriptis Origenis, Tertulliani, Basilii, Ambrosii, Chrysostomi aliorumque usque ad Gregorium M. et Ioannem Damascenum afferuntur. Saepissime Augustinus „princeps theologorum," ut Canisii voce utamur,[1] loquens inducitur. Non est mirum, si Sanctus noster, quo erat traditionis studio secundum temporis consuetudinem etiam spuria et suppositicia opera frequenter adhibet et allegat, ut litteras summorum pontificum Anacleti, Gai, Urbani I., Fabiani et similia documenta, quae apud Ps.-Isidorum reperiuntur. Dionysium Areopagitam, qui dicitur, terdecies laudat. Posteriores scriptores Beda, Paulus Warnefrid, Algerus Leodiensis, Oecumenius, Rupertus Tuitiensis in Summa Ante-Tridentina rarius occurrunt; saepissime Bernardus et Theophylactus episcopus, sacrae scripturae celeber interpres, apparent. Etiam concilia non solum generalia sed etiam synodi provinciales et episcopales commemorantur e. g. synodus Laodicensis, Milevitana, Carthaginienses, Toletanae, Braccarenses, Aurelianenses multaeque aliae. Canonum iuris canonici plus tricies fit mentio.[2] E doctis viris aequalibus unus nominatur Ioannes Hoffmeister, prior Ordinis s. Augustini, qui cum Canisio amicitia singulari coniunctus erat. Omnino tacet Summa de Petro Lombardo, Alberto M., Bonaventura, Thoma Aquinate, non quod Canisius hos magistros ignoraret — Ingolstadii sententias Lombardi interpretatus est —, sed quia consulto non compendium theologiae, sed catechismum in usum christianae pueritiae conscribere voluit, praesertim vero quod protestantes aliquam aestimationem Patrum, contemptum vero autorum scholasticorum prae se ferebant. Praeterea Canisius minus speculativo-scholastico ingenio videtur fuisse praeditus, quam theologico-practico et eminenter vigebat scientia s. scripturae et patrum cognitione, utpote a pueritia evangelio enutritus.[3]

Adversarios Lutherum, Melanchthonem, Zwinglium, Hussium in Catechismis ne semel quidem nominatim inducit, quin immo etiam appellationem Protestantium et Utraquistarum frustra in eis quaesieris. Namque erroribus obviam ibat, errantibus parcebat. Novas doctrinas plerumque ita praecipue redarguit, ut s. scriptura et auctoritatibus christianae antiquitatis confirmet veritatem catholicam. Abhorrens a Lutheri inurbana ratione dicendi et scribendi oratio Canisii est temperata, rem spectans, ubique honesta.[4]

Ratio dicendi Latine nusquam non est facile fluens, selecta, medium tenens inter duros terminos scholasticorum medii aevi exeuntis et putida artificia humanistarum aetatis insequentis. Quanta diligentia et Canisius ipse et censores Romani vel singulas voces examinaverint, demonstratur viginti erratis in fine primae editionis Summae correctis. Libet uti aliquot exemplis. In explicando octavo articulo symboli primitus Canisius dicit de Spiritu sancto: „qui unus cum Patre et Filio, sicut verus, aeternus et aequalis Deus . . .;" sed in erratis fit correctio ex sententia symboli Nicaeno-Constantinopolitani: „qui ex Patre Filioque procedens, unus cum utroque sicut verus,

[1] De Maria virg. incomp. li. 1 c. 5. [2] Vide catalogum patrum et conciliorum infra pg. 90*. [3] Confessiones v. Br I, 19 et Entstehung . . . pg. 40. [4] Ipsa RE protestantica hoc concedit sub art. „Canisius".

aeternus et aequalis Deus . . ."[1] In explicando ultimo articulo, ubi iustis hominibus abundans mensura „maximarum deliciarum" promissa erat, loco „maximarum" desiderabant revisores „caelestium."[2] Origenem Canisius antiquissimum legis doctorem dixerat, verum ea laude, quia exaggerata videbatur, evitata „celebris et pervetustus autor" sufficiens videbatur.[3]

B. Qua singulari proprietate catechismi excellant.

I. Summae.

1. Ex exemplaribus Summae Ante-Tridentinae regi Ferdinando eiusque filiis Maximiliano et Carolo dedicatis apparet — adhuc exstant illa quidem[4] — istum catechismum maiorem, sc. Summam, vestitu austriaco, ut ita dicam, publicatum esse. Consideres quaeso imaginem in ultima pagina edit. A 1 et A 2, quae insignia generis et vellus aureum prae se fert. Amici et adversarii igitur catechismum istum breviter appellabant Austriacum, vel catechismum Ferdinandi regis, vel (ex anno 1556) Caesaris imperatoris, quamdiu editiones usque ad annum 1560 in lucem editae Vindobonae, Lovanii, Leodii, Parisiis, nomine auctoris carebant (una Veneta excipienda est anno 1559). Summa ista Ante-Tridentina ducentas tredecim quaestiones totidemque responsa habet,[5] quae saepius longiora sunt; nonnulla quattuor vel etiam plures paginas implent. Quam eximia scientia s. scripturae et ss. patrum in Canisio fuerit, mille centum loci illius, horum quadringenti testantur in margine notati.[6] Contexta oratio catechismi Ante-Tridentini non adeo mutatur in singulis editionibus, maxime utique in editione A 2, unde in universum omnes posteriores pendent.[7] Non nisi unica imago editionibus C 5 EGHJ continetur; complures sunt in editionibus Vindobonensibus, quae ipsa imaginum varietate iam extrinsecus ut tales manifestantur.[8] Reliquae editiones imaginibus carent.

2. Summa Post-Tridentina cum Ante-Tridentina comparata ampliore est mensura, profundior cogitatione, pulchriore forma. In folio titulari opus nomen auctoris prae se ferebat; cuius rei Canisius tres causas affert: primo, quod nomen suum iam in prioribus impressionibus ab aliis proditum esset; secundo, quod imperator in edicto novo anni 1560 nomen auctoris indicaret; tertio, quod praecepto ecclesiae nullum librum liceret publicare nisi auctore nominato. Vetus enim huiusmodi praeceptum anno 1559 per indicem Pauli IV. iterum renovatum erat. Auctoritatem libri auxerunt nomina duorum tunc temporis potentissimorum principum Ferdinandi I. et Philippi II., quorum edictis Summae latissima divulgatio facta est. „Recognita" ut inquit Canisius „et locupletata"[9] erat haec nova Summa; cuius in praefatione addit: „Caeterum in hac editione aut potius operis recognitione ingenue fatebor, id accidisse mihi . . . ut ad sensum illustrandum iuvandumque lectorem nonnulla immutaverim, multa etiam adiunxerim . . . Quamquam per nos etiam licet, si quibus lubet, ut prior editio retineatur. Nam utramque catholicam et in astruenda veritatis doctrina consentientem

[1] Vide pg. 8′. [2] Vide pg. 9′. [3] Vide pg. 20. [4] Vindobonae in Bibl. Nat. et Rein (Styriae) in B. Ord. Cist. [5] BRAUNSBERGER 211 quaestiones tantum recenset in Entstehung u. erste Entw. pg. 33. [6] Vide Indicem partis II. [7] Cfr. Stemma pg. 161*. [8] Vide bibliogr. pg. 103*-105*. [9] In fol. titulari edit. G 1; vide bibliogr. pg. 118*.

esse docti deprehendent."[1] Nonnullae quaestiones omnino novae insertae sunt sc. 12., 24., 37., 42., 137.; quaestio 37 Ante-Tridentina in duas divisa est, sc. qu. 40 et 41 Post-Tridentinas; ex quaestione 211 Ante-Tridentina ortae sunt 217+218+219+220 Post-Tridentinae. Hac ratione ex 213 quaestionibus Ante-Tridentinis 223 quaestiones Post-Tridentinae multiplicatae sunt. Quam plurimae quaestiones veteres novis explicationibus et argumentis sunt ornatae, ut de invocatione sanctorum, de cultu imaginum Christi et sanctorum,[2] de opinionibus patrum ad Mariae dignitatem et maiestatem pertinentibus.[3] Notio caritatis,[4] finis matrimonii[5] et, quanto ambitu indissolubile sit,[6] accuratius statuitur; baptismus, dummodo recta intentione ab haeretico conferatur, expressis verbis ratus esse affirmatur.[7] Fusiore oratione et fervidiore animi motu explicatio secundi articuli fidei de persona Christi, eius divinitate, gloriosa redemptione, munere magistri, pontificis, regis hominum conscripta est.[8] Flaccius Illyricus paganismum et coranismum in ecclesia catholica sibi visus est odorari, quia in quaestione de remissione peccatorum in Summa Ante-Tridentina Christum dominum non expresse nominatum invenisset. Haud erraveris existimans, quaestionem appositam n. 175 responsi instar datam esse Flaccio,[9] Wigando,[10] Melanchthoni[11] eorumque asseclis. Illa enim quaestione: „Quibus vero modis peccata expiantur?"[12] graviter effertur Christum expiatorem esse et agnum Dei, qui tollit peccata mundi. Plane nova erat appendix ad calcem Summae: De lapsu et iustificatione hominis secundum sententiam et doctrinam concilii Tridentini.[13] Etenim terminus „iustificatio" ab initio velut tessera protestantium fuerat. Iamvero Tridentinae definitiones dogmaticae profecto praestantissimum opus ex aetate restaurationis sunt. Ad constituendas earum formulas, praeter Lainium, adhibitus erat idem ille vir doctus, qui Summam Canisii additamentis auxit, i. e. Alfonsus Salmeron.[14] Quare Canisius in nova editione anni 1566 nihil melius sese facere posse putavit, quam per viginti particulas quaestionibus et responsis omissis definitiones concilii de iustificatione, de qua maxime omnium agebatur, ad verbum describere. Itaque, cum ad Canisium referendae non essent, a Summa separatae appendicis modo adiunctae sunt.[15] Loci s. scripturae in margine appositi tantopere in nova editione augebantur, ut numerentur duo fere milia. Testimonia patrum circiter 400 in Summa Ante-Tridentina allata, iam fere ad 1200 multiplicata sunt. Tituli librorum diligentius exhibentur, quaedam opera patrum primum proferuntur. Locis s. scripturae plerumque, praeter capita indicata divisio inferior additur litteris a, b, c etc. Lingua elegantior est quam antea, typographia magnifica, sibi constans, venusta.

3. Operae pretium est hoc loco diligentius inquirere, quae ratio intercedat inter Post-Tridentinam Summam et Opus catechisticum, quia multi putant opus istud plane alienum esse a Canisio et uni P. Busaeo attribuendum. Iam supra diximus Canisium ad confirmandas veritates catholicas Summam locis s. scripturae et patrum abunde replevisse. Quoniam autem plerisque legentibus, cum editiones ss. patrum raro ad manus essent, facultas deerat testimonia patrum inter se comparandi penitusque introspiciendi, fieri non potuit, quin desideraretur scriptor, qui locos varios

[1] Vide infra pg. 77*. [2] Vide pg. 102. [3] Vide pg. 96 sq. [4] Vide pg. 98. [5] Vide pg. 146. [6] Vide pg. 146 sq. [7] Vide pg. 119. [8] Vide pg. 85. [9] Ethnica Jesuitarum doctrina 1564. [10] Verlegung aus Gottes wordt des Catechismi der Jhesuiten. Magdeburgk 1556. [11] CREF. XII, 107-12. [12] Vide pg. 166. [13] Vide pg. 197 ssq. [14] M. TANNER: Societas Iesu apostolorum imitatrix I, 197. [15] Vide pg. 197.

e diversis editionibus diligenter collectos ac perpensos genuinosque comprobatos in nova editione lectoribus offerret. At Canisium ad eiusmodi diuturnum et operosum laborem tempus et vires deficiebant, quippe quem aliud atque etiam gravius negotium maneret sc. opus contra Centuriatores iussu Pii V. papae ei commissum. Tum vero ei adiumentum Noviomago praebitum est, Busaei nimirum Coloniae tunc degentis, qui iam in animo habebat Summae Canisianae locos omnes, quicunque in ea notabantur, plene adiungere, verbo ad verbum fideliter transcriptos et legitime purgatos. Copiosius Busaeus in praefatione Operis catechistici enarrat, qualem ortum id habuerit et quibus ipse editionibus utens rem confecerit.[1] Canisius, cui hoc consilium satis probabatur, die 15. Maii a. 1569 ex universitate Dilingana cum Francisco Borgia, praeposito generali, rem communicavit. Obsequens autem voluntati patrum Coloniensium rogavit simul, ut nomen Busaei collectoris operi praefigeretur, ‹sperans Praeposito Generali non displiciturum, si ipse brevem praefationem adiungat.'[2] Mense deinde post Canisius ad rectorem collegii Coloniensis haec scripsit: „Promisi autem alias me huic operi additurum praefationem, sicut suasistis; eam nunc mitto, sed fortasse tardius. Vobis interim sit liberum eam vel supprimere vel mutare. Titulum libri simul ostendo, si meliorem non reperitis. Nam in his rebus facile cedam prudentibus fratribus, praesertim charissimo M. Gerardo, cuius benevolentiam et diligentiam iam sum expertus, ut multum ei debeam cum reliquis lectoribus, quibus haec sententiarum copia ullum adferet, ut procul dubio adferet, emolumentum Domino adspirante."[3]

Non dubium videtur, quin librum inscribi voluerit „Opus catechisticum;" namque dimidio anno post hoc nomen commemorat,[4] sed nescio cur in prima impressione operis nullum huius nominis vestigium reperiatur. Neque praefatio typis mandata est, aut saltem mutata, nomine auctoris suppresso. Typographus et redemptor operis fuit Mag. Gerwinus Calenius Coloniensis, qui cum heredibus officinae Quentelianae coniunctus tum ecclesiae tum scientiae amplam seriem operum redimendorum suppeditavit. Is ut Pio V. papae valde commendaretur, Canisius de consilio Laurentii Surii sibi a pueritia familiaris deque patrum Coloniensium persuasione effecit.[5] Qui id consecutus est, ut papa illi die 24. Sept. 1569 in decem annos privilegium excudendi et vendendi librum concederet.[6] Idem quoque privilegium Maximilianus imperator dedit. Cum res ita se haberet, tota iterum ratio Summae atque contexta oratio examinata est. Supra iam diximus salutationem angelicam tunc ea clausula quam nunc habet, finitam esse. In Summae appendice immaculata conceptio Mariae — tunc temporis nondum dogma, sed pia opinio — a Canisio paucis verbis commemorata est. Nunc autem hoc loco subtilem mutationem fieri voluit et accurate in margine, quid ad probationem dicendum esset, indicavit.[7] In omnibus Busaeus ei cum magna diligentia obsecutus est.[8] Eximio adiumento fuit etiam Canisio et Busaeo popularis eorum Bartholomaeus Laurens Neomagensis, cognomine Poin, doctrina insignis, corrector officinae Quentelianae. Ipsum, ait Busaeus in praefatione, depromptos e scriptura et patribus locos perspicaci oculo examinasse. Quodcunque suspectum videretur, non

[1] Vide edit. I,1 fol. *B 2^{r} ssq. [2] Ep. 15. V. 1569: Br VI,323 sq. [3] Ep. 18. VI. 1569: Br VI,329 sq.
[4] Ep. Canisii Busaeo 8. I. 1570 data: Br VI,386. [5] Ep. Canisii Kesselio 18. VI. 1569 data: Br VI,330.
[6] Vide in edit. I,1 fol. *A 2^{r}-*A 3^{v}. [7] Ep. Canisii 8. I. 1570 P. Busaeo data: Br VI,384 sq. Vide in app. crit. pg. 197,40. [8] Cfr. Br VI,385 annot. 3.

eum in officinam dedisse, priusquam aliis editionibus aut manu scriptis collatum esset, id quod sine dubio auctor catechismi in votis habebat. Idem Laurens ad unumquemque tomum Operis catechistici copiosum indicem rerum alphabetico ordine elaboravit. Itaque approbante Theodorico Silvaducensi O.Pr., inquisitore papali et theologiae professore, editum est Coloniae Latinum opus doctrinae christianae a. 1569 et 1570 cum titulo: „Authoritatum sacrae scripturae et sanctorum patrum, quae in Summa doctrinae christianae Doctoris Petri Canisii theologi S.I. citantur... Pars I." etc.[1]

Opus quattuor tomis in forma 4^0 continet plus quam 2500 paginas. Propositum erat tribus tomis totum ita comprehendere, ut primus tomus tria prima capita complecteretur, secundus de sacramentis ageret, tertius de iustitia dissereret.[2] Sed in 3^0 tomo pars prior, doctrina sc. de peccatis, tam latum ambitum occupavit, ut auctor alteram partem, de bonis operibus, in quartum tomum transferre coactus sit. Appendix de iustificatione, fortasse ne pactos spatii fines transgrederetur, sine commentariis excusa est. Praefationem Busaei de dignitate operum ss. patrum sequitur introductio, qua de eorum transcriptis locis accuratam reddit rationem: esse eos quidem saepe longissimos, at eo melius intellegi, si perpetuitate cohaerentes legerentur. Singulis quaestionibus et responsis loci convenientes adiunguntur, prius s. scripturae, tum patrum. Textus catechismi est idem, quem Summa anni 1566 habet et magnis typis antiquis, ut dici solent, impressus est. In locis — non in responsis interiectis — littera tum magna cursiva tum parva antiqua sic adhibita est, prout loci vel ad s. scripturam vel ad patres pertinebant. Quamquam constat Busaeum et postea Canisium ad colligendos patrum locos notatos in margine alios homines arbitratu suo adhibuisse, tamen opus Canisio adscribendum est non minore iure, quam Petrus Lombardus, quamvis orationem eius continuatam alii diversis glossis ornaverint, omni tempore auctor Sententiarum existimatus est. Et Canisius quidem magnum certe gaudium opere perfecto cepit. Prima enim editione brevissime exhausta, alia mox et alia honesta aemulatione successit. Anno 1571 praeclarum opus ex Aldina officina emittitur;[3] cui Hieronymus Turrisanus novum splendorem affudit latina dedicatione ad Iohannem Trivisanum, patriarcham Venetiarum, inscripta. At nescio quomodo in hac editione tomus quartus, doctrinam de bonis operibus continens, desideretur. Cum in nullo trium voluminum comparuerit neque approbatio ecclesiastica neque ullum privilegium, typographum Venetum eo consilio tomo quarto excudendo supersedisse P. Braunsberger[4] suspicatus est, „quod ea ratione se poenas gravissimas a Pio V. in privilegio Calenii propositas vitare posse censeret." Ne postea quidem tomus quartus huic editioni additus est; nam Canisius ipse a. 1577 scripsit: „Prior editio in quattuor partes seorsim excusas secabatur, tres autem solas, quas ego viderim, Venetus typographus dedit."[5]

Summo studio Canisius opus Busaei prosequens animo erectus magno successu anno 1571, uti videtur, Coloniae editionem novam parare cogitavit.[6] Busaeus eam

[1] Br VI,685ssq. [2] Vide tom. III, pg. 2 dedicat. ad J. Echter vide infra pg. 83*. [3] Vide bibliogr. pg. 127*. [4] Br VI,707. [5] In ep. n. 1754. [6] Cod. Col. (Archiv. urbis): I. A. 18 fol. 273r cfr. Br VI,484

sese curaturum promisit simulque appendicem de IUSTIFICATIONE s. scripturae et patrum locis illustraturum.[1] Sed iam mense Octobri Vindobona scribens negavit promisso se stare posse; nimias se habere praelectiones, infirma esse valetudine, ‹operibus sanctorum patrum similibusque libris comparandis operam dedisse neque tamen ea nancisci potuisse.'[2] Iterum annis 1573 et 1574 precibus Canisii et P. Rethii fatigatus Busaeus in animo habebat per otium autumni ad novum conatum se accingere, ut eorum desideria impleret. Neque tamen voti compos factus Busaeus scripsit: ‹ex se nihil posse sperari; ideo se omnem illam curam Coloniensibus vel aliis permittere debere.'[3] Loco Busaei alius Iesuita, Iohannes Hasius Coloniensis, laborem suscepit atque inter eum et Canisium frequenter litterae datae et acceptae sunt.[4] Iam anno 1577 novi operis unus tomus permissu Theodorici Silvaducensis inquisitoris apud Gervinum Calenium ad emendum prostabat, titulum prae se ferens: „Opus catechisticum sive Summa doctrinae christianae D. Petri Canisii." Longam habet dedicationem ad episcopum principem Iulium Echter Herbipolensem.[5] Autoritates plures sunt quam antea. Praeter Laurens tunc etiam Willibaldus Menzel correctoris munere fungens de rectis lectionibus statuendis bene meritus erat. Etiam ordo rerum magis e re dispositus apparet. Non iam ad singulas quaestiones loci s. scripturae ab auctoritatibus patrum plane separati sunt, sed inter se utrique coniuncti. Simili modo in extremo opere doctrina de peccato originali et de iustificatione nube testium confirmatur. Nomen suum ipsius Hasius in libro non indicavit, quod sine dubio opus revera Canisii esse persuasum habebat. Recte autem dixeris Opus catechisticum quasi copiosum armamentarium theologicum esse a tribus popularibus Neerlandiae, Canisio, Busaeo, Hasio, ecclesiae Dei oblatum. Iam anno 1581 Cornelius Loos opus laudans ut venustissimum et doctissimum, donum gratissimum fore omnibus iudicavit, quicunque doctrinam christianam explicarent; imprimis accommodatum esse sermonibus de doctrina christiana.[6] Hac ratione etiam praestitum est, quod Ferdinandus I. iam ex multo tempore desideraverat, sc. ut sacerdotibus in cura animarum occupatis liber manualis ad usum pastoralem traderetur. Neque aliter universitatis Parisiensis doctores censebant, velut Dadre et Perier, qui ineunte anno 1579 publica auctoritate statuerunt salutis communis causa nova operis editione opus esse.[7]

Cum iam in primo ortu Operis catechistici Colonienses optarent, ut ad usum plebis in linguam vernaculam verteretur, Canisius huic consilio minus favebat. En eius sententia: „Ad vulgi quidem captum liber magis accommodaretur, si ex tot tamque longis patrum testimoniis quae citantur, praecipua capita colligerentur et confirmarentur et scopus catechisticae doctrinae sedulo retineretur."[8] Postero tempore vel epitome factu difficilior et successu periculosior videbatur esse; quam ob rem Canisius sodalibus sui Ordinis suasit, ut tempus et operam aliis negotiis impenderent.[9] Tum Rethium spes tenebat se Theodorum Coisfeld popularem, qui in conventu

[1] Ibid. [2] Ibid. [3] Ep. Busaei Kesselio 24. III. 1574 data: BR VII, 127. [4] Ep. HASII ad Raderum 11. I. 1614 missa, Monachii B. Publ. Cod. lat. 1611 n. 100 [5] Vide infra pg. 79*ssq. [6] Illustrium Germaniae scriptorum catalogus. Moguntiae 1581 fol. N-N4^{v}. [7] In edit. Paris. 1579 fol. bj^{v}. [8] Ep. Canisii Ludovico Kesselio 15. I. 1570 data: BR VI, 388. [9] Ep. Canisii Peltano 29. VII. 1574 data: BR VII, 232sq.

Hoechstensi ad Moenum flumen degebat, permoturum, ut selecta testimonia patrum ex Opere catechistico verteret et in unum tomum in 8° compacta in lucem ederet. At ne hoc quidem effectum esse videtur.[1]

II. Catechismus minor qua singulari proprietate se praeferat.

Quod formas extrinsecas attinet, editiones catechismi minoris a Summa valde differunt. Illarum forma ac mensura a 12° usque ad 48° descendit. Excipitur Latina editio Annessiacensis (h 1), et Germanicae editiones Dilinganae in 8°.[2] In 5 capitibus catechismi minoris primo intuitu epitome Summae apparet exhibita. Quaestionum series autem haec est:

	c. I	c. II	c. III	c. IV	c. V	
Catech. Latini series A affert	21	17	25	18	40 = 121	quaestiones
series B affert	22	17	25	18	40 = 122	quaestiones
series CDEFGHO afferunt	21	17	25	18	43 = 124	quaestiones
Editio Germ. m 1 affert	21	17	26	17	31 = 112	quaestiones
Editiones Germ. m 2-9 afferunt	22	17	26	17	34 = 116	quaestiones

Parvae aliquot diversitates facile intelleguntur. Primo ex hoc, quod in quaestionibus editionum sub B conglobatarum inter 18 et 19 quaeritur: Estne satis christiano ea sola credere, quae complectitur symbolum? Haec quaestio e Summa Ante-Tridentina ad dimidias desumpta ad verbum reddita est. Secundo ex eo, quod tertia quaestio capitis V. ambarum priorum serierum A et B in omnibus sequentibus seriebus DEFHO in quattuor quaestiones (qu. 84—87) dirimitur. Tertio inde, quod abbreviatio primae quaestionis catechismi Germanici de facto non exstat; saepius enim binae quaestiones Latinae et responsa in singulas Germanicas coniunguntur nullo doctrinae detrimento. Totum si spectes, catechismus minor etiam paulo copiosior evadit; Latina enim vox, qua brevitate densa ac nervosa est, non raro Germanice pluribus verbis, immo conglobatis sententiis distenditur; praeterquam quod hic illic breviculi loci s. scripturae inseruntur. Maxime autem perspicitur, quantum catechismus minor Latinus a Germanico differat, e quaestione 19ª: Quid est ecclesia? et 80ª: Quid est matrimonium? Loci s. scripturae et patrum, qui in catechismo Latino instar appendicis sunt, in Germanico aucti et ut caput proprium ac singulare (VI), cum opere coniuncti apparent, quaestionibus non interpositis.[3] Nec solum de singulis sacramentis continentur in eo propriae quaestiones, sed etiam de singulis articulis symboli, de precibus orationis dominicae, de decalogo. Quemadmodum in Summa, ita etiam in catechismo minore Canisius eo potissimum vires intendit, ut suae aetatis erroribus doctrinam ecclesiae dilucide opponat. Idcirco explicat separatis quaestionibus notas ecclesiae, invocationem sanctorum, venerationem imaginum, obedientiam erga superiores ecclesiasticos, sacram dignitatem sacrificii missae, transsubstantiationem sanctissimi sacramenti eique debitam latriam. Auctoritates s. scripturae et conciliorum certe non desunt omnino, sed minimo numero allegati. Ut in Summis usque ad a. 1560 (excepta E 1) nomen auctoris non apparet, ita etiam in catechismo minore tacetur. Anno 1561, in editione Latina f 1 et in Germanica m 2 Sancti nomen primum occurrit. Sunt,

[1] Ephem. Rethii BR VII, 53 sq. Cod. Colon. Un. 602 I fol. 68ᵛ.
[2] Vide bibliogr. in parte II.
[3] Cfr. BR „Entstehung" pg. 131.

qui existiment Preces horarias et Meditationes cotidianas ad integritatem catechismi pertinere. At respiciant eas editiones, in quibus ista exercitia pietatis desunt.[1] Multo rectius dixeris illas 18 quaestiones de confessione totidemque de ss. sacramento altaris (18 Fragstück) necessarias partes catechismi esse, aeque ac kalendarium, quod in catechismo Germanico ab anno 1560, in Latino autem ab anno 1566 additum est. Indoles catechismi minoris Germanici plane popularis cognoscitur tum ex imaginibus propriis in apice cuiusque mensis appositis, tum e diversis bonis consiliis, quibus docetur quomodo annus ecclesiasticus peragendus sit. Quid quod ne regulae rusticorum quidem desunt? In editione Ingolstadiensi anni 1584 kalendarium nova forma Gregoriana apparet, hac monitione: „Hab auch mir lassen gefallen, dass der Buchtrucker den newn Gregorianischen oder Rômischen Calender, so nun mehr an vilen Orten Teutschlands gehalten, hiebey zu setzen entschlossen" etc.

III. Catechismus minimus.

Catechismus minimus non eadem, qua minor adstricta forma est. Imprimis mireris dispositionem minime cum partitione et oratione Summae congruere. Neque numerus capitum neque quaestionum constans est, unde in inquisitione catechismorum non semel errores et falsae interpretationes ortae sunt. Hac ratione capita et quaestiones proponuntur:

	c. I	c. II	c. III	c. IV	c. V	c. VI	
Ed. Lat. φ 1,2,3 afferunt	11	8	10	10	9	11 = 59	quaestiones
Ed. Germ. μ 1,2[2] afferunt	11	7	10	10	9	12 = 59	quaestiones
Edd. μ 3-9[3] Germ. afferunt	9	11	5	5	16	— = 46	quaestiones
Edd. Germ. μ 10,11 [12][4] afferunt	9	11	5	6	17	— = 47	quaestiones

Hisce perspicuum fit Canisium universam materiam catechismi Latini et duarum priorum editionum catechismi Germanici non in quinque capita distribuisse — quod in Summa fecit — sed quinto capite in 2 capita discisso duas distincte partes „De peccatis devitandis" et „De bonis consectandis" posuisse. Numerus quaestionum inter 47 et 59 incertus est. Accedit mendum illud, quod in editionem Dilinganam irrepsit et inconsulto in omnes insequentes editiones Dilinganas transiit. Etenim quintae quaestioni catechismi: „Wie viel sind Hauptstuck des katholischen Christentums eim jetlichen zu wissen?" subditur responsum: „Viere" [i. e. quattuor]. Nihilominus post caput 4. continuo adiungitur 5^{um}, cum quaestionibus et responsis „Von christlicher Gerechtigkeit." Non dubitandum sit, quin Canisius, cum tale incommodum accidisset et praeterea nomine eius adulterato in oppido Thierhaupten: „Catholische Fragstuck über den gantzen Klainen Catechismum des Hochgelerten Herren Petri Canisii" in publicum exiissent, adductus sit, ut catechismum Germanicum cum nova praefatione paulo priusquam morte obiret iterum in lucem ederet.

Cum in Summa de articulis symboli et aliis rebus quaestionibus propriis agatur, in catechismo minimo, in 1. cap. duae quaestiones de ecclesia proponuntur, in 2. cap. ad quaestionem unicam de salutatione angelica responsum fit, in 4. cap. unumquodque sacramentum explicatur. In quaestione de ss. sacramento aeque atque

[1] E. g. a 1. 2; b 1. 4-7; c 1-11. 13. 16; d 1. 9; f 1-6. 16. 19. 20; h 1; o 1-4. [2] An. 1556 et 1558.
[3] An. 1568. 1573. 1575. 1581. 1586. 1590. 1595. [4] An. 1594. 1596. [1597].

in Summa sacrificium et communio iunguntur. Auctoritates s. scripturae et patrum in margine sunt nullae. At in editione catechismi minimi Latini et aliquot dicta aurea afferuntur, sc. s. Nili a Pirckheimero versa et parvum florilegium e sermonibus doctoris ecclesiae Ioannis Damasceni excerptum.[1] Canisio, cui persuasissimum erat verissime dictum esse illud: ‚Qui recte novit orare, recte novit vivere,' in primis artem bene orandi prae omnibus aliis docere cura erat. Quare tum in catechismo Latino tum in Germanico praeter preces matutinas, menstruas, vespertinas, quibus orans vita christiana fundatur, nonnullae aliae inveniuntur, velut ad sonitum horologii, ad lumen accendendum, ad confessionem generalem peccatorum faciendam aliaeque. In fine catechismi minimi, sive Latini sive Germanici, Canisius pueritiam christianam adducit ad duos uberrimos gratiarum fontes, perpetuo in ecclesia fluentes, sacramentum paenitentiae sc. et eucharistiae. Itaque per tredecim quaestiones propriam doctrinam exponit de confessione ac simul specimen quoddam exhibet confitendi, quod decem praeceptis divinis et septem peccatis capitalibus accommodatur. Annectuntur deinde quattuor quaestiones et diversae preces, unde discas, qua ratione ss. sacramentum altaris digne suscipiatur.

Catechismus minimus Germanicus iam vivo Canisio ab omnibus reliquis sancti viri catechismis valde differebat. Cum enim in prioribus editionibus catechismus indole et numero quaestionum accurate catechismum Latinum sequatur, usque ad annum 1568 materiae divisio mutata apparet, namque ita disponitur:

1° De fide et de duodecim articulis fidei.
2° De spe et de oratione dominica.
3° De charitate et decalogo.
4° De sacramentis.
5° De peccatis vitandis.

In editionibus ab a. 1568 publicatis materia catechismi hac ratione tribuitur:

Post quinque quaestiones introductorias:

1° De fide christiana.
2° De sacramentis.
3° De decalogo.
4° De oratione dominica.
5° De iustitia christiana.

Difficile est dictu, cur Canisius in posteris et ultimis editionibus tantopere a prima recesserit. Fortasse rerum usu et conditione ad id adductus est, cum experiendo cognosset, et brevitatem et locutionem ad puerorum vulgique modulum sentiendi accommodatam maxime esse necessariam, adeoque ita faciendum, sin aliter catechizando velis proficere. Neque dispositio tantum catechismi minimi postea immutata est, sed etiam materiae indoles et amplitudo. Ex 59 quaestionibus editionis anni 1556 et ex 46 editionis anni 1568 solummodo 29 quaestiones communes retinentur; 30 quaestiones editionis anni 1556 in editione anni 1568 reiectae et earum loco 17 novae assumptae sunt. Ut iam supra diximus, catechismus Germanicus ab a. 1568 plerumque cum magno libro precatorio aut canticis ecclesiasticis copulatus exiit; ultimis vero vitae annis senex auctor libellum, quem in deliciis habebat, forma minutissima separatim publicare animum induxit.

[1] Vide bibliogr. pg. 160*.

IV. Catechismi imaginibus ornati.

In compluribus editionibus, praesertim Summae, ut in BCDL, omnis ornatus imaginum deest; item catechismi minores saepius eum omiserunt. Nihilominus imagines generatim catechismis Canisii non sunt alienae.[1] Iam editiones Vindobonenses Summae a. 1555 et 1556 aliquot imagines ostendunt. Maxime vero catechismus minor Latinus, quem Bellerus a. 1575 Antverpiae „Ad insigne aquilae aureae" publicavit, imaginibus illustratus est. Ibi plus 50 parvulas imagines ligno incisas invenies magnitudine paginae ter divisae, in quibus nonnullas mirum in modum delineatas. Velut Fides repraesentatur figura muliebri una manu ecclesiam portante, altera s. scripturam, Mahumeto ad pedes eius prostrato. Unumquodque sacramentorum fingitur in modum vasculi, in quod de cruce, ex vulnere lateris Christi, gratia radiis assimilata effunditur. In baptismo conferendo singula vascula ab episcopis aut sacerdotibus tenentur.[2] Etiam Maternus Cholinus iterum iterumque catechismum minorem Latinum plus 20 imaginibus in ligno incisis adornavit, ut a. 1575, 1578, 1580, 1583. Quamquam in cunctis his editionibus imagines textui inserviunt additae, sunt etenim catechismi cum imaginibus, non catechismi ex imaginibus ipsis constantes. Huiusmodi catechismum confecit Ioh. Bapt. Romanus a concilio Tridentino impulsus,[3] qui illum a. 1587 apud Vincentium Acolti Romae in lucem edidit scribendi imperitis aptatum, quo summam fidei doctrinae christianae per imagines ligneis expressas formulis ediscerent. Hic autem libellus,[4] etsi imagines arte minus insignes sunt, a plurimis tamen emptus et frequentissimo usu tritus fuit; quam ob causam nunc iam raro invenitur. Ceterum eius editione Neerlandenses tandem permoti sunt, ut et ipsi christianis hominibus catechismum praeberent imaginibus compositum. Die 23. Ian. 1574 Plantinus epistulam ad Canisium dedit hoc exemplo: „Placent R. P. domino Harlemio et mihi superscriptiones et subscriptiones imaginum quas misisti; neque solum usui erunt libro R. P. V., sed et separatim poterunt edi. Proinde rogo et obsecro, ut eas omnes figuras, quas iudicabis fore utiles ad excitandam pietatem et devotionem et recordationem beneficiorum divinorum, nobis praescribere digneris, una cum suis ad hunc iam inchoatum modum suprascriptionibus et subscriptionibus; neque est, quod verearis sumptus nos facturos in pictore vel sculptore. Libenter namque paulatim quicquid potero et quoad vixero in gratiam religionis christianae praestare conabor. Neque ut spero deerit nobis nostra merces et sempiterna retributio. R. P. Harlemius monuit me in imagine s. Trinitatis depingenda opus esse non mediocri propensione, ne secus quam deceat pingatur."[5] At res per multos annos remorata est. Etsi enim Canisium inter et Plantinum de editione proxima satis videtur convenisse, effectum tamen nihil est. Nec morae causa erui licet, cum litterae inter illos ultra, praeter eas Plantini supra allatas, nullae reperiantur.

---

[1] In concilii Tridentini decreto sess. 25 „De invocatione sanctorum" episcopi iubentur docere „per historias mysteriorum nostrae redemptionis picturis vel aliis similitudinibus expressas, erudiri et confirmari populum in articulis fidei commemorandis et assidue recolendis." CTrG tom. IX AA 6, 1078. [2] Cfr. pg. 238ssq.

[3] Iudaeus Alexandriae natus puer in Germaniam vagus adveniens a Iesuita quodam Venetiae ad fidem catholicam conversus a P. Ignatio in societatem Iesu receptus et P. Joh. Bapt. Elianus sive Romanus nominatus est. Cfr. BR Entstehung . . . pg. 157. [4] Inscriptus liber erat: „Dottrina christiana, nella quale si contengono li principali misteri della nostra fede representati con figure per instructione de gl' Idioti et di quelli che non sanno leggere." BR VIII, 794. [5] BR VII, 169.

Ni fallimur, anno tandem post catechismum a Ioh. Bapt. Romano editum Neerlandenses etiam ipsi ad opus redierunt. Partes sculptoris Plantinus Petro van-der-Borcht commisit, qui ex longo retro tempore delineationes et imagines in aere incisas ei parabat. Is enimvero catechismum Latinum minorem sequens imagines 102 et adumbravit et in aere incidit. Sumptus Plantinus una cum Philippo Galle praebuit. Ille tabulas possidens scripta typis impressit, hic imagines incudit et Plantino pecuniam restituit, quam Plantinus supra dimidiam partem totius pretii expenderat.[1] Henricus Zebertus censor, doctor idem theologiae et canonicus Antverpiensis, declaraverat nihil prorsus libro contineri, quod religionem aut regem offenderet. Philippus II. paulo post per omnes suas diciones de unoquoque exemplari, quod insequentibus sex annis invito Plantino imprimeretur aut venderetur, poenam 6 Carolinarum, quae ad fiscum redirent, statui iussit.

Quae cum ita essent, tandem a. 1589 novus catechismus ex imaginibus constans absolutus est.[2] In folio titulari et praefatione aperte dicitur auctorem librum Romanum imitatum esse. Continet hic catechismus 102 figuras ex aere expressas easque ita dispositas, ut singula paene folia in pagina priore suam habeant figuram cum explicatione subiecta. Quae explicationes ex Canisii parvo catechismo catholicorum exscriptae sunt, liberius tamen; desunt enim quaestiones, multa alia etiam omissa vel contracta sunt. Facile videris id spectatum, ut texta oratio operis ad imagines conformaretur. Quae ratio agendi, num a Canisio ipso praecepta sit, tacitis fontibus difficile iudicatu est. Sed pro Plantini adversus Canisium reverentia vix negari potest in eligendis et interpretandis imaginibus ante omnia Canisii desideria impleta esse easque condiciones acceptas, quas Plantinus — ut certe probatur — annis 1573 et 1574 et verisimiliter etiam postero tempore a Canisio petivit atque impetravit.[3] „Ita res fidei" dicitur in praefatione „digessimus, ut quoad fieri posset, historiis quibusdam s. scripturae accommodaremus, uno eodemque ut labore et fides et historia haurietur."[4] Revera maximus quisque vir e sacris libris occurrit: Abraham, Ioseph, Moses, Samson, Iob, Tobias, Daniel aliique, ita ut historia biblica et catechismus inter se permisceantur. Non raro artifex duas vel tres imagines unica comprehendit imagine idque nervoso et significanti stilo. Vetere consuetudine factis novi testamenti solent exempla e vetere foedere apponi. Ceterum catechismus Antverpiensis imagines exhibens, anno 1589 publicatus, in extremis operibus praeclaris illius celebris Plantini est numerandus.

[1] Rooses: Chr. Plantin pg. 269. [2] Vide pg. 273 ssq. [3] Br „Entstehung" pg. 159 adnot. 4. [4] Vide pg. 276.

PROLEGOMENON V.
CATECHISMIS ADNEXA.

A. Canisii litterae dedicatoriae, quae antecedunt Summas.[1]

Summae Ante-Tridentinae praemissis edictis regiis nullas proprias praefationes habent. Cuius rei causa duplex erat: una, quod usque ad a. 1560 (except. E 1) Summae de nomine auctoris silent; altera, quod Canisius sibi persuaserat edicto regio praeposito suam ipsius praefationem minime requiri. Anno demum 1566 statuit ad novam Summam, quam Coloniae apud Cholinum editurus erat, propriam praefationem perscribere idque ea, qua humanistae illius aetatis utebantur forma sollemni: litterarum dedicatoriarum. Nescio an praeter pietatem erga pristinam almam matrem etiam ecclesiasticae-politicae considerationes Canisium ad hoc impulerint. Cum enim labor recognoscendae Summae fere finitus esset, Canisius munere legati papalis fungens Coloniae versabatur, ubi magistratus et universitatis doctores publicam editionem decretorum Tridentinorum magna reverentia excipiebant. Accedit, quod cives Colonienses omnibus postulatis singularibus, quae sibi per Canisium denuntiabantur, obsequium promptissime praestabant. Legatum ipsum honoribus fere regiis prosecuti sunt, dona attulerunt, semel a moderatoribus universitatis, bis a senatu vinum honorificum ei oblatum est.[2] Iam vero grato animo Canisius maturos ingenii fructus Coloniensi civitati et magistratui dedicare statutum habens, die festivo sanctorum Magorum, qui Coloniae summo honore celebratur, Summam recognitam et auctam senatui populoque Coloniensi dedicavit. Ut mentionem facit beneficiorum, quae litterarum studiosus Coloniae perceperat senatus — calumnias, quibus Canisius et nascens societas Iesu praeterito tempore obnoxii erant, recordans — quo animo haec audierit, facile coniicias. Tum fidem effert Canisius, qua cives omni tempore doctrinam catechismi i. e. veritatem catholicam retinuerant. Laudibus exhortationes admiscens civitatem admonet nominis nobilissimi, quod ei a longissimis temporibus summae gloriae fuit: „Felix Agrippina Colonia, fidelis filia sanctae Romanae ecclesiae." Verba ac litterae dedicationis sunt haec:

1 Ad Senatum Populumque Coloniensem
Petri Canisii theologi
praefatio.[3]

Mitto ad vos catechismum sive, ut ego dicere malui, christianae doctrinae Summam, lectis-
5 simi amplissimique viri: opus quidem puerile, ut nonnulli fortassis existimabunt et antehac saepius editum; sed quod viros etiam exerceat et cui supremam ego manum nunc tandem impono.[4] Cum autem ante decennium Viennae versarer et laudatissimo regi Ferdinando, qui postea caesar declaratus est, a sacris essem contionibus, hoc ego qualecunque opus, ut ingenue fatear, eodem principe sic postulante conscriptum in lucem primum dedi. Causas edendi
10 repetere non attinet, ut quas optimus ille Mecoenas in suo vel diplomate vel edicto, quod operi praefixum extat, in medium profert.[5] Neque mihi hoc vitio vertendum puto, quod idem liber absque autoris nomine prodierit saepe, etsi postea Veneti et Galli, dum opus recudunt, me

10 Maecenas

[1] Cfr. Br „Entstehung." pg. 163 ssq. [2] Cod. hist. colleg. Colon. ad a. 1566. [3] Vide Br V, 159-63.
[4] Vide Br V, 803 n. 864. [5] Hoc edictum a. 1560 (vide pg. 3-5) primum promulgatum in editione c 2.

quidem inscio, nomen meum adscripserunt.[1] Ego vero talis tantique principis, qui facile primas in Germania tenebat, tum autoritate tum mandato contentus, Deo magis quam hominibus conatum hunc nostrum comprobare volebam. Nam et nominis expressi additamento id futurum providebam, ut multorum in me odia concitarem et virulentos calamos acuerem. Adeo nihil fere tam exactum et elaboratum nunc editur, quin momos[2] ilico reperiat et crabrones ultro irritentur. Neque sane mea me fefellit opinio; quod verebar evenit. Ita neque nomen studiose suppressum neque servata ubique stili modestia, cum saepe adversarios insectari potuissem, profuit, quominus clam palam huius laboris ergo morderer atque proscinderer,[3] Christo interim optimo maximo, qui et ipse cum ageret optime, audivit a suis pessime, gratias ago singulares, quod me dignum fecerit latratibus atque morsibus sectariorum, praesertim quorum iam damnata est et posteris execranda erit memoria in ecclesia Dei; horum saevas in me sententias et iniquas damnationis leges surdis veluti auribus praetereo. Etenim ab ecclesiae catholicae hostibus multarumque haeresum patronis reprehendi, quid est aliud quaeso, quam commendari et bonum ecclesiae civem magis magisque bonis omnibus comprobari? Nos quicquid hic scripsimus, non quaestus, mercedis aut gloriae cupiditate pellecti, non hominis odio vel amore provocati, sed quod sancte iurare possumus, religionis et veritatis illustrandae studio permoti et ab illo Caesare impulsi sic scripsimus, ut catholicorum et praecipue Germanorum commodo publico inserviremus. In scribendo autem non sane nostrum aut ullius privatum, sed communem ecclesiae catholicae sensum et consensum secuti sumus ac sequi porro ex animo desideramus. Si quis vero est imbecillior, quam qui adversariorum iniquam de libro censuram possit negligere, hic primum cogitet secum causam, quae oppugnatur, cum universa ecclesia, quae catholicae nomen meretur, nobis esse coniunctam; deinde maiora et plura quidem nobis favere quam obstare suffragia intelligat. Loquor autem de iis testibus, quos omni exceptione maiores Caesar in sua praefatione produxit, nimirum principes, magistratus, curias, gymnasia; nam ab his librum eundem studiose legi legendumque proponi et publice defendi nobis etiam tacentibus passim res ipsa declarat. Verum imprudenter ago fortasse, qui sanctae simplicitatis oblitus haec persequor, veluti satis non habeam ecclesiae sanctae autoritate fulciri, sed hominum quoque favorem et iudicia morer. At cupio sane, quoad eius fieri potest, ‚infirmorum vitare offendiculum' et ‚providere bona (ut Paulus iubet) non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.' Igitur veniam ab omnibus, qui recte et candide iudicabunt, me haud gravatim impetraturum confido, quod in hac editione nomen meum profitear, cum idem in exemplaribus non paucis iam ante (ut dixi) editis circunferatur, cum et Caesar hoc aperte in suo edicto expresserit, cum demum et lege sit cautum ecclesiastica, ut liber nullus absque autoris nomine et inscriptione probetur.[4] Caeterum in hac editione aut potius operis recognitione ingenue fatebor id accidisse mihi, quod aliis saepe doctioribus usu venire solet, ut ad sensum illustrandum iuvandumque lectorem nonnulla immutaverim, multa etiam adiunxerim. Quod studium aequis quidem censoribus molestum esse non potest, ut qui re ipsa saepe comperiunt, haud temere iam olim dictum esse illud: ‚Posteriora consilia meliora.'[5] Quanquam per nos etiam licet, si quibus ita lubet, ut prior editio retineatur. Nam utranque catholicam et in astruenda veritatis doctrina consentientem esse, docti deprehendent. Accessit porro huic editioni tractatio, eaque momenti nunc sane maximi, de hominis lapsu et iustificatione. quemadmodum Tridentina synodus gravissime docuit ac praescripsit.[6] Nos veluti ‚lac parvulis praebuimus,' dum prima et faciliora christianae doctrinae seu capita seu elementa percurrimus. A lacte porro ad ‚solidiorem cibum,' hoc est, a catechismo ad praeclaram et absolutam hanc de iustificatione doctrinam sunt adducendi, qui velut ephoebi in Christo grandescunt et sublimiora quaedam pietatis dogmata possunt capessere. Nec video sane, quid tanta de re

28 sq. 1Cor. 8,9 **29** Rom. 12,17 2Cor. 8,21 **42** sq. Cfr. Hebr. 5,13 1Cor. 3,1 sq. **44** Hebr. 5,12.14

[1] Cfr. bibliogr. editiones E 1, 2, 2', b 1. Etiam versio Vlamica catechismi minoris (BR III, 774 n. 387 2 putat per errorem esse versionem Summae) anno 1561 Lovanii apud Petr. Sangre edita Canisium auctorem catechismi nominat. [2] μῶμος=reprehensio. [3] Ab JOH. WIGANDO, FLACCIO ILLYRICO, TILEMANNO HESHUSIO, HERM. HAMELMANNO etc.; cfr. BR V, 160 annot. 2. [4] BR V, 161 annot. 1. [5] „Posteriores enim cogitationes (ut aiunt) sapientiores solent esse." Cfr. CICERO, Orat. Philippica XII, 2 n. 5. [6] Sess. V et VI.

gravius, commodius, absolutius et necessarium magis in medium possit adferri, quam quod est a synodo dicta profectum, nimirum ut veritatis de iustificatione doctrina, quae maxime oppugnatur, sincere conservari ac integre defendi queat.

Sed iam tempus est, ut ad vos redeam, praestantissimi viri, qui rem vestra quidem humanitate dignam mihique pergratam feceritis, si opus hoc recognitum, ut dixi, multisque in locis locupletatum,[1] quod reverenter a me nomini vestro nuncupatur, aequi bonique consulatis. Neque vero mihi desunt causae huius nuncupationis. Primum enim cupiebam observantiae ac gratitudinis erga vos meae testimonium aliquod exhibere, ut qui multis annis [2] in spectata republica vestra versatus, cum liberalium artium tum sacrae theologiae studiis apud vos operam dederim. Ad haec catholicum opus eiusmodi patronis vel maxime commendandum erat, qui de re catholica praeclare meriti ingentem suae pietatis ac defensae religionis gloriam essent consecuti. Ubi non praedicabo, ut sane possem, rempublicam vestram, quae non frustra tot saeculis hoc insignitur elogio, ut inter Germanicas omnes iure quodam suo dicatur et sit felix Agrippina Colonia, sanctae Romanae ecclesiae fidelis filia.[3] Parum sit urbem vestram in Romano imperio nulli secundam, sanctorum martyrum sanguine mirifice consecratam, fortunis ac opibus abundantem cernere. Mirentur alii vetus apud vos gymnasium[4] et celebre emporium. Ego vero in primis hoc nomine vobis gratulandum summasque summo Deo gratias agendas esse duco, quod apostolico praeconio iam olim Romanis delato vos quoque dignos redditis, ut ‚fides vestra in universo mundo annuntietur.' Igitur ut avitam, certam et integram religionem conservetis, quo nihil habetis aut sanctius aut antiquius, impiis quidem novationibus ac prophanationibus nullum in republica vestra locum relinquitis, sectarios autem horumque conatus, qui vobis saepe insidiantur, non minus prudenter quam fortiter profligatis, tum praeclaro vestrae pietatis zelo id perficitis, ut cum alibi passim distracta sint religionis studia et sectae inter se prorsus dissectae pestilenter vigeant, tamen apud vos „cor unum et anima una," ‚unum etiam ovile' sub uno pastore usque perseveret. Ita demum re ipsa declaratis haud temere dictum esse, quod autor vetustus et veritatis comprobandae magis quam stili ornandi studiosus memoriae prodidit, cum urbem vestram his verbis iam in ecclesiae vestrae usum receptis commendavit: Postquam fidem suscepisti civitas praenobilis, recidiva non fuisti, sed in fide stabilis.[5] Invideant hanc vobis felicitatem illi, qui ‚depositum' a Paulo commendatum non ‚custodiunt,' sed in aliud quodvis evangelium, quam quod apostoli annuntiarunt, ‚transferri' se patiuntur neque raro fidem perinde ac monetam commutant. Deum immortalem ex animo precor, vobis ut hanc gratiam et fidei constantiam, qua praelucetis Germaniae, perpetuam esse velit. Coloniae Agrippinae, feriis Epiphaniae Domini. Anno virginei partus MDLXVI.

II. Alteram dedicationem Summae [6] scripsit Canisius ad filium Alberti V., Guilelmum V., qui a. 1579 dux Bavariae factus est, venustae illi editioni praefixam, quae Iesuitarum in officina Dilingana a. 1571 ad usum scholarum Bavariae confecta est. Inibi Canisius Bavariam cum terra Gessen confert, in qua populus Israel separatus ab impiis Aegyptiis diebus quietis et omnibus bonis abundantibus fruebatur. Praedicat Bavariae fidei unitatem, ecclesias veneratione praeditas, coenobia permulta, obsequium erga principes patrios et avitos.

III. Etiam Operi catechistico Canisius potentem conciliavit patronum. Namque cum in prima eius impressione a. 1569/70 a dedicatione abstinuisset, editioni secundae, cui magnam dederat operam, episcopi principis Augustani Ioannis Eginolfi de Knöringen patronatum elegit. Sed episcopo ante publicationem operis a. 1575

19 Rom. 1,8 **24** Act. 4,32 **24** sq. Joh. 10,16 **29** 1Tim. 6,20 **30** 2Tim. 1,14 Gal. 1,6

[1] Vide bibliogr. pg. 118*. [2] A. 1536-46 cfr. BR I, 68-229 657-77. [3] Haec verba sine dubio sigilla maiora urbis Coloniensis significant; cfr. BR V, 162 annot. 3. [4] universitatem. [5] Haec est secunda stropha „Sequentiae" ab ignoto auctore in honorem sanctorum urbis Coloniensis patronorum compositae, quae incipit „Gaude, felix Agrippina . . ." Cfr. BR V, 162 annot. 8. [6] Vide pg. 79-82.

mortuo[1] contigit, ut memoria viri alterius clarissimi Operi catechistico emolumento esset. Vixdum enim Iulius Echter Mespelbrunnensis electus erat episcopus princeps Herbipolensis, cum Canisius per litteras ei gratulatus, sodales suos e societate Iesu Herbipolenses ei commendavit eumque hortatus est, ut forti animo ad grande opus restaurationis ecclesiasticae manum admoveret, quamvis a clero et populo oppugnaretur. Quae admonitio successu non caruit. Itaque cum a. 1577 Opus catechisticum iterum in publicum prodiret magno venustoque tomo formae maximae, Canisius ab eo librum usurpari voluit, qui sceptrum ducum Franconiae et baculum episcopale pari dignitate ac gloria tenebat. Effert longa dedicatione Latina non solum eius zelum et singulare catholicae pietatis studium, sed etiam magna de universitate Herbipolensi, quam Echter iterum fundasse existimandus est, praeclara merita. Denique quanto momento et quantae utilitatis doctrina christiana sit, zelo animarum inflammatus disserit. Haec sunt dedicationis verba:

Reverendissimo in Christo patri ac illustrissimo principi, domino Iulio episcopo Herbipolensi et orientalis Franciae duci, patrono benignissimo, Petrus Canisius in Christo Iesu S. P. D.[2]

Inter christianos caesares, quorum virtus et pietas maiorem in modum iam olim effulsit, praesul amplissime, duo Theodosii, senior et iunior, uti vulgo dicuntur, singularem laudem inprimis promeruerunt. Ego vero de priore tantum dicam, quem Augustinus, Orosius, Diaconus merito celebrant et cui poëta Claudianus ob laetissimum rerum successum haud temere accinit:

O nimium dilecte Deo, cui militat aether:
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Hic ipse multis quidem argumentis prodidit, se una cum coniuge valde religiosum esse et bene merendi de ecclesia studio et amore cum primis exarsit. Imperium eius in difficilia tempora incidit, quibus ob excitatas novas in fide dissensiones gliscentesque sectas populares animi passim distrahebantur, doctis interim acerrime inter se concertantibus, „ut si fieri posset, in errorem," aut certe quidem in dubitationem „etiam inducerentur electi." Etenim Eunomius, electum satanae organum, sua tum zizania dominico tritico inspergebat et Novatianum serpebat virus, suasque copias augebant Macedoniani, et Ariani quidem catholicos vel maxime divexabant. Quid hic ageret Theodosius? magno cum animi dolore tristissimam ecclesiae faciem spectans, praesertim cum publicae pacis et ecclesiasticae unitatis, sicut optimum principem patremque patriae decebat, studio et amore incredibili teneretur, sed qui ad ista funesta doctorum dissidia componenda nullum satis idoneum remedium inveniret. Accersit

7 Augustin. de civitate Dei li. 6 c. 26 PL 41, 172 sq. — Orosius: historiarum li. 7 c. 35 PL 31, 1150-54 — Paulus Diaconus: hist. Rom. li. 11 n. 15 li. 12 n. 5, 6 MG AA II, 188-92 **8** Cl. Claudianus:

„O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas hiemes, cui militat aether
Et coniurati veniunt ad classica venti."

MG Auct. ant. X, 144. Haec et August. et P. Diaconus (Hist. miscella li. 13 PL 95, 945 C) protulerunt omissis tamen verbis „cui fundit ab antris Aeolus armatas hiemes," quae ipsis, ut videtur, nimis redolere videbantur gentilem quandam rationem; Br VII, 326 annot. 4. **12** Aelia Flaccilla, cuius fides et pietas a Gregor. Nyss. in oratione eius funebri miris laudibus praedicantur (PG 46, 877-92); Br VII, 327 annot. 1. **15** sq. Matth. 24, 24. **17** Cfr. Matth. 13, 24-28.

[1] Mortuus est 4. Iunii a. 1575. [2] Vide Br VII, 326-36 n. 1947.

igitur Nectarium episcopum Constantinopolitanum et ab eo sciscitatur, quid facto sit opus ad concordiam scissae ecclesiae restituendam, priusquam graviores ordinum fierent distractiones, motusque magis exitiales ex hisce altercationibus et sectis in christianam rempublicam effunderentur. Ecclesiam enim fidei unitate conservari atque stabiliri, discordia vero religionis lacerari atque subverti rectissime iudicavit. Nectarius vero cum non haberet quod ex tempore caesari responderet, de re tanta censet deliberandum, ac interim Agelium, licet Novatianorum episcopum consulit, ut eius sententiam audiat, priusquam redeat ad imperatorem. Agelius tunc forte Sisinnium lectorem habebat, hominem non mediocriter eloquentem, in sacris etiam literis et philosophiae cognitione probe versatum, qui praeterea iudicio et rerum agendarum dexteritate polleret. Is iussus dicere, quid roganti caesari respondendum putaret, in hunc modum disseruit: Concordiam christianae religionis frustra sperari, quandiu libertas disputandi partibus novam doctrinae formam inducentibus proposita et relicta esset; immo vero praesentia schismata non solum hac disputandi libertate non tolli, sed augeri, gravioresque inde lites ac pugnas irreconciliabiles expectari oportere, quibus vigentes nunc haereses et opiniones novae magis magisque corroborarentur; aliam igitur ineundae concordiae, quae solida esset, viam ineundam esse, nimirum ut praesentes controversiae ex veterum patrum, qui ecclesiae calculo approbati forent, traditione iudicarentur. Sic enim futurum, ut via contentiosis praecluderetur, ne quisque pro sui cerebri intemperie Dei verbum interpretaretur et suum illi sensum, prout causae commodum putaret, affingeret, suamque sententiam iudicio patrum, simulque ecclesiae publico anteferret. Unde imperatorem recte facturum, si praecipuos sectarum magistros interrogandos curaret, velintne veterum ecclesiae doctorum iudicio stare, qui ante natam modo contentionem et divisionem cum gloria floruissent, nullique praesenti vel parti vel sectae unquam fuissent addicti; ac propterea ut minime suspectos controversae nunc doctrinae censores et arbitros iure agnoscendos ac recipiendos esse. Quod si hos arbitros admittere detrectarent, postulandum ab illis videri, disertis ut verbis pronuntiarent, sibi damnari patrum autoritatem. At si rursus hanc damnationis legem ferre nollent, ex hac sola tergiversatione non obscure constare, quantum fidei mererentur novi de fide disputatores, utpote tam arrogantes, ut sese tot tantisque probatis patribus vel aequare vel anteponere non erubescerent et idcirco nulla illos venia dignos, sed pro falsis doctoribus veraeque ecclesiae pestibus iure habendos atque profligandos esse. Catholicorum vero munus manere proprium, ut quam doctrinam profiterentur, veterum theologorum scriptis consentaneam esse probarent et suam religionem illorum testimoniis bona fide prolatis defenderent ac illustrarent. Quid multis? Placuit haec sententia Nectario, qui statim ad Theodosium caesarem regressus, consilium Sisinnii aperit, suaque autoritate confirmat. Caesar vero, ut erat prudentissimus princeps, lectoris consilium diligenter expendit et hanc ineundae concordiae rationem approbat, reque ipsa probandum censet, quod Sisinnius proposuisset. Itaque sectarum principes ad disputandum armati et instructi convocantur, ac praeter expectationem omnem a caesare interrogantur, quo in pretio magistros ecclesiarum habeant et habere velint, eos nempe qui ante nova haec divisionis tempora extitissent, an eosdem recipere et approbare deliberatum haberent. Hic primum illi modestiam prae se ferre et de patribus honorifice loqui, quasi praeceptores illos agnoscerent seque illorum discipulos faterentur. Theodosius iterum sciscitatur, sitne illis constitutum, patrum testimonia eo habere loco, ut per illa cum de aliis christianae doctrinae partibus, tum de subortis nuper controversiis iudicetur omneque iudicium terminetur. Hic illi haerent suspensi, aliis aliud obtendentibus et eiusdem etiam sectae sociis inter se mutuo altercantibus, quid quantumque scriptis et autoritati veterum esset largiendum. Quidam caesaris institutum probare, sed plures veterum sententias defugere visi sunt, facile subodorati periculum de causa cadendi, si ex antiquorum patrum iudicio praesentes ipsorum controversiae dirimerentur. Ubi novae discordiarum flammae mox eruperunt, ut si antea unquam, nunc potissimum sectae inter se dissectae viderentur, non dissimiles quidem priscis illis gigantibus ac aliis Babylonicae turris stolidis aedificatoribus, quorum et linguae

50 Cfr. Gen. 6, 4 11, 1-9.

divisae et conatus frustrati et impensae omnes absumptae, hoc unum effecerunt, ut optatus aedificii progressus in pudendum prorsus exitum commutaretur. Igitur non male cessit THEODOSIO, quod in Sisinnii consilio acquieverit, eoque facto memorandum toti posteritati reliquit exemplum, ut quod antea TERTULLIANUS docuerat, nunc re ipsa probatum esse cernamus. Tractans enim ille Pauli sententiam „Haereticum hominem post unam aut alteram correptionem devita," serio admonet, ne catholici cum haereticis de sacris literis disputaturi in arenam descendant, sed potius ut ad maiorum traditionem provocent et ex illa germanam scripturae intelligentiam omnemque de propositis fidei quaestionibus veritatem petant atque confirment. Sicut et ORIGENES pronuntiavit: Illa sola credenda est veritas, quae in nullo ab ecclesiastica traditione discordat.

Visum est autem hanc repetere narrationem, quam CASSIODORUS in historia, uti vocant, tripartita recenset, eamque magni esse momenti et nostro tum saeculo, tum instituto quadrare quivis facile animadvertat. Rogant multi atque mirantur, qua de causa tot colloquia, disputationes et conatus, qui ad controversias in religione componendas nostra aetate partim in Germania, partim in Gallia instituti fuerunt, adeo male infeliciterque successerint, ut maiores etiam in religione distractiones ac turbae consecutae videantur. Nimirum a dicto Sisinnii consilio discessum est et pietas abfuit Theodosiana, qua novis doctoribus veteres cum autoritate opponerentur. Hoc nisi fiat, tot haeresum monstra, quot nunc passim in Europa nata cernimus, facile et summa cum ecclesiae pernicie grassari pergent semperque impedient, quo minus ad amabilem ecclesiae concordiam tandem redeatur. Ac interim prorsus verendum est, ne post longas contentiones funestus exitus aeque Germanos ac Graecos opprimat et perdat, ut nostrates e schismaticis vel mahumetanos vel atheos evasisse vel sero doleamus. Deinde hanc veterem narrationem libuit inserere, ut nostri saeculi stultitia, immo impietas rectius perspiciatur, quando infimae sortis ac plane crassi rudesque homines de patribus ut prorsus indigne sentiunt, ita scurriliter quoque loquuntur illorumque dicta et facta petulanter arrodunt, saepe et vanae superstitionis et execrandae idololatriae sine ullo pudore condemnant. De patribus dico, quorum eximia vitae integritas et in divinis literis doctrina sapientiaque tot modis effulsit, divino Spiritu in illis mirabiliter operante et christianam ecclesiam tot saeculis corroborante. Hi electa divini spiritus organa Christi fidem non ore tantum professi sunt, sed et sanctissima vita multisque saepe miraculis nec raro sanguine profuso testati sunt, nullus ut eos pro dignitate celebrare et sacros eorum labores religionis ergo susceptos et exantlatos satis efferre posse videatur. Quibus tanto maior fides autoritasque debetur, quo magis in unum eundemque sensum conspirant, quoque consonantius de christianae doctrinae partibus testificantur, ut quasi „cor unum et anima una," immo et ‚Spiritus unus' in illis inesse nobisque loqui videatur. Atque hoc illorum consensu, tanquam certo ‚inhabitantis Spiritus' indicio, deprehendimus, non solum in apostolis, sed etiam in apostolicis doctoribus sanctisque patribus hanc praeclaram Christi promissionem impleri. „Non vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis." Quocirca non temere ad hoc referri potest, quod regum ille sapientissimus Salomon docet, ‚ne quis terminos antiquos a patribus positos transgrediatur,' quodque monet Ecclesiasticus, ut sapientibus presbyteris eorumque doctrinae nos adiungamus, qui disciplinam a patribus traditam acceperunt, vel sicut Paulus loquitur, qui ‚depositum bona fide custodiunt.' Unde vox BASILIO Magno digna et a vere catholicis omnibus usurpanda extat: Ἀλλ' ἅπερ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων δεδιδάγμεθα, ταῦτα τοῖς ἐρωτῶσιν ἡμᾶς διαγγέλομεν, hoc est: Quae a sanctis patribus edocti sumus, ea interrogantibus nos annuntiamus. Tum ATHANASIUS, ecclesiae fortissimus propugnator, brevem et expeditam rationem,

4 nunc *om. L* 6 **22** schismaticis — atheos] schismaticis, mahumetanos aut atheos *L* 6 **38** hoc] hos *L* 6

4 TERTULL. de praescript. c. 15-21, 32, 37 PL 2, 28-33 (33-38) 44 sq. (52 sq.) 50 sq. (61). **5** sq. Tit. 3, 10. **9** ORIGENES περὶ ἀρχῶν *Praefat.* PG 11, 116 B: CB 22, 8. **11** CASSIODOR. hist. tripart. li. 9 c. 19 PL 69, 1136-38. **28** Cfr. 1Cor. 12, 1-11 Gal. 3, 5 1Thess. 2, 13. **34** Act. 4, 32. Eph. 4, 3 sq. Phil. 1, 27. **35** Rom. 8, 11. **37** sq. Matth. 10, 20 cfr. Marc. 13, 11. **39** Prov. 22, 28. **40** Eccli. 8, 9-12. **41** sq. 1Tim. 6, 20 2Tim. 1, 14. **42** BASILIUS M. ep. 140 (al. 60) PG 32, 538 n. 2. **45** ATHANAS. ep. ad Epictet. PG 26, 1056 n. 3.

qua haereticorum artes et fraudes omnes elidantur, hisce verbis ostendit: Τοῦτο μόνον ἀποκρίνασθαι πρὸς τὰ τοιαῦτα καὶ εἰπεῖν ἀρκεῖ, ὅτε οὐκ ἔστι ταῦτα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, οὐδὲ ταῦτα [οἱ] πατέρες ἐφρόνησαν. Hoc, inquit, solummodo respondere ad talia et dicere sufficit, quod ista non sunt catholicae ecclesiae, neque ista patres nostri senserunt. Et sane cum his ecclesiae magistris non sapere, omnino est desipere. Extra hunc saltare chorum, ut ita dicam, est primas insaniae partes arripere. Ab his ecclesiae columnis avelli, est regiam veritatis viam deserere. Sine his Christi oculis et ecclesiae luminibus, in divino illo scripturarum prato versari, est perinde ac in tenebris dominicum agrum colere, vel in mari cum Petro nocte piscari. Damnatos ab his errores amplecti, est cum ecclesiae ludibrio haereticorum deliria confirmare. Horum denique sensum et consensum negligere, divino est repugnare oraculo, quod credentibus omnibus per Prophetam intonat: „Haec dicit Dominus: state super vias vestras et videte et interrogate de semitis antiquis, quae sit via bona et ambulate in ea et invenietis refrigerium animabus vestris."

Quae omnia idcirco mihi praefanda duxi, antistes illustrissime, praesens ut opus, quod e collectis gravissimorum patrum sententiis constat, maiore in pretio ab aequis censoribus habeatur tuaeque inprimis celsitudini sit commendatius. Prodit enim nunc iterum noster catechismus, nec solum nitidius, sed etiam animosius prodit, quandoquidem inter medios velut satellites, imo duces et coryphaeos probe stipatus incedit, ut minus publicum conspectum vereatur et coram minacibus adversariis se perstare posse confidat. Adest enim illi invictus bellator Spiritus sanctus suoque gladio, quod est verbum Dei, hunc quanvis exilem partum munire dignatur. Adsunt et generosi Christi regis aeterni milites, qui suis quasi armis novum hospitem circuncingunt, ornant, muniunt atque defendunt. Quare si antea unquam hic liber placuit bonis, cum solus ac velut inermis appareret, haud dubia mihi spes est fore, ut idem maiore nunc favore et applausu multorum excipiatur, tot praesertim patronorum, qui sunt omni exceptione maiores, suffragiis atque sententiis undique corroboratus. Hos christianae doctrinae testes ac vindices quisquis contemnit vel negligit, nos etiam librumque nostrum et contemnat ac negligat licet, quandoquidem in eadem cum illis navi manemus, ac tantisper manere constitutum habemus, donec et ipsi superatis infesti procellosique huius pelagi tempestatibus, quibus in hac tota vita iactamur, ad eundem salutis portum, quem illi nunc felices obtinent, Christo nauclero favente tandem securi perveniamus.

Ubi de praesentis instituti ratione plura dicturus, de prima nostri catechismi editione cogor repetere, quam inclytus ille caesar Ferdinandus Viennae de manibus nostris extorsit et ante XXVI annos[1] edi voluit sua autoritate, me quidem nomen tunc meum supprimente, minus ut invidiosum esset opus, cuius autor ignoraretur.[2] Sed quoniam hoc nostrum saeculum, ut nullum fere aliud, contentionum flammis pascitur multique ad calumniandum praecipites nulla fere minus, quam orthodoxa ferunt et probant dogmata, fieri non potuit, quin aliqui catechistico labore nostro offenderentur et hanc qualemcunque christianae doctrinae Summam arroderent ac insectarentur. Cuiuscemodi ecclesiae hostibus tanto maior insectandi libido crevit, quanto minus invidi homines ferre potuerunt, opus hoc summi principis autoritate comprobatum, a multis avide legi, passim circumferri, in scholarum usum introduci, in templis doceri, varias in linguas transfundi, in maximis gymnasiis celebrari, nec solum ecclesiasticis proceribus, sed summo regi quoque Philippo aliisque magistratibus catholicis ita probari, hunc ut catechismum prae caeteris studiose complecterentur ac eundem suis populis tum ad docendum, tum ad discendum publice traderent serioque commendarent.[3] Quod ego certe sine arrogantia dictum velim, ne honori nominique divino quicquam subtraham, quum soli bonorum omnium fonti laetum rerum successum asscribi et ad illius gloriam sincere cuncta referri deceat, nulla ut unquam eius dicti subrepat oblivio. „Non nobis Domine, non nobis, sed

19 adversariis] ac vibrantibus eorum gladiis *add. L* 6. **23** solus] nudus fere *L* 6.

8 Cfr. Luc. 5, 5 Joh. 21, 3. **11** ssq. Jer. 6, 16. **20** Cfr. Hebr. 4, 12. **47** sq. Ps. 113, 1 (hebr.).

[1] *Sic L* 6 *quoque.* [2] Cfr. Br I, 522 537 annot. 1 et 752. [3] Cfr. Br I, 752-54; V, 798 800 804 814 VI, 706.

nomini tuo da gloriam." At ego rem multis hodie notam commemoro et de veritate constare cupio posteritati, ut rectius omnes de adversariis iudicent, qui, nescio quo spiritu ducti, aut potius aemulationis stimulis exagitati, tam aegre sustinent hoc exiguum catholicae doctrinae testimonium, compendium, praesidium in Germania superesse. Igitur evangelici homines infensis animis, maledicis linguis ac virulentis calamis certatim instructi, nullum hodie catechismum aeque ac nostrum tam petulanter appetere, tam rabiose convellere, tamque atrociter damnare voluerunt.[1] Postea vero cum de eiusdem libri autore iam rumor increbuisset ac opus ipsum catholicis exteris magis magisque innotuisset, Veneti et Galli nomen meum, quod ego tam diu celaveram, me inscio adscripserunt, idque ante annos decem publice testatum volui, cum opus idem recognitum Coloniensi senatui nuncuparem.[2] Accessit deinde PETRUS BUSAEUS Noviomagus, homo nostri Ordinis eruditus et in veterum monumentis probe versatus, qui amicorum hortatu et ob publicam utilitatem, sicut ipse in sua meminit praefatione, ad hoc opus ornandum et muniendum, operam sane difficilem et laboriosam, ut prudentes intelligunt, exantlavit.[3] Etenim scripturae patrumque consonantia loca, quorum nos in ipso contextu mentionem frequentem feceramus, quaeque ad libri marginem breviter fuerant adscripta et his etiam plura undequaque collegit, ex ipsisque fontibus deprompta transcripsit et transcripta cum ipsa libri textura tam dextre coniunxit, ut quivis sine negocio deprehendat, omnem catechismi nostri doctrinam cum libris canonicis et probatis patrum scriptis pulchre congruere, quantunvis infesti et infensi oblatrent calumniatores. Qui sane Busaei labor Hispanis, Italis multisque aliis pergratus accidit eamque commoditatem suppeditat omnibus in munere docendi, ut ad manum habeant selecta bonaque fide notata, nec omnibus obvia veterum testimonia, quibus ad universa fere doctrinae sacrae capita tum intelligenda, tum in scholis templisque tractanda et explicanda uti expeditissime possint. Ex quo factum est, ut typographus Coloniensis prioris editionis exemplaria brevi distraxerit, utque Veneti hoc opus sibi recudendum putarint,[4] quod Romae et alibi non modo commendari, sed etiam a multis passim desiderari certo intelligebant. Interea dum Coloniae nova editio apparatur, huc praesertim Gervino Calenio impellente, qui rei catholicae promovendae perquam studiosus est, bonam nostri operam navarunt, ut opus idem recognosceretur, in eoque multa partim restituerentur, partim adiungerentur, partim meliorem in ordinem revocarentur.[5] Et quoniam prior editio in quatuor partes seorsim excusas secabatur, tres autem solas, quas ego viderim, Venetus typographus dedit, longe commodius fore visum est, si ex omnibus illis membris, unum quasi corpus conflatum atque hoc uno volumine conclusum evulgaretur. Haec ego de huius operis ratione et instituto dixerim, quod ex gravissimis maximorum patrum sententiis collectum, ac nunc etiam restitutum, tuae inprimis sapientiae et aequitatis calculo, illustrissime princeps, cupit approbari.

Caeterum si de suscepti Operis catechistici argumento aliquid addendum est, mihi sane persuadeo, sapientes veraeque pietatis amantes omnes boni consulturos, immo et sponte sua probaturos esse, quod nos, in hoc catechisticae doctrinae genere ac labore, quicquid alii sentiant, multum saepe olei operaeque ponamus. Cur enim nos pigeat ac pudeat eius institutionis, quam summo Deo gratam maximorum hominum exemplo consentaneam, catholicae ecclesiae salutarem, christianae iuventuti necessariam et nostrae demum professioni congruentem[6] esse certissime constat? Quid quod ‚magister noster' et „princeps pastorum" Christus catechistae partes quodammodo suscepit atque sustinuit, quum praecipuas catechismi partes ore suo sacrosancto vel tradidit, vel confirmavit? Excusent alii suas occupationes, ad sublimiores ac maiori

24 Veneti] et Galli *add. L* 6. **28** idem] semel ac iterum *add. L* 6 **32** evulgaretur] Accessit demum valde utilis explicatio appendicis, ut quod concilii Tridentini patres de hominis lapsu et iustificatione sapientissime gravissimeque tradiderunt, nos vero summatim repetitum catechismo adiunxeramus, id luculentis patrum testimoniis accurate congestis solide comprobaretur. *add. L* 6 **33** nunc etiam] postremo *L* 6 **37** nos] qualescunque societatis Iesu professores *add. L* 6

41 Matth. 23, 8. 10 Joh. 13, 13 sq. 1 Petr. 5, 4.

[1] Cfr. BR VII, 332 annot. 3. [2] Vide BR V, 159. [3] Vide BR VII, 332 annot. 5. [4] Vide BR VI, 707. [5] Cfr. BR VII, 126. [6] Cfr. CEC. GÓMEZ RODELES S. J.: La Compañia de Iesús catequista. Madrid 1913 pg. 1 - 38.

quaestui servientes ecclesiae functiones adspirent, vile autem et aeque laboriosum hoc ministerium iudicent callideque subterfugiant, ne cum pueris quodammodo repuerascere velle videantur. Atqui non veretur ipsa Dei sapientia Christus se parvulis perquam familiarem exhibere, hos ad se iubet adduci, venientes ultro amplectitur et amanter osculatur, his suas ipse manus imponit ac benedicit, his ministros et custodes angelos deputat, hos demum caelestis regni cives et prae aliis haeredes quasi proprios facit. Qui praeterea poenam illi gravissimam interminatur, si quis unum e parvulis sive in fidei doctrina sive in vitae moribus forte scandalizet, qui demum in parvulos collatum beneficium adeo sibi gratum fore pronuntiat, ut quicunque ipsius nomine parvulum susceperit, Christum ipsum suscipiat habeatque perpetuum debitorem. Tanti refert, si Christo domino eiusque sacro evangelio credimus, de parvulis bene mereri ac instituendis illorum ad pietatem animis operam dare, quemadmodum probi faciunt catechistae, non christianum modo, sed etiam angelicum, ut sic loquar, munus administrantes. Quo minus ego miror, eximios illos patres ORIGENEM, BASILIUM, AMBROSIUM, AUGUSTINUM, CYRILLUM ab hoc docendi genere non abstinuisse, sed huius viae duces se nobis praebuisse, ut in fidei doctrina rudes ac veluti parvulos non gravatim catechizemus et eis tanquam matres lac spirituale cupide et alacriter subministremus. Videbant enim sapientissimi homines, in magna illa Dei domo plures ‹carnales quam spirituales,'- ‹parvulos quam viros atque perfectos,' ut Paulus appellat, reperiri magnamque semper esse turbam, non solum aetate, sed etiam spiritu imbecillium atque pusillorum, quibus evangelicae doctrinae panem frangere conveniat, donec illi ‹solidiorem cibum' admittant et ‹in Christo ipso grandescant atque proficiant.' Quod si nihil aliud, certe adversariorum improbus labor ac indefessa cura huc nos extimulare debebat ac impellere, ut quod studium illi suae sectae per catechismum propagandae animisque per illum corrumpendis noctes ac dies impendunt, id nos ad catholicos recte pieque instituendos pari diligentia, sed meliore fide ac purioris catechismi doctrina impigre converteremus. Quid alioquin turpius, quid ab officio catholico magis alienum videri queat, quam vigilante Iuda, in re tanti momenti dormire Petrum[1] et undique grassante lupo, pastorem sui gregis curam abiicere ac huius demum ‹saeculi,' immo ‹tenebrarum filios' in sua generatione magis, quam in Christi regno ‹lucis filios,' sapere et prudentiores esse? Quo circa TRIDENTINI concilii patres, ut alia multa de religione catholica vindicanda optime constituerunt, sic illud etiam sanctissime sanxerunt, parochi ut omnes diebus festis non solum habendis ad populum contionibus vacarent, sed etiam tradendo post prandium catechismo incumberent ac in fide rudiores omnes edocerent. Quae lex si usquam alibi, tum in Italicis ecclesiis iam obtinet magnoque cum populi fructu, nec minore bonorum parochorum laude hoc tempore observatur. Atque hactenus de catechismi commoditate, praestantia et necessitate, quantum hic quidem locus ferre potest.

Ad extremam epistolae partem accedo, quae patronum operi necessarium postulat accersiri, ut nova haec editio non solum apud aequos et candidos rerum aestimatores suam habeat gratiam, verum etiam adversus iniquos et invidos obtrectatores maiore polleat autoritate. Ubi celsitudo tua illustrissime princeps, se commode nobis offert, cuius tutelae hunc librum reverenter commendare cupiam ac unice nuncupare decernam. Primum enim inter Germanos antistites ac principes catholicos, qui hoc saeculo praedicantur, multorum iudicio sublimen et illustrem locum tenes, his nimirum animi dotibus instructus et ornatus, quae non modo sapientem praeclarae huius d. CHILIANI[2] vineae custodem, sed et generosum bellicosae Francorum gentis moderatorem ac imperii principem decent.[3] Deinde singulari catholicae pietatis studio

---

7 Cfr. Matth. 18,2-6.10 19,13-15 Marc. 9,35sq.41 10,13-16 Luc. 9,47sq. 17,1sq. 18,15-17. **17** 1Tim. 3,15 1Cor. 3,1-3 13,11 Hebr. 5,12sq. 1Petr. 2,2 Eph. 4,13 Phil. 3,15. **20** Cfr. Hebr. 5,12.14 Cfr. Eph. 4,11-16. **26** Cfr. Matth. 26,37-50 Marc. 14,37-45. **26**sq. Cfr. Joh. 10,11sq. Matth. 7,15 Act. 20,29. **27** Cfr. Luc. 16,8 1Thess. 5,5. **28** Luc. 16,8 Eph. 5,8 1Thess. 5,5. **28**ssq. Sess. V. de ref. c. 2 et sess. XXIV. de ref. c. 4,7 CTrG tom. V AA 2,241ssq. et tom. IX AA 6,981sq.

---

[1] Vide BR V,412 annot. 1. [2] Ep. et mart. († c. a. 689) apost. Franconiae orientalis et patroni episcopatus Herbipolensis; MG. SS. rer. Merov. V,722ssq. [3] Cfr. BR VII,208 annot. 1.

flagras, qui inde ab initio suscepti muneris effecisti, ut clerus ditioni tuae subiectus, ad sacras preces quotidie summo Deo recitandas graviter extimularetur serioque revocaretur.[1] Accedit et zelus in domo Dei repurganda necessarius ac tali episcopo dignus, qui apostolicum canonem ad se pertinere meminerit: „Peccantes coram omnibus argue, ut et caeteri timorem habeant." Igitur ad catholicam religionem et disciplinam ecclesiae restituendam adiicis animum, pastores haereticos amoves et poenas immorigeris infligendas proponis. Ad haec quod rarum et egregium Mecoenatem decet, doctos et studiosos homines magno favore prosequeris atque idcirco gymnasium publicum excitare pergis, quod non modo Franconibus, sed etiam exteris haud minori praesidio quam ornamento esse possit,[2] seminarium vero nuper magnifice erectum et numero alumnorum et multis coemptis aedificiis amplificas. Neque nostros homines negligis, sed eorum collegium non ita pridem Herbipoli excitatum amanter complecteris ac studiose foves, tota ut haec Iesu societas immortales gratias patrono humanissimo debeat ac pro illo sua vota Deo summo faciat perlubenter.[3] Nec ignoro, ecclesiae vestrae, quam honoris gratia nomino, multa et praeclara in me merita posse commemorari, quae inde a primis collegii nostri fundamentis Herbipoli iactis, cum isthic adessem et sacris contionibus operam darem, equidem sum frequenter expertus.[4] His ergo causis ac aliorum etiam consiliis incitatus, facere non potui, quin per huius operis occasionem aliquid scriberem ac vetus erga celsitudinem tuam eiusque ecclesiae observantiae meae studium qualicunque testimonio publice comprobarem. Precor demum a Christo optimo maximo, ut Herbipolensem urbem et Franconiam omnem, hoc difficili tempore propitius tueatur, utque pios amplitudinis tuae conatus in suam aeternam gloriam bene fortunet, neque solum huius operis, sed etiam collegii tantum patronum diu ac feliciter nobis superesse concedat. Oeniponti anno post Christum natum M.D.LXXVI.

Ceterae, quae in Summis exstant litterae dedicatoriae, non ad Canisium referendae sunt, sed ad exteros typographos. Velut Michael Tramezinus in editionibus E 1. 3. 4 litteras dedicatorias scripsit ad Robertum de Nobilibus cardinalem: „Cum superioribus diebus . . .," Michael Jovius in editionibus E 2. 2'. 7 ad reverendissimos episcopos, parochos et gymnasiarchas: „Nemo est . . .," Sesallus in K 2 ad Antonium Serbellonum cardinalem episcopum Novariensem: „Cum superioribus annis . . .," Seth Viotto ad Matthaeum Rinuccinum civem et canonicum Florentinum etc. in editione E 6 et tandem Prateolus Marcossius ad Carolum Borbonium in F 1—3 et Chr. Plantinus ad Philippum II. in G. 2. 2'. 4. 4'. 5. 6 H 1—5.

B. Praefationes, quae praecedunt catechismos minores.

Complures breves et simplices Canisii praefationes exstant in catechismo minore tum Latino tum Germanico. Primae editiones a. 1559 et 1560, utpote sine nomine auctoris publicatae, aeque atque primae Summae praefationem Canisii non exhibent.

1. Latinum catechismum quod attinet, primam praefationem, quae non videtur esse Canisii, de Backer commemorat (I, 1059), quae est editionis X(b) a. 1559: Ad

7 i. e. Maecenatem. **22** sq. Oeniponti — MDLXXVI] Friburgi Helvetiorum anno post virgineum partum MDLXXXV: *L* 6.

3 Cfr. 2 Macc. 10, 1-3. **4** sq. 1 Tim. 5, 20.

[1] „Julius primo administrationis episcopalis anno, qui erat a. 1575, ‚Breviarium secundum usum Herbipolensis ecclesiae emendatum' Coloniae apud Maternum Cholinum typis exscribendum curavit (C. Braun, Geschichte der Heranbildung des Klerus in der Diözese Würzburg I, Mainz 1889, 165 sq.). Huic editioni Julius ‚praefationem' praeposuit, in qua orandi studium diligentissime commendabat et ecclesiasticos de breviarii cotidie recitandi officio graviter monebat." BR VII, 335 annot. 4. [2] De Herbipol. universitate v. BR VII, 208 sq.

[3] B. DUHR: Ies. I, 124 sq. [4] Cfr. BR VII, 336 annot. 3.

pueros novi Coronarum gymnasii. „Sedulo vos quidem hactenus ut caeteros ad pietatem christianamque religionem exercuimus; verum ut id maiore cum facilitate et uberiore vestra utilitate deinceps faciamus: en caesareae maiestatis catechismi nunc vobis damus breve hoc compendium. Vos illud a docto viro in vestrum usum confectum, eo quo offertur animo, libenter suscipite atque singula studiose memoriae commendate et moribus vitaque recte exprimite, quo per vos tanquam probos christianorum filios Christi Iesu semper nomen commendetur. Coloniae VI. Cal. Decemb. MDLVIII." Certe praefatio edit. c 2 mensis Maii a. 1561, Augustae Vindelicorum data, Canisium habet autorem. Est autem haec:

„Exiguum est opus hoc nec satis elaboratum, fateor, tum eius argumenti, quod a multis, ut ita dicam, catechistis iam antea saepe et cum laude tractatum extat. Legantur et praeferantur alii, non impedio neque dissuadeo, dummodo salutari commodoque lacte parvuli Christi fruantur. Horum salutem amamus, curamus et promovemus libenter, quotquot in hac ipsa nominis Iesu societate versamur, ad iuventutem quidem cum docte tum pie instituendam ex professo nos accommodantes, quantum Christi gratia consequi possumus. Ego vero cupiebam hoc quicquid est laboris, citra nominis mei mentionem in lucem prodire, ut iam antea prodiit saepe. Sed quando aliter visum est maioribus et Caesar ipse prodit autorem, Domini voluntas fiat, cuius honori et gloriae, per infamiam et bonam famam, in vita et morte volumus, si possumus, Christo favente semper inservire. — Vale pie lector bonique consule studium nostrum, praesertim, si quibusdam in locis haec editio non congruat cum prioribus, quas nobis etiam insciis amici sparserunt. — Augustae Vindelicorum, M.D.LXI. Mense Maio."

Praefatio huius editionis fuit unica, quae in plerisque posteris editionibus non mutata recusa est. Differt sane ab ea altera, item Augustae Vindelicorum a Canisio a. 1566 scripta praefatione in „Institutiones et exercitamenta christianae pietatis" initio utente: „Recognovi . . ."[1] At haec recognitio et auctio proxime non ad catechismum pertinet, sed potius ad „Exercitamenta," quorum summa in epistulis et evangeliis anni ecclesiastici sita est, a. 1566 Antverpiae apud Plantinum una cum catechismo minore in lucem edita. Haec praefatio „Recognovi" etiam posteris temporibus occurrit, at semper in editionibus tantum „Institutionum et exercitamentorum" i. e. seriei O.

2. Ut Latinorum ita et Germanicorum catechismorum Canisius breves nudasque praefationes scribere solitus est, quae plerumque ardore religioso efferunt, quam necessarium atque utile sit eiusmodi „brevem doctrinam fidei catholicae" ea aetate tradere, qua tam lugenda apostasia ingrueret. Ita v. g. praefatio primae editionis Dilinganae a. 1560, quae catechismum minorem et librum precatorium coniunctum exhibet, hoc modo exorsa: „Es will die Zeit . . ."[2] in cunctis posteris Dilinganis editionibus catechismi cum libro precatorio coniuncti semper recurrit, quae ab a. 1568 loco minoris catechismi minimum offerunt. Verum ad hanc priorem praefationem iam in secunda editione Dilingana a. 1563 altera apponitur praefatio hoc initio: „Dis Betbůch samt dem Catechismo,"[2] quae praefatio et ipsa in omnes posteras editiones Dilinganas libri precatorii transiit et ex a. 1563 priore loco ponitur. Brevissimam et propriam praefationem habent illi catechismi minores, qui breviore

[1] Vide pg. 211. [2] Haec praefatio in parte II huius tomi exhibetur.

forma sunt et vulgo omni ornatu imaginum carent; tales Ingolstadii aa. 1563, 1570, 1577, 1584,[1] Coloniae 1567, Dilingae 1580 in lucem editi sunt. Praefationis initium est hoc: „Freundlicher, lieber Leser: man hat dies Büchlein . . ."[2] Catechismi minimi, exceptis editionibus Dilinganis modo commemoratis et editione Wirceburgensi[1] a. 1581, propria praefatione non sunt praediti. Necessitate tantum coactus Canisius minimum suum catechismum instruxit praefatione quadam nervosa, anno antequam morte obiret, quia per decursum annorum complures catechismi, qui eius nomine signati exierant, velut editio Thierhauptensis, invito auctore alias quaestiones inserebant („dareinflickten"). Cui petulantiae resistere cupiens Canisius praefationem ita concludit: „Habe derohalben solches in diesem meinem hohen Alter hiermit bezeugen und mehreren Unrat zu vermeiden, diese Edition allein für meinen wahren kleinen Catechismum erkennen wollen."

C. Kalendaria.

Ad integrum catechismum minorem et minimum tum Latinum tum Germanicum pertinent Kalendaria in Germanicis iam initio usurpata,[3] in Latinis demum ex a. 1566 conspicua. Iam secunda editio catechismi minimi a. 1558 Kalendarium habet. Quid autem sanctus Doctor annum ecclesiasticum applicans voluerit, facile est intellectu; non enim satis habebat, plebem christianam tantum de Kalendario catholico erudire, sed praecipue catholicos dies festos cum ecclesiae universalis tum singularum dioeceseum, insuper etiam ecclesiasticos dies abstinentiae et ieiunii ob oculos ponere cupiebat. Imprimis in additamentis cuiusque mensis, in tabula festorum mobilium, in breviculis carminibus (Reimen) et proverbiis Canisius omnia ad usum vitae religiosae et catechizandam plebem convertere animo pio intendebat. Non minus in comperto est maximae ei curae fuisse, ut pueritia litteris dedita amore et scientia anni ecclesiastici penitus imbueretur. Cuius rei testimonium est Kalendarium Ioannis Molani, editioni Plantinianae (o 2) a. 1574 insertum, in quo ad nomina sanctorum non solum mentiones historicae sunt additae, quo tempore vixerint, quibus sub regibus aut imperatoribus industriam operamque navaverint aut martyrium subierint, sed etiam annotationes mere biographicae adnexae sunt.[4] Minime ergo Kalendariis specie simplicibus ut ornamento uti voluit, sed tamquam adiumento ad finem restaurationis ecclesiae assequendum, i. e. ad sentiendum cum ecclesia.

D. Confessio s. Canisii.

Proprium quid prae se fert „Autoris confessio" ex anno 1571 catechismo maiori inserta, quae primum in Summa Dilingana (M 1) apparens,[5] postea omnibus insequentibus editionibus Summae a Plantino et Cholino excusis (H 1–5, J 1–5) adiecta est.[6] Rationes autem, quibus Canisius ad Confessionem conscribendam adductus est, hae fere sunt existimandae: Longius quidem repetendae sunt cum illae

[1] Haec editio alteram etiam praefationem Canisii exhibet, incipiens: „Es haben etliche Guthertzige . . . ", vide partem II huius tomi. [2] Haec praefatio in parte II huius tomi exhibetur. [3] Vide bibliogr. partis II.

[4] Vide pg. 213-37. — IOANNES MOLANUS Martyrologium Usuardi cum pretiosissimis annotationibus a. 1568 et Indiculum illum sanctorum Belgii a. 1573 Lovanii edidit. De litteris inter Chr. Plantinum et Canisium ob Molani Kalendarium datis et acceptis, epistulam Chr. Plantini Canisio 27. Sept. 1573 datam velis inspicere. BR VII, 137 sq. [5] Cfr. pg. 207. [6] Quodsi in editione Parmensi a. 1574 (K 2) huius Confessionis nulla fit mentio, hoc ex eo intellegitur, quod K 2 ipsa prima editione Parmensi a. 1569 (K 1) nititur.

impugnationes odii et invidiae plenae, quibus Lucas Osiander, Flaccius Illyricus, Ioannes Wigandius, Ioannes Gryphaeus Opus catechisticum convellere studebant, tum Melanchthonii aliorumque novatorum in ipsum Canisium illatae falsae criminationes. Proxime vero editio Confessionis inde ortum habuit, quod ex anno 1568 fama discurrebat Canisium deserta fide a religione catholica ad Confessionem Augustanam deflexisse, cui rumori iamiam ipsi catholici fidem habere coeperunt. Quid quod vel sermonibus quibusdam Canisius palam professus esse dicebatur sese ab ecclesia catholica defecisse. Quae cum ita essent atque homines Franconiae de fide et constantia Iesuitarum non parum dubitarent, episcopus princeps Fridericus a Wirsberg per P. G. Raderum, rectorem collegii Herbipolensis, Canisium precibus adiit, ut quid verum esset, aperiret. Profecto igitur Canisius die Dominica in Albis a. 1568 in ecclesia cathedrali inter contionem coram populo habitam calumniatores mendacii coarguit et alia sequenti die in quodam pago coram quibusdam haereticis, qui praecipui huius rumoris auctores putabantur, de industria per reverendissimum praesulem convocatis, iniustam sibi falso infamiam facile delevit.[1] Neque tamen satis habuit ore tantum indubitatam fidem catholicam contra adversarios profiteri, sed etiam litterarum testimonio id affirmare statutum habuit. Quod testimonium exstat in fine Summae Dilinganae a. 1571 excusae hac confitendi forma usurpata: „Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae, creator et redemptor meus etc." Dilucide certoque Canisius pronuntiat fidelem sese filium esse ecclesiae unius, sanctae, catholicae, apostolicae, cui a puero toto animo addictus fuisset. Errores vero Lutheri et Calvini, nominibus haeresiarcharum non faciens convicium, summa constantia refellit atque explodit: „Ignosce illis, Pater, ignosce, quia vel nesciunt vel scire nolunt, quae faciant, partim tetro satanae imperio, partim falsae doctrinae praestigiis impediti."

[1] Cfr. Br VI, 184 sq. et „Entstehung" pg. 94-96.

PROLEGOMENON VI.

FONTES CATECHISMORUM.

In inquisitione de Canisii operibus maxime delectat quaestio de fontibus, quomodo laboraverit Canisius, quibus adiumentis in conficiendo catechismo usus sit.

I. Fontes primarii sunt hi:

1. Sacrae scripturae, quo ex fonte uberrimo Canisius a pueritia hauriens et tamquam cibo quotidiano enutritus etiam posterioribus annis, immo usque ad finem vitae non destitit addiscere. Qua in re eum concordantia, quae dicitur, usum esse non est, quod negemus. Attamen immensae et ubique animo praesentis peritiae s. scripturae testimonio sunt permulti veteris et novi testamenti loci, in Summa Ante-Tridentina c. 1100, in Post-Tridentina c. 2000, interdum e memoria descripti et solum secundum sensum citati. Ad quam s. scripturae scientiam comparandam sine dubio plurimum contulit — ut de iis solis annis loquar, qui primam Summae editionem antecedebant — illud inter annos 1544—1554 continuatum sacrarum litterarum magisterium, in quo tum Coloniae sive in Bursa Montana sive in ipsa universitate, tum in universitatibus Ingolstadiensi atque Vindobonensi hos saltem libros sacros, quos fontes data opera commemorant, explicavit: evangelium Matthaei et Ioannis, epistulas [1.?] ad Timotheum, 1. ad Corinthios, idque in diversis temporibus per plures in hebdomada sive etiam cotidianas horas.[1]

2. Sanctorum patrum scripta item Canisio fontes summi pretii erant. Magna ex parte ipse eorum opera typis impressa legerat id quod creberrimis probatur excerptis ex Augustino, Basilio M., Gregorio Nazianzeno, Ioanne Damasceno aliisque, de quibus notae manuscriptae usque adhuc sunt testimonio.[2] Utilis certe etiam erat Canisio ea doctrinae sanctorum Cyrilli Alexandrini et Leonis M. cognitio, quam, cum eorum opera omnia ederet,[3] non acquirere non poterat.

3. Decreta conciliorum antiquae ecclesiae ad confirmandam doctrinam catholicam usurpavit. In ipso hoc campo Canisius versatus erat, quia Lovanii a. 1539 studiis canonicis deditus fuerat. Quod non solum ex partibus excerptis usque huc conservatis manifestum est, sed etiam ex hoc, quod praeter canones magnorum conciliorum etiam magnam multitudinem synodorum provincialium tum Germanicarum tum externarum respicere consueverat.

II. Fontes secundarios,[4] quod attinet, consentaneum est Canisium non magis indefesso animarum zelo quam librorum feraci ingenio, etiam ex aliis fontibus hausisse, qui materiam patristicam et canonisticam ab aliis iam digestam ad usum praebebant. Non est, quod dubitemus, quin sanctus doctor et ad textam orationem et ad notas marginales utriusque Summae unam alteramve ex multis illis catenis adhibuerit, in quibus a magistris medii aevi interpretationes s. scripturae et ss. patrum erant cumulatae. Definitiones quidem et loci s. scripturae et ss. patrum ad probanda capitula de caritate et decalogo, de sacramentis, de peccatis et bonis operibus redolent sententias Petri Lombardi, quas Canisius Ingolstadii paucis annis ante

[1] Cfr. Br I, 113, 149, 160, 203, 382 annot. 1, 421, 666 sq., 729 sq. ,739. [2] E. g. in Cod. Can. 2.3.4.8. [3] Vide pg. 30*.
[4] Vide Br „Entstehung" pg. 41 sq.

explicaverat. Dissertationibus de peccato contra Spiritum sanctum facile subesse patet Summam theologicam Thomae Aquinatis. Ex opusculo eiusdem doctoris Angelici de sacramento Eucharistiae secundum decem praedicamenta (c. 6) sine dubio venusta quaedam, vulgo s. Bernardo attributa descriptio effectuum ss. sacramenti altaris desumpta est. Aliis e locis suspicari licet Canisium etiam enchiridium Ioannis Eckii[1] et catechismos synodorum Mogontiaci[2] et Coloniae[3] actarum consuluisse. Restant duae collectiones decretalium, quibus Canisium frequenter et copiose usum esse sine dubio constat, nempe

1. Decretum Gratiani, 2. Decretales Ps. Isidorianae.

E thesauro Gratiani facile fuit ei ad veritates per catechismos probandas plurimos locos citare, simul indicanti, ubi reperirentur.

Decretalibus Ps. Isidori Canisius, ut erat traditionis servandae maxime studiosus, non minore diligentia et gravitate usus est. Litterae sanctorum pontificum, canones conciliorum antiquitatis ecclesiasticae ei videbantur in oppugnandis erroribus protestantium utiliores, quam deductiones speculativo-scholasticae. Natura et indole istius canonum collectionis incertoque auctore non magis offensus est, quam spuriis, suppositiciis dubiisque decretis Gratiani. Etenim, ut plurimi aequales illorum temporum, omnia haec testimonia existimabat auctoritates traditionis catholicae examine critico non egentes.

APPENDIX.

Iamvero editio Antverpiensis H 1 a. 1571 catalogum patrum et conciliorum in hoc libello citatorum, opere catechistico innixum praebebat, qui hic apponatur:

Biblia sacra.

Primum saeculum a nativ. Domini.

Apostoli et eorum canones.
Philo Iudaeus.
S. Martialis ep.
S. Dionysius Areop. ep. et m.
S. Clemens pont. et m.
S. Anacletus pont. et m.
Iosephus [Flavius], Iudaeus.

Secundum saec., quod incipit a. 100.

S. Evaristus pont. et m.
S. Alexander pont. et m.
S. Sixtus I. pont. et m.
S. Telesphorus pont. et m.
S. Hyginus pont. et m.
S. Iustinus philos. et m.
S. Soter pont. et m.
S. Irenaeus ep. et m.
Clemens Alex.

Tertium saeculum anno 200.

Tertullianus.
S. Calixtus pont. et m.
Origenes.
S. Urbanus pont. et m.
S. Hippolytus ep. et m.
S. Fabianus pont. et m.
S. Cornelius pont. et m.
S. Cyprianus ep. et m.
S. Felix I. pont. et m.
S. Gaius pont. et m.

Quartum saeculum anno 300.

S. Marcellus pont. et m.
S. Eusebius pont. et m.
Concilium Ancyranum.
S. Melchiades pont. et m.
Concilium Neocaesariense.
Reticius Augustodunensis.
Lactantius Firmianus.
S. Silvester pont.

[1] Enchiridion locorum communium adversus Lutherum et alios hostes ecclesiae. Ingolstadii 1545. [2] Constitutiones concilii provincialis Moguntini . . . . . Anno Domini 1549. His accessit institutio ad pietatem christianam . . . . . Parisiis 1550. [3] Canones concilii provincialis Coloniensis, quibus adiectum est Enchiridion christianae institutionis (Coloniae 1537).

I. Generalis Synodus Nicaena.

Eusebius Caesariensis.
Concilium Romanum sub Silvestro.
Concilium Elibertinum.
Concilium Arelatense I. et II.
Concilium Gangrense.
Concilium Carthaginiense I.
S. Marcus pont.
S. Athanasius ep.
S. Iulius I. pont.
Eusebius Emisenus ep.
S. Hilarius ep.
Concilium Antiochenum.
S. Liberius pont.
S. Felix II. m.
Ioannes Climacus.
Concilium Laodicaenum.
Iovinianus Imp.
S. Damasus pont.

II. Generalis Synodus Constantinopolitana.

Concilium Valentinum I.
Optatus Milevitanus.
S. Pacianus ep.
S. Cyrillus Hierosolymitanus ep.
S. Ambrosius ep.
Prudentius.
S. Didymus Alex.
S. Basilius M. ep.
S. Gregorius Naz. ep.
S. Epiphanius ep.
S. Siricius pont.
S. Ephraem [Syr.].
S. Amphilochius ep.
S. Gregorius Nyss. ep.
S. Ioannes Chrysostomus ep.
Rufinus.
S. Hieronymus.
Theophilus Alex. ep.
Chromatius Aquil. ep.
Concilium Carthag. II. III. IV. et V.
Concilium Toletanum I.
Isychius [=Hesychius].

Quintum saeculum anno 400.

S. Augustinus ep.
S. Innocentius I. pont.
Concilium Milevitanum.
S. Paulinus ep.
Severus Sulpicius.
Honorius et Theodosius impp.
Zosimus pont.
Possidonius ep. Concil. Telense.
Maximus ep.
Ioannes Cassianus.
Socrates et Sozomenus.
S. Cyrillus Alex. ep.
Theodoretus ep.

III. Synodus generalis Ephesina.

Vincentius Lirinensis.
Concilium Agathense.
S. Leo M. pont.
Victor Africanus ep.
Concilium Arausicanum I. et II.
Concilium Vasense I. et II.
Valentinianus et Martianus impp.

IIII. Synodus generalis Chalcedonensis.

S. Prosper ep.
Concilium Turonense I.
S. Hilarius pont.
S. Petrus Chrysologus ep.
S. Gelasius I. pont.
S. Fulgentius ep.
Concilium Epaunense.

Sextum saeculum anno 500.

Concilium Aurelianense I.
Iustinianus Imp.
Cassiodorus.

V. Synodus generalis Constantinopolitana.

Concilium Aurelianense III.
Concilium Turonense II.
Andreas Hierosol. ep. Cretensis.
Evagrius Epiphanensis.
S. Gregorius M. pont.
Gregorius Turonensis ep.

Septimum saeculum anno 600.

Leontius ep.
Sophronius ep.
S. Isidorus Hispalens. ep.
Concilium Hispalense II.
Concilium Toletanum IV.
Georgius Alexandrinus ep. hic forte.
Concilium Braccarense II.
Concilium Toletanum VIII.
Concilium Braccarense III.

VI. Synodus generalis Constantinopolitana.

Synodus Trullana Constantinopolitana.

Octavum saeculum anno 700.

Venerabilis Beda.
S. Ioannes Damascenus.

VII. Synodus generalis Nicaena II.

Nonum saeculum anno 800.

Alcuinus.
Paulus Diaconus.
Concilium Mogontinum.
Ionas Aurelianensis ep.
Concilium Aquisgranense I. et II.
Haymo ep.
Rhabanus ep.
Concilium Wormatiense.
Photius ep.

VIII. Synodus generalis Constantinopolitana.

Ioannes diaconus Rom.
Remigius Antisiodorensis ep.
Theophylactus ep.
Concilium Triburiense.
Concilium Namnetense; hic forte.

Undecimum saeculum anno 1000.

Burchardus Wormatiensis ep.
Concilium Salegunstadiense.
S. Petrus Damianus ep.
S. Lanfrancus ep.
Concilium Rom. sub Leone IX. contra Berengar.
Concilium Vercellense sub eodem.
Concilium Turonense sub Victore II.
Concilium Rom. sub Nicolao II.
Guitmundus ep.
Algerus.
Concilium Roman. sub. Gregor. VII. contra eundem Berengarium.
S. Anselmus ep.
Oecumenius.
S. Ivo Carnotensis ep.

Duodecimum saeculum anno 1100.

Zonaras.
Rupertus Tuitiensis.
Guilielmus ab.
S. Bernardus.
Hugo Victorinus.
Gratianus.
Euthymius.
Concilium Lateran. sub Alexandro III.
Lucius III. pont.
Nicetas.
Innocentius III. pont.

Decimum tertium saeculum anno 1200.

Concil. Lateran. magnum sub Innocent. III.
S. Thomas Aquinas.
Concilium Lugdunense sub Gregor. X.
Guilelmus Durandus ep.

Decimum quartum saeculum anno 1300.

Nicephorus Calixtus.
Concilium Viennense sub Clemente V.

Decimum quintum saeculum anno 1400.

Concilium Constantiense.
Concilium Basileense.
Concilium Florentinum.
Bessarion ep.
Sixtus IV. pont.

Decimum sextum saeculum anno 1500

Concilium Tridentinum.

PROLEGOMENON VII.

RATIONES PROSPERI SUCCESSUS CATECHISMORUM.

Iuvat denique ad calcem huius prolixioris introductionis rationes colligere, quibus revera prae conatibus aliorum tantus tamque felix successus catechismorum debetur. Prima causa referenda est ad providentiam divinam, quae in extrema necessitate remedia congrua suppeditare solet viros electos ad opus divinum advocans. Atque Canisius a prima pueritia servitio Dei deditus, postquam societatem Iesu ingressus est, omnes cogitationes et sensus ad „Maiorem Dei gloriam" erigebat. Praeter plurimos labores omnis generis apostolicos catechismis conficiendis summum studium et operam impendebat, nunquam desistens eos corrigere, amplificare, exornare, divulgare. Ardentibus precibus eorum publicationem Deo commendabat, varias molestias et insectationes eorum causa magno animo ferebat. Quo maior autem eius auctoritas et fama popularis augebatur, eo plus etiam catechismis honor aestimatioque effulgebat. Quod vero Lutheri catechismos attinet, quibus mirum quantum perniciosi errores dispersi fuerint, Canisius ei oppugnator opportunissimo tempore in arenam descendit. ‚Tempus eum expetebat, ut gubernator ventos.'[1] Quicunque fideles enim miseram tum condicionem ecclesiae dolebant, huiusmodi strenuum, consideratum, indefessum pugilem vehementer desiderabant et sincero applausu excipiebant.

Praeterea tam prosper successus adscribendus est prudentissimae tractationi materiae theologicae, quod nimirum Canisius in catechismis, omissis quaestiunculis levioris momenti, semper recta via ad veritates religionis fundamentales progreditur easque clare disponit, quo facilius in mente imprimantur. Doctrina ipsa nutantibus illis temporibus oblata, tam perfectae orthodoxiae est, ut „genuinum catholicum magisterium nusquam non exprimat."[2] Praecipua vero cura eae veritates exponuntur atque probantur, quas eorum ipsarum temporum haeretici negabant. Quae indirecta haereseum refutatio prae directa in catechismo principem locum obtinet. Argumenta vero quibus doctrina fulcitur, imprimis e scriptura sacra atque ecclesiae, praecipue antiquae, traditione hauriuntur, id quod et interna eorum fontium dignitas et temporum ratio monebat, cum novatores e sola scriptura uti fonte infallibili argumentarentur, patrum autem auctoritatem partim pro seipsis invocarent, partim contra catholicos converterent.

Accedit, quod Canisius elocutione utitur simplici, dilucida, nativa, qua animi audientium concilientur et attrahantur. Alienum autem est ab ea erga adversarios acerbitate, quae tunc temporis tantopere usitata erat. Est porro elocutio facilis atque puerorum mentibus adaptata, eaque latinitate donata, ob quam Summa dicta est opus „nitore Latino excellens, ecclesiae patrum stilo non indignum."[3]

Tandem ut de catechismo minore atque minimo taceam, ipsa etiam Summa brevitatis laudem tulit atque proinde cum tot rebus referta sit, iudicata est „densum opus ac pressum."[4]

Magno commodo est porro divisio in tria catechismorum genera: magnum, minus, minimum.[5] Hac de causa et hominibus eruditis et praesertim magistris per

[1] Ignat. Ant. ep. ad Policarp. c. 2 PG 5, 722 A: Fu I, 288 sq. [2] Vide pg. 17*. [3] Leo XIII, Acta Leonis XIII, vol. 17, pg. 251. [4] Leo XIII l. c. [5] Confessiones: Br I, 64.

catechismum magnum adiumentum aptissimum tum se tum alios informandi defertur; aliis, qui medio quodam in gradu scientiae sunt, catechismus minor ad manus est ut „aurea mediocritas;" denique rudioribus consulitur per catechismum minimum, qui frequenter cum accurata et brevissima expositione etiam imagines exhibet teneros animos delectantes et ipso adspectu erudientes. Ita per totam multitudinem civitatum catechismus incipit homini a puero operam religiosam navare, ut quasi naturali incremento per aetatem sensim maturescat. Hinc etiam divulgatio catechismorum quam latissima adeoque sumptu minore parabilis. Neque praetereunda silentio sunt externa auxilia sc. privilegia Caesaris et principum, quibus alii catechismi minoris momenti erant exclusi. Canisii industria catechistica circa doctrinam et vitam quasi in duplici cardine per totam eius vitam vertebatur. Catechismi enim ut doctrinae adiumenta non sua ipsorum causa elucubrati sunt, sed vitam progignere et usum vitae catholicae promovere debent. Unde peculiare hoc animadvertas, quod catechismi raro soli per se ipsos typis mandabantur, sed prout necessitas erat, precibus, lectionibus liturgicis (epistulis et evangeliis), imaginibus, canticis ecclesiasticis quasi corona circumdabantur. Quo erat acutissimo iudicio Canisius informando populo natus, quaecunque aetate illa ad religionem suscitandam requirebantur, plane intellexerat. Primum quidem necesse erat vera doctrina per luculentos et perspicuos catechismos interposita fundamenta religionis in animis diversorum hominum iacere. Deinde Canisius maxime operam dedit, ut fideles christiani edocerentur, quomodo cum Deo in oratione versarentur et remedia salutaria, imprimis sacramenta poenitentiae et eucharistiae susciperent. Hac ratione catechismi Canisii per totam Europam facti sunt quasi vox repercussa: „Fides sine operibus mortua est."[1]

Laudatio Summae iam vivo Sancto undique resonabat.[2] Ruardus Tapper, praeclarus vicecancellarius universitatis Lovaniensis, munus censoris ecclesiastici gerens ita iudicavit: „Pius est, utilis et catholicus catechismus."[3] Permultos locos s. scripturae et ss. patrum perspiciens Ribadeneira professus est: Summa tantundem contineri, quantum copiosa bibliotheca.[4] Possevinus eam compendium quoddam universae theologiae agnovit.[5] Raynaldus de s. Oratio scripsit hunc catechismum purissimo splendore doctrinae catholicae relucere.[6] Nostris temporibus Fr. I. Knecht his verbis librum effert: „Non possumus, quin admiremur copiosam scientiam, qua auctor praeditus erat, aut obstupescamus sollertia, qua materiam locupletissimam pertractavit et in unum libellum contulit. In quo unus sonus est totius orationis et idem stilus, neque tamen ulla fere sententia, ullum ferme vocabulum exstat, quae non e s. scriptura aut doctoribus ecclesiae deprompta sint. Non ingeniosus quidam vir hic loquitur, sed mente et lingua ecclesiae docet iste catechismus. Inde vis dicendi, inde copia sententiarum, inde rerum ubertas, quibus libellus iste toto orbe terrarum diffusus nos delectat."[7] Amplissimae vero laudes Summae attributae sunt a celsissima auctoritate eo tempore, quo Canisius sanctus idemque doctor ecclesiae proclamatus est. „Dilucide et presse confectus, genuinum catholicum magisterium nusquam non exprimens, dici vix potest, quantum ad clericos recte instituendos et ad errores refellendos hic

[1] Jac. 20, 26. [2] Cfr. BR „Entstehung . . . . " pg. 46 sq. De catechismo a Lutheranis impugnato BR fusius disserit l. c. pg. 49 ssq. [3] Vide ed. B 1 in bibliogr. pg. 106*. [4] Illustr. scriptorum Soc. Jesu catalogus, ed. 2 pg. 159. [5] Bibl. selecta de ratione studiorum I, 293 sq. ed. Colon. 1607. [6] Annales eccl. tom. XIV ad a. 1555 n. 52 P. 2 pg. 134. [7] KL VII, 303.

liber ad nostra usque tempora iuverit."[1] Non absono applausu etiam docti protestantes Summam prosequuntur velut Gustavus Kawerau iudicat: „Contentionibus praetermissis, adhibitis quam plurimis locis s. scripturae et patrum testimoniis, scholasticis disputationibus caute evitatis, hic dilucide et definite, sermone pio quietoque doctrina catholica, ut contra omnes novitates se habet, explicatur."[2] Simile iudicium facit H. Böhmer, protestans rerum scriptor: „Praecipua virtus [Canisii] est, quod omnes concertationes praetermittit. Ea ipsa de causa illa aetate, contentionum plena, plus effecit quam cuncta opera polemica catholicorum."[3]

[1] Litt. decret. Pii XI. Misericordiarum Deus (1925). [2] Lehrb. d. Kg. (Mohler) 3. Bd. bearb. v. G. KRÜGER pg. 347. [3] Die Jesuiten [=Aus Natur und Geisteswelt Bd. 49] pg. 64.

PROLEGOMENON VIII.

CONSPECTUS BIBLIOGRAPHICI.

A. Editiones chronologice dispositae.[1]

I. SUMMAE DOCTRINAE CHRISTIANAE.

[1555].

A1	[Viennae]	M. Zimmermannus
A2	[Viennae]	M. Zimmermannus
+ A2'	[Viennae]	M. Zimmermannus
A(1+2)	[Viennae]	M. Zimmermannus

1556.

A3	[Viennae]	M. Zimmermannus
+ A(1+3)	[Viennae]	M. Zimmermannus
B1	Lovanii	J. de Winghe
+ B2	Lovanii	J. de Winghe

1557.

B3	Lovanii	J. de Winghe
C1	Leodii	L. Bellerus
—	*Leodii*[2]	?
—	*Leodii*[2]	?

1558.

B4	Lovanii	Barth. Gravius
C2	Antverpiae	J. Withagius
+ C2'	Antverpiae	J. Latius
Cx	Coloniae?	—
+ D1	Lovanii	M. Verhasselt
D1'	Antverpiae	J. Withagius
+ D1"	Antverpiae	J. Latius
D1"'	Antverpiae	J. Bellerus
—	*Venetiis*[3]	*Tramezinus*

1559.

E1	Venetiis	M. Tramezinus
+ F1	Parisiis	Th. Brumennius

1560.

B5	Lovanii	Barth. Gravius
C3	Lovanii	M. Verhasselt
+ C3'	Antverpiae	J. Bellerus
D2	Lovanii	M. Verhasselt
D2'	Antverpiae	J. Withagius
D2"	Antverpiae	J. Bellerus
F2	Parisiis	G. Buon
F3	Coloniae	M. Cholinus

1561.

B6	Lovanii	J. Bogardus

1562.

C4	Antverpiae	J. Bellerus
+ C4'	Antverpiae	J. Latius
+ C4"	Antverpiae	J. Withagius
+ E2	Lugduni	M. Jovius
E2'	Lugduni	M. Jovius

1563.

E3	Venetiis	M. Tramezinus
F4	Coloniae	M. Cholinus

1564.

D3	Antverpiae	J. Bellerus

1565.

D4	Antverpiae	J. Bellerus
E4	Venetiis	M. Tramezinus
E5	Novariae	Fr. Sesallus
+ E6	Parmae	Seth Viottus
E6'	Parmae	Seth Viottus
E7	Parisiis	Th. Brumennius

1566.

G1	Coloniae	M. Cholinus
G2	Antverpiae	Chr. Plantinus et M. Cholinus
+ G2'	Antverpiae	Chr. Plantinus

1567.

—	*Coloniae*[4]	*Butgenius*
G3	Parisiis	Th. Brumennius
G4	Antverpiae	Chr. Plantinus
G4'	Antverpiae	Chr. Plantinus

1568.

—	*Antverpiae*[5]	?

1569.

G5	Antverpiae	Chr. Plantinus

[1] Editiones nota + insignitae usque adhuc ignotae erant vel saltem latebant. [2] Cfr. REISER, B. Petrus Canisius als Katechet in Wort und Schrift. 2. Aufl. Mainz 1882 pg. 62. [3] Cfr. Sv II, 620. [4] Cfr. Sv II, 623. [5] Cfr. Br VI, 672.

K1	Venetiis	Tramezinus
L1	Coloniae	G. Calenius et haeredes J. Quentel
	1570.	
G6	Salmanticae	M. Gastius
	1571.	
H1	Antverpiae	Chr. Plantinus
L2	Venetiis	Aldus
M1	Dilingae	S. Mayer
	1572.	
—	*Dilingae*[1]	*S. Mayer*
	1573.	
J1	Coloniae	M. Cholinus
+ J2	Coloniae	M. Cholinus
—	*Novariae*[2]	*Sesallus*
	1574.	
C5	Leodii	G. Morberius
D5	Venetiis	J. Leoncinus
H2	Antverpiae	Chr. Plantinus
K2	Novariae	Fr. Sesallus
	1576.	
J3	Coloniae	M. Cholinus
	1577.	
J4	Coloniae	M. Cholinus
L3	Coloniae	G. Calenius et haeredes J. Quentelii
	1578.	
—	*Veronae*[3]	*ap. Seb. et Joh. Fratrem a Donnis*
	1579.	
L4	Parisiis	Th. Brumennius
	1580.	
H3	Antverpiae	Chr. Plantinus
	1585.	
L5	Parisiis	Th. Brumennius
	1586.	
E8	Venetiis	J. B. Hugolinus
L6	Coloniae	G. Calenius et haeredes J. Quentelii
	1587.	
H4	Antverpiae	Chr. Plantinus
+ J5	Coloniae	M. Cholinus
	1589.	
—	*Antverpiae*[4]	*Chr. Plantinus*
	1592.	
H5	Antverpiae	Chr. Plantinus

II. CATECHISMI LATINI MINORES.

		1558.	
X(a)	*Parvus catechismus catholicorum.*	*Coloniae.*[5]	*M. Cholinus.*
		1559.	
X(b)	*Parvus catechismus catholicorum.*	*Coloniae.*[5]	*Gymnicus.*
X(c)	*Parvus catechismus catholicorum.*	*Coloniae.*[5]	*M. Cholinus.*
a 1	Parvus catechismus catholicorum.	Viennae Austriae.	Collegium S. I.
b 1	Catechismus catholicus.	Antverpiae.	J. Bellerus.
		1560.	
a 2	Parvus catechismus catholicorum.	Cracoviae.	Lazarus.
		1561.	
b 2	Catechismus catholicus.	Antverpiae.	J. Bellerus.

[1] Cfr. Br VII, 610 4. [2] Cfr. Br VII, 646 n. 1118 et 699 n. 1156. [3] Cfr. Br VII, 782 n. 1221. [4] Sv II, 625.
[5] Cfr. pg. 58* et Stemma pg. 162*-64*.

c 1	[Parvus catechismus catholicorum.	Viennae Austriae.]	Collegium S.I.
c 2	Parvus catechismus catholicorum.	Coloniae.	M. Cholinus.
		1562.	
—	*Parvus catechismus catholicorum.*	*Antverpiae.*[1]	*G. Sylvius.*
—	*Parvus catechismus catholicorum.*	*Guelpherbyti.*[2]	*?*
		1563.	
b 3	Catechismus catholicus.	Venetiis.	M. Tramezinus.
b 4	Parvus catechismus catholicorum.	Monasterii.	Th. Zuuiuelius.
c 3	Parvus catechismus catholicorum.	Coloniae.	M. Cholinus.
+ c 12	Parvus catechismus catholicorum.	Antverpiae.	J. Bellerus.
+ c 13	Parvus catechismus catholicorum.	Lovanii.	B. Gravius.
+ c 14	Parvus catechismus catholicorum.	Coloniae.	M. Cholinus.
		1564.	
c 4	Parvus catechismus catholicorum.	Coloniae.	M. Cholinus
c 5	Parvus catechismus catholicorum.	Dilingae.	S. Mayer.
c 15	Parvus catechismus catholicorum.	Coloniae.	M. Cholinus.
		1565.	
c 16	Parvus catechismus catholicorum.	Cracoviae.	M. Siebeneycher.
		1566.	
b 6	Parvus catechismus catholicorum.	Coloniae.	Gymnicus.
c 7	Parvus catechismus catholicorum.	Parisiis.	Th. Brumennius.
d 1	Institutiones christianae pietatis.	Antverpiae.	Ch. Plantinus.
o 1	Institutiones et exercitamenta christianae pietatis.	Antverpiae.	Ch. Plantinus
		1567.	
+ b 7	Parvus catechismus catholicorum.	Coloniae.	Gymnicus.
c 17	Parvus catechismus catholicorum.	Cracoviae.	M. Siebeneycher.
d 2	Institutiones christianae pietatis.	Antverpiae.	Ch. Plantinus sibi et M. Cholino.
d 16	Institutiones christianae pietatis.	Antverpiae.	J. Bellerus.
		1568.	
+ c 6	Parvus catechismus catholicorum.	Coloniae.	M. Cholinus.
d 3	Institutiones christianae pietatis.	Antverpiae.	Ch. Plantinus.
e 1	Institutiones christianae pietatis.	Coloniae.	M. Cholinus.
e 2	Institutiones christianae pietatis.	?	?
δ 1	Catechismus catholicus.	Venetiis.	M. Tramezinus.
		1569.	
+ e 3	Institutiones christianae pietatis.	Coloniae.	M. Cholinus.
—	*Parvus catechismus catholicorum.*	*Sylvaducis.*[3]	*Joh. a. Turnhout.*
		1570.	
c 18	Parvus catechismus catholicorum.	Cracoviae.	M. Siebeneycher.

[1] Cfr. Br III, 787_1. [2] Cfr. Br III, 787_2. [3] Br VI, 679 n. 1030_2.

d 4	Institutiones christianae pietatis.	Antverpiae.	Ch. Plantinus.
f 1	Epistolae et evangelia... Accedit Parvus catechismus P. Canisii.	Dilingae.	S. Mayer.

1571.

c 8	Parvus catechismus catholicorum.	Parisiis.	Th. Brumennius.
e 4	Institutiones christianae pietatis.	Coloniae.	M. Cholinus.

1572.

+ d 5	Institutiones christianae pietatis.	Antverpiae.	Ch. Plantinus.
d 17	Institutiones christianae pietatis.	Antverpiae.	J. Bellerus.
f 7	Institutiones christianae pietatis.	Dilingae.	S. Mayer.
h 1	Catechismus catholicus.	Annessiaci.	J. Bertrandus.
—	*Parvus catechismus catholicorum. (trilinguis).*	*Pragae.*[1]	*?*

1573.

b 5	Parvus catechismus catholicorum.	Monasterii.	Th. Zuuiuelius.
+ f 2	Evangelia et epistolae... Accedit Parvus catechismus P. Canisii.	Dilingae.	S. Mayer.

1574.

o 2	Institutiones et exercitamenta christianae pietatis.	Antverpiae.	Ch. Plantinus.

1575.

b 8	Catechismus catholicus.	Mediolani.	P. G. Pontius.
d 6	Institutiones christianae pietatis.	Antverpiae.	Ch. Plantinus.
d 18	Institutiones christianae pietatis.	Antverpiae.	J. Bellerus.
+ e 5	Institutiones christianae pietatis.	Coloniae.	M. Cholinus.
f 3	Hortulus animae.	Dilingae.	S. Mayer.
f 8	Institutiones christianae pietatis.	Dilingae.	S. Mayer.

1576.

+ c 9	Parvus catechismus catholicorum.	Parisiis.	Th. Brumennius.
+ c 19	Parvus catechismus catholicorum.	Cracoviae.	M. Siebeneycher.
d 7	Institutiones christianae pietatis.	Lugduni.	M. Jovius.
—	*Institutiones christianae pietatis.*	*Dilingae.*[2]	*Mayer.*
—	*Parvus catechismus figuris ornatus.*	*Antverpiae.*[3]	*Ch. Plantinus.*

1578.

+ d 8	Institutiones christianae pietatis.	Antverpiae.	Ch. Plantinus.
d 19	Institutiones christianae pietatis.	Antverpiae.	J. Bellerus.
e 6	Institutiones christianae pietatis.	Coloniae.	M. Cholinus.
f 9	Parvus catechismus catholicorum.	Ingolstadii.	D. Sartorius.
f 10	Institutiones christianae pietatis.	Dilingae.	J. Mayer.
—	[*Institutiones christianae pietatis*]*?*	*Mantuae.*[4]	*Fr. Osanna.*
—	*Parvus catechismus catholicorum.*	*Dusseldorpii.*[5]	*?*

[1] Br VII, 639 n. 1108. [2] Br VII, 751 n. 1192_3. [3] Br VII, 751 n. 1192_1. [4] Br VII, 784 n. 1222_5. Possevin. App. sac. III, 44. [5] Br VII, 798 sq. n. 1232.

1579.

b 9	Catechismus catholicus.	Romae.	Fr. Zannettus.
d 9	Parvus catechismus catholicorum.	Salmanticae.	A. Terranova et Neyla.
f 11	Institutiones christianae pietatis.	Dilingae.	J. Mayer.
—	*Parvus catechismus catholicorum.*	*Cracoviae.*[1]	*M. Siebeneycher.*

1580.

e 7	Institutiones christianae pietatis.	Coloniae.	M. Cholinus.
f 12	Institutiones christianae pietatis.	Dilingae.	J. Mayer.
—	*Parvus catechismus catholicorum.*	*Cracoviae.*[2]	*M. Siebeneycher.*

1581.

c 20	Parvus catechismus catholicorum.	Cracoviae.	M. Siebeneycher.
d 10	Institutiones christianae pietatis.	Antverpiae.	Ch. Plantinus.
f 4	Hortulus animae.	Dilingae.	J. Mayer.
—	*Institutiones christianae pietatis.*	*Antverpiae.*[3]	*Joh. Bellerus.*

1582.

+ f 13	Institutiones christianae pietatis.	Dilingae.	J. Mayer.

1583.

b 10	Catechismus catholicus.	Ingolstadii.	W. Ederus.
b 11	Catechismus catholicus.	Cracoviae.	Lazarus.
+ e 8	Institutiones christianae pietatis.	Coloniae.	M. Cholinus.
f 14	Institutiones christianae pietatis.	Dilingae.	J. Mayer.
o 3	Exercitamenta christianae pietatis.	Augustae Taurinorum.	B. Zenarus.

1584.

—	*Parvus catechismus catholicorum.*	*Fuldae.*[4]	*?*

1585.

c 21	Parvus catechismus catholicorum.	Cracoviae.	J. Siebeneycher.
+ g 1	Institutiones christianae pietatis.	Wirtzburgi.	H. Aquensis.

1586.

f 15	Institutiones christianae pietatis.	Dilingae.	J. Mayer.
f 18	Evangelia et Epistolae... Accedit Parvus catechismus P. Canisii.	Dilingae.	J. Mayer.

1587.

c 10	Parvus catechismus catholicorum.	Parisiis.	Th. Brumennius.
+ d 11	Institutiones christianae pietatis.	Antverpiae.	Ch. Plantinus.
—	*Epistolae et Evangelia... Accedit Parvus catechismus P. Canisii.*	*Posnaniae.*[5]	*Joh. Wolrab.*

1588.

+ f 5	Hortulus animae.	Dilingae.	J. Mayer.
+ g 2	Institutiones christianae pietatis.	Wirtzburgi.	H. Aquensis.

[1] Br VII, 802 n. 1234_1. [2] Br VII, 820 n. 1247_2. [3] Br VIII, 496 n. 1273_2. [4] Br VIII, 620 n. 1348_2.
[5] Br VIII, 735 n. 1424.

1589.

C10	Institutiones christianae.	Antverpiae.	Ch. Plantinus.
—	*Institutiones christianae pietatis.*	*Lugduni.*[1]	*B. Rigaudus.*
e 9	Parvus catechismus catholicorum.	Brunsbergae.	J. Saxo.
—	*Parvus catechismus catholicorum.*	*Antverpiae.*[2]	*?*

1590.

g 3	Institutiones christianae pietatis.	Wirceburgi.	H. Aquensis.
—	*Epistolae et Evangelia... Accedit Parvus catechismus P. Canisii*	*Posnaniae.*[3]	*Joh. Wolrab.*

1591.

d 20	Institutiones christianae pietatis.	Leodii.	H. Hovius.
f 19	Evangelia et Epistolae... Accedit Parvus catechismus P. Canisii.	Dilingae.	J. Mayer.
—	*Institutiones christianae pietatis.*	*Coloniae.*[4]	*?*
—	*Hortulus animae.*	*Vesontione.*[5]	*?*
—	*Catechismus catholicus bilinguis.*	*Turnone.*[6]	*?*

1592.

+ d 12	Institutiones christianae pietatis.	Coloniae.	J. Waldorff.
+ f 6	Hortulus animae.	Dilingae.	J. Mayer.
o 4	Institutiones et exercitamenta christianae pietatis.	Antverpiae.	A. Beysius.
—	*Institutiones christianae pietatis.*	*Leodii.*[7]	*Christ. Ouwerx.*

1593.

—	*Institutiones christianae pietatis.*	*Antverpiae.*[8]	*Plantini vidua et J. Moretus.*

1594.

c 11	[Parvus catechismus catholicorum.]	Limoges.	H. Barbou.
d 13	Institutiones christianae pietatis.	Antverpiae.	Plantini vidua et J. Moretus.

1595.

d 14	Institutiones christianae pietatis.	Duaci.	B. Bellerus.
f 16	Catechismus graeco-latinus.	Ingolstadii.	D. Sartorius.

1596.

f 17	Catechismus catholicus.	Nissae.	A. Reinheckel.
f 20	Evangelia et Epistolae... Accedit Parvus catechismus P. Canisii.	Posnaniae.	Vidua et haeredes J. Wolrabi.

1597.

d 15	Institutiones christianae pietatis.	Paderbornae.	M. Pontanus.
+ f 21	Evangelia et Epistolae... Accedit Parvus catechismus P. Canisii.	Wirceburgi.	G. Fleischmann.
—	*Catechismus graeco-latinus.*	*Ingolstadii.*[9]	*A. Sartorius.*

[1] BR VIII, 793 n. 1471_5. [2] BR VIII, 793 n. 1471_4. [3] BR VIII, 806 n. 1488. [4] BR VIII, 815 n. 1496.
[5] BR VIII, 817 n. 1500. [6] BR VIII, 816 n. 1496_3. [7] BR VIII, 825 n. 1511. [8] BR VIII, 833 n. 1524_1.
[9] BR VIII, 887 n. 1583_4.

—	*Institutiones christianae pietatis.*	*Antverpiae.*[1]	*J. van Soeft.*
—	*Institutiones christianae pietatis.*	*Duaci.*[2]	*Balt. Bellerus.*

III. CATECHISMI LATINI MINIMI.

1556.

φ 1	Principia grammatices.	Ingolstadii.	Alex. et Samuel Weissenhornii.

1264.

φ 2	Principia grammatices.	Ingolstadii.	Alex. et Samuel Weissenhornii.

1568.

φ 3	Principia grammatices.	Ingolstadii.	Alex. Weissenhornius.

1571.

—	*Catechismi parvi epitome.*	*Leodii.*[3]	*G. Morberius.*

[1] Br VIII, 887 n. 1583_1. [2] Br VIII, 887 n. 1583_3. [3] Br VI, 706 n. 1054 dubitat num sit minor, minimus vel aliud compendium.

B. CONSPECTUS EDITIONUM INTER SE COHAERENTIUM.

I. SUMMAE DOCTRINAE CHRISTIANAE.

A 1

Editio princeps (Ante-Tridentina) v. pg. 1-75.

Fol. aj[r]

SVMMA
DOCTRINAE
CHRISTIANAE.

Per Quæſtiones tradita, & in vſum Chriſtianæ pueritiæ nũc primùm edita.

Iuſſu & authoritate Sacratiſsimę Rom. Hung. Bohem. &c. Regiæ Maieſt. Archiducis Auſtriæ, &c.

EDICTO REGIO CAVTVM eſt, vt hic libellus ſolus, prætermiſsis reliquis Catechiſmis, per omnes Auſtriæ Inferioris Prouincias, & Goritiæ Comitatum in ſcholis cùm priuatis tum publicis prælegatur & conſeruetur: Atque à nullo Typographo aut Bibliopola, inuito Michaële Zimmermanno, intra decennium denuò excudatur, aut excuſus vendatur.

aj[v] *Imago, v. infra pg. 2.*
aij[r] *Edictum regis Ferdinandi I. a. 1554 Viennae [Austriae] datum.*
avij[r] *Imago, v. pg. 5.*
avij[v] Index totius libelli ordinem et summam complectens.
1[r] Summa doctrinae christianae.
117[r] [= 118[r]] *Eadem imago ut in fol. äj[v], v. pg. 49.*
193[r] [= 195[r]] Errata.
CHRISTO IESV GLORIA.
Bbiiij[r] *Imago, v. pg. 75.*
Bbiiij[v] *Vacuum.*

8° 193 fol. num. (per errorem fol. 104 et 175 bis) + 8 fol. non num. in initio + 1 fol. in fine. Sign. a ij — a v, A — Zv, Aa — Bbij. Errata 20. Versus 1—3. 10 fol. tit. rubri sunt.

Exempla exstant[1]: Berolini B. Publ.; Eystadii B. Sem.; Friburgi (Br.) B. Un.; Godevici (Austr.); Graecii (Austr.) B. Un.; Chremissae monast.; Lentiae (Austr.) B. Stud.; Lipsiae B. Un.; Londini Mus. Brit.; Monachii B. Publ. et Un.; Oeniponte B. Un.; Pragae B. Strahov.; Ratisbonae B. Publ.; Schwaz (Tiroli) B. OFM.; St. Paul (Carinthiae) B. OSB.; Vindobonae B. Nat.; Vratislaviae B. Un.

Br I, 537 annot. 1 et Entstehung pg. 28 ssq. Sv II, 619

[1] *In enumeratione bibliothecarum, nulla ratione completa, citantur exemplaria et a* P. Braunsberger *eiusque antecessoribus et a nobis investigata.*

A 2

Fol. aj[r] SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANAE. ‖ *In vsum Christianæ pueritiæ per* ‖ *Quæstiones recens conscripta,* ‖ *& nunc denuò edita.* ‖ Iussu & authoritate Sacratissimæ ‖ Rom. Hung. Bohem. &c. Regiæ ‖ Maiest. Archiducis Austriæ, &c. ‖ EDICTO REGIO CAVTVM ‖ est, vt hic libellus solus, prætermissis reli= ‖ quis Catechismis, per omnes Austriæ Infe= ‖ rioris Prouincias, & Goritiæ Comitatum ‖ in scholis cùm priuatis tum publicis præle= ‖ gatur & conseruetur: Atque à nullo Typo= ‖ grapho aut Bibliopola, inuito Michaële ‖ Zimmermanno, intra decen= ‖ nium denuò excudatur, ‖ aut excusus ven= ‖ datur.[1]
Reliqua concordant cum A 1, except.:

aj[v]

avij[r]

Bbiij[v] Errata.
IESV CHRISTO Crucifi- ‖ xo, qui author atque consum- ‖ mator est Sapientiæ Iusti- ‖ tiaeq; nostræ, *GLO-* ‖ *RIA SEMPI-* ‖ *TERNA.*
Bbiiij[r] *Eadem imago ut in A 1.*
Bbiiij[v] *Vacuum.*

8° 192 fol. num. (per errorem fol. 104 et fol. 175 bis) + 8 fol. non num. in initio + 2 in fine. Sign. aij—av, A—Zv, Aa—Bbij. Errata 8. Versus 1—3. 10 fol. tit. rubri sunt.
Exempl. exstant Coloniae (Bensberg) B. SEM.; Monachii B. UN.; Pragae B. UN. et STRAHOV. et PP. Crucig.
BR Entstehung . . . . pg. 71 annot. 1; SV II, 619

A 2'

Editio omnino concordans cum A 2 exceptis tribus variationibus fol. 129[r] [= 130[r]], lin. 11-13. Vide infra pg. 53', 6-9.

Liber exstat Eystadii B. PUBL.; Monachii B. UN.; Treveris B. URB.; Vindobonae B. NAT.

[1] *Dispar ratio scribendi litteras ſ et s in reddendis foliis titularibus non spectatur.*

A (1+2)

Non nova editio, sed composita ex A 1 et A 2.

Fol. aj-[Tviij] *Concordant omnino cum ed. A 1.*
V-[Bbiiij^{v}] *Concordant cum ed. A 2.*

8^{0} 192 fol. num. (per errorem fol. 104 et fol. 175 bis) + 8 fol. non num. in initio + 2 in fine. Sign. aij—av, A—Zv, Aa—Bbij. Errata 8. Versus 1—3. 10 fol. tit. rubri sunt.

Exemplar exstat Vratislaviae in B. CAPIT.

A 3

Fol. aj^{r} SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANAE. ‖ *Per Quæstiones tradita, et in vsum* ‖ *Christianæ pueritiæ nũc pri-* ‖ *mùm edita.* ‖ Iussu & authoritate Sacratissimę ‖ Rom. Hung. Bohem. &c. Regiæ ‖ Maiest. Archiducis Austriæ, &c. ‖ EDICTO REGIO CAVTVM ‖ est, vt hic libellus solus, prætermissis reli= ‖ quis Catechismis, per omnes Austriæ Infe= ‖ rioris Prouincias, & Goritiæ Comitatum ‖ in scholis cùm priuatis tum publicis præle= ‖ gatur & conseruetur. Atque à nullo Typo= ‖ grapho aut Bibliopola, inuito Michaële ‖ Zimmermanno, intra decen= ‖ nium denuò excudatur, ‖ aut excusus ven= ‖ datur.

Reliqua concordant omnino cum A 2, except.:

aj^{v}

a VIj^{r}

Bbiij^{v}+iiij *Vacua.*

8^{0} 192 fol. num. (per errorem fol. 104 et 175 bis) + 8 fol. non num. in initio + 2 in fine. Sign. aij—av, A—Zv, Aa—Bbij. Desunt errata. Versus 1—3. 10 tit. fol. rubri sunt.

Exempl. exstant Darmstadii B. PUBL.; Francofurti ad M. B. URB.; Friburgi (Br.) B. UN.; Godevici (Austr.); Hannoverae B. PROV.; Leodii B. COLL. S. SERVATII; Lipsiae B. UN.; Monachii B. UN.; Ratisbonae B, PUBL.; Vindobonae B. NAT.

BR Entstehung. pg. 71 annot. 1; SV II, 619

A (1+3)[1]

Omnia ut in ed. A 3, sed loco fol. Bbiij positum est:

Fol. 193 [=195] *editionis A 1.*

8° 193 fol. num. (per errorem fol. 104 et fol. 175 bis) + 8 fol. non num. in initio + 1 in fine. Sign. aij—av, A—Zv, Aa—Bbij. Eadem 20 errata ut in ed. A 1. Versus 1—3. 10 fol. tit. rubri sunt.
Vidi librum Mogontiaci in B. SEM.

B 1

Fol. 1r ❧SVMMA❧ ‖ DOCTRINÆ ‖ Christianæ. ‖ In vsum Christianæ pueritiæ per ‖ Quęstiones recens conscripta, ‖ & nunc denuò edita. ‖ *Iussu & Authoritate Sacratißimæ* ‖ *Rom. Hung. Bohem. &c. Regiæ* ‖ *Ma. Archiducis Austriæ, &c.* ‖ [*Signum typogr. vide pag. 179**] ‖ *LOVANII, apud Ioã. de VVinghe* ‖ *in Foro è regione Aethiopis, prope* ‖ *Antiquũ Petrum. An. 1556.* ‖ *CUM PRI. REGIÆ MA.*

1v AD CHRISTIANVM LECTOREM.

Vis cognoscere christiane lector,
Quid sincera fides tua exigat vel
Optet? Hunc legito usque et usque librum,
Quem nunc rex tibi Ferdinandus ipse
Sudavit, tibi quo foret vel ista
Consultum ratione, ne periret.
Quod si verius ipse vis probare,
Edictum poteris videre regis.

2r Edictum regis Ferdinandi *a. 1554 Viennae* [*Austriae*] *datum, ut in A 1.*

6r Summa doctrinae christianae.

n vr Index totius libelli ordinem et summam complectens.

n vjr Index *alphab.* materiarum omnium in hoc catechismo contentarum sane quam luculentus.

n xiiv *10* Errata. *Cautio regia pro Ioanne de Winghe bibliopola Bruxellis 27. Ian. 1556 data.*

Pius est, utilis et catholicus hic catechismus.
Ruardus Tapper S. Petri in Lovanio decanus.

Ex Officina Ioan. de Winghe Bibliopolæ, ac Im ‖ *pressoris Iurati, in Platea (vulgò dicta) Lapi=* ‖ *dea, è regiõe Magni Xenodochij, An. 1556.*

12° 148 folia num. + 8 non num. in fine. Sign. aij—nvj.
Edit. hanc non vidi nisi Vindobonae in B. NAT. ¶ ante unamquamque quaestionem catechismi.
BR II, 36 annot. 4 SV II, 619

B 2

Fol. Ajr ❧SVMMA❧ ‖ DOCTRINÆ ‖ Christianæ. ‖ In vsum Christianę pueritię per Quę- ‖ stiones recens conscripta, & ‖ nunc denuò edita. ‖ *Iussu & Authoritate Sacratißimæ Rom.* ‖ *Hung. Bohem. &c. Regiæ Ma. Ar-* ‖ *chiducis Austriæ, &c.* ‖ [*Signum typogr. ut in B 1.*] ‖ *LOVANII,* ‖ *Apud Ioan. de VVinghe in Foro, prope* ‖ *Aethiopem. Anno. 1556.* ‖ *CUM PRI. REGIÆ MA.*

Ajv Ad christianum lectorem, *ut in B 1.*

Edicto regio cautum est, ut hic libellus solus, praetermissis reliquis catechismis, per omnes Austriae Inferioris provincias et Goritiae comitatum in scholis cum privatis tum publicis praelegatur et conservetur.

Aijr Edictum regis Ferdinandi *a. 1554 Viennae* [*Austriae*] *datum.*

[1] In app. crit. A 4.

Fol. A v[r] Index totius libelli ordinem et summam complectens.
A vj[r] Index *alphab.* materiarum.
[A xiiij] *Vacuum.*
1[r] Summa doctrinae christianae.
m xj[r] *Cautio regia pro de Winghe bibliopola, ut in B 1.*
m xj[v] *Approbatio Ruardi Tapperi, ut in B 1.*
Ex Officina Ioan- ‖ nis de VVinghe Bibliopolæ, ac ‖ Impressioris Iurati, in Foro, ‖ prope Aethiopem.
m xij[r] *Vacuum.*
m xij[v] *Signum typogr., ut in fol. tit.*

12⁰ 142 folia num. + 14 non num. in initio + 2 in fine. Sign. A ij—A vij, a—m vj.
Berolini B. Publ. ¶ ante unamquamque quaestionem.

B 3

Haec editio a. 1557 ex officina J. de Winghe omnino concordat cum B 2 excepto:
Fol. m xij *Vacuum.*

Mediolani B. Nat. (Brera).

B 4

Fol. 1[r] SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANAE. ‖ In vsum Christianæ pueritiæ per ‖ Quæstiones recens conscri- ‖ pta, & nunc denuò ædita, ‖ *Iussu & Authoritate Sacratißimæ Rom.* ‖ *Hung. Bohem. &c. Regiæ Ma.* ‖ *Archiducis Austriæ, &c.* ‖ [*Signum typogr. v. pag. 173**] ‖ LOVANII, ‖ *Apud Bartholomæum Grauium.* ‖ M.D.LVIII. ‖ CVM PRIVIL. CAES. MA.
1[v] Edicto regio cautum est *etc., ut in B 2.*
¶ Concessum est Caes. privilegio Bartholomaeo Gravio secundum nostram ordinationem typogr. iur. ut imprimat omnes libros permissos doceri in scholis. Inter quos etiam haec Summa est, ut latius patet in literis illi a Caes. Maiest. concessis. Anno 1546 Octobris prima. Signatum a P. de Lens.
2[r] Edictum regis Ferdinandi *a. 1554 Viennae* [*Austriae*] *datum.*
4[v] Ad christianum lectorem, *ut in B 1.*
5[r] Summa doctrinae christianae.
x ij[r] Index totius libelli.
x iij[r] Index *alphab.* materiarum.
y vij[v] *Approbatio R. Tapperi ut in B 1.*
y viij[r] Ex Officina Bar- ‖ tholomæi Grauij, ‖ Typog. Iur.
y viij[v] *Signum typogr. ut in fol. tit.*

8⁰ 162 fol. num. + 14 non num. in extremo libello. Sign. a ij—y iiij. ¶ ante unamquamque quaestionem.
Antverpiae B. SI. (Ruysbroekgen.); Londini Mus. Brit.; Parisiis B. Nat.; Treveris B. Urb. Sv II, 620

B 5

Fol. 1[r] SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANAE. ‖ In vsum Christianæ pueritiæ per ‖ Quæstiones recens conscri- ‖ pta, & nunc denuò ædita. ‖ *Iussu & Authoritate Sacratißimæ Rom.* ‖ *Hung. Bohem. &c. Regiæ Ma.* ‖ *Archiducis Austriæ, &c.* ‖ [*Idem signum typogr. ut in B 4.*] ‖ LOVANII, ‖ Apud Bartholomæum Grauium, idque ‖ eiusdem sumptibus, & Petri ‖ Sangrij. 1560. ‖ CVM PRIVIL. CAES. MA.
1[v] Edicto regio cautum est *etc., ut in B 2.*
R. Tapperi censura ut in B 1.
Concessum est *etc., ut in B 4.*

Fol. 2r Edictum regis Ferdinandi *a. 1554 Viennae* [*Austriae*] *datum.*
4v Ad christianum lectorem, *ut in B 1.*
5r Summa doctrinae christianae.
159v Index totius libelli.
u 8r Index *alphab.* materiarum.
x 8r Ex Officina Bar- ‖ tholomæi Grauij, ‖ Typ. Iur. 1560.
x 8v *Signum typographicum ut in fol. tit.*

8° 159 fol. num. + 9 fol. non num. in fine. Sign. a 2—x 4. ¶ ante unamquamque quaestionem.
Exempl. exstant Londini in Mus. Brit. et Mechliniae in B. Sem. Sv II, 621

B 6

Fol. Ajr SUMMA ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANAE. ‖ In vsum Christianæ pueritiæ per quæ- ‖ stiones recens conscripta, & nunc denuò ‖ ædita. Iussu & authoritate Sacratissi- ‖ mæ Rom. Hung. Bohem. etc. Regiæ ‖ Ma. Archiducis Austriæ etc. ‖ Accessit plurium locorum, ex sacra scri- ‖ ptura, ad orationis Dominicæ, Symboli ‖ Apost. et Decalogi, explicationem: pluri- ‖ mum conducentium, collectio. ‖ [*Signum typogr. v. pag. 171**] ‖ LOVANII ‖ Apud Ioannem Bogardum Sub ‖ Bibliis Aureis. 1561.
Ajv Edicto regio cautum est *etc., ut in B 2.*
R. Tapperi censura ut in B 1.
Aijr Edictum regis Ferdinandi *a. 1554 Viennae* [*Austriae*] *datum.*
Aiiijv Ad christianum lectorem, *ut in B 1.*
Avr Index totius libelli.
Avjr Index *alphab.* materiarum.
Bvij+viij *Vacua.*
1r Summa doctrinae christianae.
137v *LOVANII* ‖ Ex officina Typographica ‖ Stephani Valerij Typog.
138r Plurium locorum divina scriptura excerptorum ... collectio per G. Prateolum Marcossium.
KK viijr Errata. — *LOVANII* ‖ Typis Stephani Valerij ‖ Typogr. Iurat.
KK viijv *Vacuum.*

8° 247 (per errorem 248) fol. num. + 16 non num. in initio + 1 in fine. Sign. Aij—KKiiij; Errata 7.
Coloniae (Bensberg) B. Sem.; Londini Mus. Brit.; Lovanii B. Un.; Monachii B. Publ.
Br III, 774 n. 387$_1$; Sv II, 621

C 1

Fol. 1r SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANAE. ‖ *In vsum Christianæ pueritiæ* ‖ *per Quæstiones recens con* ‖ *scripta, & nunc de=* ‖ *nuò edita.* ‖ Iussu & Authoritate Sacratiss. ‖ Rom. Hung. Bohem &c. ‖ Regię Ma. Archiducis ‖ Austriæ, &c. ‖ LEODII, ‖ Impensis Lucæ Belleri. ‖ M.D.LVII.
1v Index totius libelli.
2v Ad christianum lectorem, *ut in B 1.*
Edicto regio cautum est *etc., ut in B 2.*
3r ¶ Edictum regis Ferdinandi *a. 1554 Viennae* [*Austriae*] *datum.*
5r Summa doctrinae christianae.
M 4r Index *alphab.* materiarum.
M 11r *R. Tapperi censura ut in B 1.*
M 11v *3* erratula.
M 12 *Vacuum.*

12° 135 fol. num. + 9 non num. in fine. Sign. A 2—M 7. ¶ ante unamquamque quaestionem.
Augustae Vindel. B. Urb.; Dilingae B. Lyc.; Monachii B. Publ.; Novae Cellae (Neustift, Tiroli) B. OSA.; Studgardiae B. Publ. Sv II, 620

C 2

Fol. 1r SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANÆ. ‖ *In vsum Christianæ pueritiæ per* ‖ *Quæstiones recens conscripta,* ‖ *& nunc denuò edita.* ‖ Iussu & Authoritate Sacratiss. Rom. ‖ Hung. Bohem. &c. Regię Ma. Archi= ‖ ducis Austriæ, &c. ‖ [*Signum typogr. v. pag. 179**] ‖ *ANTVERPIAE.* ‖ *Excudebat Ioannes VVithagius, sub insigni* ‖ *Falconis. M. D. LVIII.*
1v Index totius libelli.
2v Ad christianum lectorem, *ut in B 1.*
Edicto regio cautum est *etc., ut in B 2.*
3r ¶ Edictum regis Ferdinandi *a. 1554 Viennae* [*Austriae*] *datum.*
5r Summa doctrinae christianae.
M 4r Index *alphab.* materiarum.
M 11r *R. Tapperi censura ut in B 1.*
ANTVERPIÆ. ‖ Typis Ioan. VVithagii. ‖ Anno 1558.
M 11v *Signum typogr. ut in fol. tit.*
M 12 *Vacuum.*

12⁰ 135 fol. num. + 9 non num. in fine. Sign. A 2—M 7. ¶ ante unamquamque quaestionem.
In Monte Martini (Hungaria); Monachii B. PUBL.; Pragae B. PP. CRUCIG.; Tiguri B. CANT.; Treveris B. URB.

C 2'

Fol. 1r *Concordat cum folio titulari editionis C 2, except. signo typogr., quod est Latii (vide pg. 175*) et*
ANTVERPIÆ. ‖ *Excudebat Ioannes Latius,* ‖ M. D. LVIII.
Reliqua ut in C 2.
M 11v *Sign. typogr. Withagii v. pg. 179*.*

Liber exstat Bruxellis in B. REG.; Lovanii in B. OPR.

C x

Pag. 1 SVMMA ‖ DOCTRI ‖ NAE CHRISTI= ‖ ANAE. ‖ PER QVAESTI ‖ ONES TRADITA, ET IN ‖ VSVM CHRISTIANAE ‖ PVERITIAE NVNC ‖ PRIMVM E= ‖ DITA. ‖ IVSSV ET AVTHORITA= ‖ TE SACRATISSIMAE ‖ *Rom. Hung. Behem. &c.* ‖ *Regiæ Maiest. Arhi= ‖ ducis Austriæ,* ‖ *&c.* ‖ *1558.*
2 *Vacua.*
3 Edictum Regis Ferdinandi *a. 1554 Viennae* [*Austriae*] *datum.*
7 Index totius libelli.
9 Summa doctrinae christianae.
Fol. N 4 *Vacuum.*

8⁰ 198 pag. num. + 2 non num. in fine. Sign. A 2—N 3. — Cfr. de hac editione pg. 43* annot. 3.
Aschaffenburgi B. PAL.; Berolini B. PUBL.; Ducumburgi (Austr.); Monachii B. PUBL.; Parisiis B. NAT.; Romae B. CASANAT.; Studgardiae B. PUBL.; Treveris B. URB.; Vindobonae B. NAT.
Sv II, 620

C 3

Fol. 1r SVMMA ‖ DOCTRINÆ ‖ CHRISTIANÆ. ‖ *In vsum Christianæ pueritiæ per* ‖ *Quæstiones recens conscripta,* ‖ *& nunc denuò edita.* ‖ Iussu & Authoritate Inuictiss. ‖ ac Serenis. D. Philippi, Hispa- ‖ niarum, Angliæ, &c. Regis, ‖ Ducis Brabantiæ, Co- ‖ mitis Flandriæ, &c. ‖ [*Signum typogr. v. pag. 178**] ‖ *LOVANII.* ‖ *In ædibus Martini Verhasselt.* ‖ [*1560.*]
1v Index totius libelli.
2v Ad christianum lectorem, *ut in B 1.*
3r ¶ Edictum regis Ferdinandi *a. 1554 Viennae* [*Austriae*] *datum.*
6v Summa doctrinae christianae.

Fol. M4r Index *alphab.* materiarum.
M 11r *R. Tapperi censura ut in B 1.*
ANTVERPIAE. ‖ Typis Ioannis Latij. ‖ Anno 1560.
M 11v+M 12 *Vacua.*

12° 135 fol. num. + 9 non num. in fine. Sign. A 2—M 7. ¶ ante unamquamque quaestionem.
Librum vidi Heidelbergae in B. Un., cuius fol. tit. in imo mutilatum est. Sv II, 621

C 3'

Fol. 1r *Concordat cum fol. tit. editionis C 3, excepto signo typogr., quod est Belleri (vide pg. 170*) et*
ANTVERPIAE. ‖ *In aedibus Ioannis Belleri.* ‖ An. 1560.
Reliqua concordant cum edit. C 3.

Aroviae (Helvet.) B. Cant.

C 4

Fol. 1r SVMMA ‖ DOCTRINÆ ‖ Christianæ. ‖ *In vsum christianæ pueritiæ per Quæ-* ‖ *stiones recens conscripta & nunc* ‖ *denuò edita.* ‖ Iussu & Authoritate Inuic-tiss. ac Se- ‖ reniss. D. Philippi, Hispaniarum, An- ‖ gliæ,&c. Regis, Ducis Braban- ‖ tiæ, Comitis Flan- ‖ driæ, &c. ‖ [*Signum typogr. v. pag. 170**] ‖
ANTVERPIAE. ‖ *Apud Ioannem Bellerum.* ‖ *An. M.D.LXII.*
Reliqua ut in C 3 except.:
M 11r ANTVERPIAE. ‖ Typis Ioan. VVithagij. ‖ Anno. 1562.

Aschaffenburgi B. Pal.; Bruxellis B. Boll.; Monachii B. Un.; Schwaz (Tiroli) B. OFM.
Br III. 790 n. 398_1; Sv II, 622

C 4'

Fol. 1r *Concordat omnino cum C 4 excepto signo typogr., quod est Latii (vide pag. 175*) et*
ANTVERPIAE. ‖ Apud Ioannem Latium. ‖ An. M.D.LXII.
Reliqua ut in C 4.

Antverpiae B. Coll. SI. (Ruysbroekgenootschap); Vindobonae B. Un.

C 4''

Fol. 1r *Concordat omnino cum C 4 excepto signo typogr., quod est Withagii (vide pag. 179*) et*
ANTVERPIAE. ‖ Apud Ioannem VVithagium. ‖ An. M.D.LXII.
Reliqua ut in C 4.

Librum vidi Bruxellis in B. Boll. Sv II, 622

C 5

Fol. 1r SVMMA ‖ DOCTRI= ‖ NAE CHRISTIANÆ ‖ PER QVAESTIONES ‖ loculēter cōscripta, nūc demū ‖ recognita & locupletata. ‖ Autore D. Petro Canisio, Societatis ‖ Iesv Theologo, vt ex ‖ eius noua Præfa- ‖ tione con- ‖ stabit. ‖ ❧ Accessit huic recognitioni authori- ‖ tas decretum & priuilegium Ferdinandi ‖ Imp. & Philippi Regis Hisp. ‖ ¶ LEODII ‖ Apud Henricum Houium. ‖ TYPIS GVALTERI MOR- ‖ berij Typographi iuratj. anno, ‖ M.D.LXXIIII.
1v Index totius libelli.
2v Ad christianum lectorem, *ut in B 1.*
3r Edictum regis Ferdinandi *a. 1554 Viennae* [*Austriae*] *datum.*
5v *Imago s. Ioannis Bapt. contionantis et Iesum transeuntem digito demonstrantis.*

Fol. 6r Summa doctrinae christianae.
M 4r Index *alphab.* materiarum.
M 11r *R. Tapperi censura ut in B 1.*
Leodii. ‖ ¶Impensis Henrici ‖ Houij. Anno. ‖ 1573.
M 11v + M 12 *Vacua.*

12° 135 fol. num. + 9 non num. in fine. Sign. A 2—M 7. ❡ ante unamquamque fere quaestionem.
Liber exstat Trecis in B. Mun. Br VII, 698 n. 1156_2; Sv II, 624

D 1

Fol. 1r SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ Christianæ. ‖ *In vsum Christianæ pueritiæ per Quæ-* ‖ *stiones recens conscripta, &* ‖ *nunc denuò edita.* ‖ Iussu & Authoritate Inuictiss. ac Serenis. ‖ D. Philippi, Hispaniarum, Angliæ, &c. ‖ Regis. Ducis Brabantiæ, Comitis ‖ Flandriæ, &c. ‖ [*Signum typogr. Martini Verhasselt vide pag. 178**] ‖ *LOVANII.* ‖ Apud Martinum Verhasselt, sub intersi- ‖ gnio pinguis Gallinę. 1558.
1v *Vacuum.*
2r Ad christianum lectorem *ut in B 1.*
2v Index totius libelli.
3v Exemplum edicti regis Philippi *16. Dec. 1557 Bruxellis dati.*
6v Privilegii in haereditarias regis ditiones sententia *15. Jan. 1557 Bruxellis data.*
7r Privilegium Ducatus Brabantiae, *Bruxellis die 7. Ian. 1557 datum.*
7v Summa doctrinae christianae.
O 1r Index *alphab.* materiarum.

8° 104 fol. num. + 4 non num. in fine. Sign. A 2—N 5, O—O 3. Liber exstat Mechliniae in B. Sem.

D 1'

Fol. tit. concordat omnino cum D 1 excepto signo typogr., quod est Withagii (vide pag. 179) et*
ANTVERPIÆ. ‖ Excudebat Ioannes VVithagius sub in- ‖ signi Falconis. 1558.
Reliqua ut in D 1.

Liber exstat Lovanii in B. Un. Sv II, 620

D 1''

Fol. tit. concordat cum D 1 excepto signo typogr., quod est Latii (vide pag. 175) et ANTVERPIÆ.* ‖ Excudebat Ioannes Latius. ‖ An. 1558.
Reliqua ut in D 1.

Exemplar exstat Treveris in B. Urb.

D 1'''

Fol. tit. concordat cum D 1, excepto signo typogr., quod est Belleri (vide pag. 170) et ANTVERPIÆ.* ‖ Excudebat Ioannes Bellerus, sub insigni ‖ Falconis. 1558.
Reliqua ut in D 1.

St. Floriani (Austr.); Lentiae (Austr.) B. Stud.; Lipsiae B. Un.; Monasterii i/W. B. Un. Sv II, 620

D 2

Fol. 1r SVMMA ‖ DOCTRINÆ ‖ Christianæ. ‖ *In vsum Christianæ pueritiæ per Quæ-* ‖ *stiones recens conscripta, &* ‖ *nunc denuò edita.* ‖ Iussu & Authoritate Inuictiss. ac Serenis. ‖ D. Philippi, Hispaniarum, Angliæ, &c. ‖ Regis. Du-

[Fol. 1r] cis Brabantiæ, Comitis ‖ Flandriæ, &c. ‖ [*Signum typogr. ut in D 1.*] ‖ LOVANII, ‖ Apud Martinum Verhasselt, sub intersi- ‖ gnio pinguis Gallinæ. 1560.
Reliqua concordant omnino cum editione D 1.

Exemplar exstat Parisiis in B. NAT.

D 2'

Fol. tit. concordat cum D 2 excepto signo typogr., quod est Withagii (vide pag. 179) et* ANTVERPIÆ, ‖ Excudebat Ioannes VVithagius, sub in- ‖ signi Falconis. 1560. *Reliqua ut in D 1.*

Liber exstat Dusseldorpii in B. PUBL. Sv II, 620

D 2''

Fol. tit. concordat cum D 2 excepto signo typogr., quod est Belleri (vide pag. 170) et* ANTVERPIÆ, ‖ Excudebat Ioannes Bellerus sub in- ‖ signi Falconis. 1560. *Reliqua ut in D 1.*

Bruxellis B. REG.; Eystadii B. SEM.; Monachii B. PUBL. et B. UN. Sv II, 620

D 3

Fol. A 1r SVMMA ‖ DOCTRINÆ ‖ CHRISTIANÆ. ‖ *In vsum Christianæ pueritiæ per Quæstio- ‖ nes recens conscripta, à D. Petro Canisio ‖ Doctore Theologo Societatis Iesu. ‖ Iussu & Authoritate Sacratißimæ Cæsareæ ‖ Maiestatis, & Inuictiß. ac Sereniß. D. ‖ Philippi, Hispaniarũ, Neapolis, etc. Regis. ‖ Ducis Brabantiæ, Comitis Flãdriæ. &c.* ‖ [*Insigne Soc. Iesu, vide pag. 170**] ‖ ANTVERPIÆ, ‖ Apud Ioannem Bellerum sub ‖ Aquila aurea. ‖ M. D. LXIIII.

A 1v *Vacuum.*
A 2r Ps. 33, 12 Venite filii *etc.* Esa. 2, 3. Mich. 4, 2. Venite et ascendamus *etc., ut in A 1, v. pg. 5.*
Ad christianum lectorem, *ut in B 1.*
A 2v Index totius libelli.
A 3v Edictum Caesar. Maiestatis, *Viennae [Austriae] 10. Dec. 1560 datum.*
A 6r Exemplum edicti regis Philippi *a. 1557 dati.*
1r Catechismus sive Summa doctrinae christianae.
122r *R. Tapperi censura ut in B 1.*
122v Index *alphab.* materiarum.
M 6r *Typis Amati Tauernerij.*
M 6v *Insigne Societatis Iesu, ut in fol. tit.*

12⁰ 123 (per errorem 122) fol. num. + 7 non num. in initio + 8 in fine. Sign. A 2—L 7, M—M 4.
Mediolani B. AMBR.; Monachii B. PUBL. Br IV, 1022 sq. n. 590; Sv II, 622

D 4

Fol. A 1r SVMMA ‖ DOCTRINÆ ‖ CHRISTIANÆ. ‖ *In vsum Christianæ pueritiæ per Quæstio- ‖ nes recens conscripta, à D. Petro Cani- ‖ sio Doctore Theologo Societatis Iesu. ‖ Iussu & Authoritate Sacratißimæ Cæsareæ ‖ Maiestatis et Inuictiß. ac Sereniß. D. ‖ Philippi, Hispaniarum, Neapolis, etc. Re- ‖ gis. Ducis Brabantiæ, Comitis Flan- ‖ driæ &c. in lucem ædita* ‖ [*Insigne S. I. ut* in D 3.] ‖ ANTVERPIÆ, ‖ Apud Ioannem Bellerum sub ‖ Aquila aurea. ‖ M. D. LXV. *Reliqua ut in D 3.*

M 5v *Typis Amati Tauernerij.*
M 6r *Insigne Societatis Iesu ut in fol. tit.*
M 6v *Vacuum.*

12⁰ 123 (per errorem 122) fol. num. + 7 non num. in initio + 8 in fine. Sign. A 2—L 7, M—M 4.
Lugduni B. COLL. S. IOSEPHI. Br V, 798 n. 857; Sv II, 622

D 5

Fol. A 1r SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANAE. ‖ IN VSVM CHRISTIA- ‖ næ pueritiæ per Quæstiones re ‖ cens conscripta, à D. Petro ‖ Canisio Doctore Theo ‖ logo Societatis ‖ IESV. ‖ [*Signum typogr. v. pag. 175**] ‖ VENETIIS, ‖ Apud Iacobum Leoncinum. ‖ MDLXXIIII.

A 1v *Vacuum.*

A 2r Ps. 33, *12* Venite filii *etc.* Esa. 2, *3* Mich. 4, *2* Venite et ascendamus *etc. ut in A 1; v. pg. 5.*

Ad christianum lectorem, *ut in B 1.*

A 2v Index totius libelli.

A 3v *Vacuum.*

8r [=4r]Catechismus sive Summa doctrinae christianae.

116v [=112v] *R. Tapperi censura ut in B 1.*

K 9r Index materiarum.

K 16v *Vacuum.*

12° 112 (per errorem 116) fol. num. + 8 non num. in fine. Sign. A 2—A 4, B—J 6, K—K 8.
Friburgi (Br.) B. UN.; Neapoli B. NAT.; Romae B. BARB. et CASANAT.; Venetiis B. NAT.
BR VII, 699 n. 1156_4; SV II, 624

E 1

Fol. *1r SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANÆ. ‖ PER QVÆSTIONES CON ‖ scripta à Reueren. D. PETRO ‖ Canisio Theologo societatis IE- ‖ SV, & nunc recens ab eodem re- ‖ cognita, & aucta. ‖ *Iussu, & auctoritate sacratißimæ Rom. ‖ Hung. Boem. &c. Regiæ Maiest. ‖ Archiducis Austriæ, &c.* ‖ [*Imago Christi resurgentis, v. pag. 178**] ‖ CVM priuilegio Senatus Veneti ‖ ad annos decem.

*1v *Vacuum.*

*2r *Imago ligno incisa: Christus e cruce pendens, B. Maria virgine, s. Iohanne evang., s. Maria Magdalena adstantibus.*

*2v In scientia sua iustificabit ipse IVSTVS servos meos[!] multos. Esai. Cap. LIII, *11.*

*3r *Litterae dedicatoriae Mich. Tramezini bibliopolae ad Rob. de Nobilibus Cardinalem.*

*6v *Vacuum.*

*7r *Praefatio Tramezini:* Lectori. Non est ignotus hic liber etc.

*8v *Privilegium de libro et latine et italice edendo a republica Veneta Tramezino ad decennium datum 23. Nov. 1558.*

*9r Edictum *Ferdinandi a. 1554 Viennae* [*Austriae*] *datum.*

Fol. 1r Summa doctrinae christianae.

64r *Imago Christi e cruce pendentis B. Maria virgine et s. Iohanne Evang. adstantibus; iidemque s. scripturae loci ut in A 1, vide pg. 49.*

107r Index totius libelli.

107v VENETIIS apud Michaelem Tra- ‖ mezinum, MDLIX.

J 12 *Vacuum.*

12° 107 fol. num. + 12 non num. in initio + 1 in fine. Sign. *2—*6, A—J 6.
Monachii B. PUBL.; Mutinae B. EST.; Neapoli B. NAT.; Parmae B. PAL.; Romae B. BARB. (Vat.) et B. UN. GREGOR.; Veronae B. MUN.; Vimariae (Weimar) B. PUBL. BR Entstehung . . . pg. 74 annot. 4; SV II, 620

E 2

Fol. *1r *SVMMA* ‖ DOCTRI ‖ NAE CHRI ‖ STIANAE, ‖ *Per Quæstiones conscripta à Reuerẽ. D.* ‖ *Petro Canisio Theologo societatis Iesu, &* ‖ *nunc recẽns ab eodem recognita, et aucta.* ‖ [*Signum typogr. v. pag. 174**] ‖ *LVGDVNI,* ‖ Apud Michaëlem Iouium ‖ 1562

Fol. *1v *Vacuum.*
*2r *Praefatio a Iovio 1. Aprilis 1562* Reverendiss. Episcopis, parochis et gymnasiarchis *data, incipiens:* Nemo est *etc.*
*3r Lectori. Non est ignotus hic liber, *ut in E 1.*
*4r Index totius libelli.
1r Summa doctrinae christianae.

8° 80 fol. num. + 4 non num. in initio. Sign. *2—*3, A—K5. ¶ ante unamquamque quaestionem.
Vidi librum Avenione in Mus. Calv. Sv VIII, 1975

E 2'

Fol. *1r *SVMMA* ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANAE, ‖ PER QVAESTIO- ‖ NES CONSCRI- ‖ PTA, A ‖ Reueren. D. Petro Canisio Theologo societatis ‖ Iesv, & nunc recẽs ab eodem reco- ‖ gnita, & aucta. ‖ [*Signum typogr. ut in E 2.*] ‖ *LVGDVNI,* ‖ Apud Michaëlem Iouium. ‖ 1562 ‖ CVM PRIVILEGIO.
*1v *Vacuum.*
*2r Extrait du Privilege *i. e. Summa privilegii ab Emmanuele Philiberto, duce Sabaudiae, 14. Martii 1562 Mich. Iovio ad annos 15 concessi. Reliqua ut in E 2.*

8° 80 fol. num. + 4 non num. in initio. Sign. *2—*3, A—K5. ¶ ante unamquamque quaestionem.
Lugduni B. Mun.; Mediolani B. Nat.; Tolosae B. Mun. (Br IV, 1023 n. 591 putat per errorem esse editionem anni 1564) Br III, 790

E 3

Fol. *jr SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANÆ ‖ PER QVÆSTIONES ‖ conscripta à Reuer. D. Petro ‖ Canisio, Theologo societatis Ie- ‖ sv, & nunc recens ab eodem reco- ‖ gnita, & aucta. ‖ *Iussu, & auctoritate sacratißimæ ‖ Rom. Hung. Boem. &c. Regiæ ‖ Maiest. Archiducis Au= ‖ striæ, &c.* ‖ ACCESSERE ‖ *Preces Horariæ de æterna* Dei *sa ‖ pientia* Iesv Christo ‖ *domino nostro, cum piis ‖ quibusdam & Chri- ‖ stianis exercita- ‖ tionibus.* ‖ Cum priuilegio Senatus Veneti ‖ ad annos decem.
*jv etc. *Ut in E 1, sed*
74r *Eadem imago ut in E 1 fol. 64.*
123v Index totius libelli.
124v *Vacuum.*
125r Preces horariae de aeterna Dei Sapientia.
139v Meditationes quotidianae.
156v VENETIIS apud Michae- ‖ lem Tramezinum, ‖ 1563.

12° 156 fol. num. + 12 non num. in initio. Sign. *ij—*vj, A—Nvj.
Bruxellis B. Boll.; Lipsiae B. Un.; Mediolani B. Sem.; Romae B. Vallic.
Br IV, 1004 sq. n. 581_2; Sv II, 622

E 4

Haec editio concordat omnino cum editione E 3 excepto:
Fol. 156v VENETIIS apud Michae- ‖ lem Tramezinum, ‖ 1565.

Mediolani B. Ambr. et Sem.; Neapoli B. PP. Orat.; Romae B. SI. Br V. 799 n. 858_2

E 5

Fol. 1r *SVMMA* ‖ DOCTRINÆ ‖ *CHRISTIANÆ PER* ‖ QVESTIONES CONSCRIPTA ‖ A R. D. PETRO CANISIO THEOLOGO ‖ SOCIETATIS IESV, ‖ *Et nunc recens ab eodem recognita & aucta.* ‖ Iussu & auctoritate Sacratissimæ Rom. ‖ Hung. Boem. &c. Regiæ Maiest. ‖ Archiducis Austriæ &c. ‖ *Accessere Præces ho-*

[Fol. 1r] *rariæ de æterna Dei Sapientia* ‖ IESV CHRISTO *domino nostro, cum quibusdam* ‖ *pijs & Christianis exercitationibus.* ‖ [*Sesalli signum typogr. a, vide pag. 177**] ‖ NOVARIAE APVD FRANCISCVM ‖ SESALLVM, MDLXV.

1v *Vacuum.*

2r *Litterae dedicatoriae a Sesallo typographo, nec loco nec tempore adscriptis, datae ad Antonium Serbellonum Cardinalem, episcopum Novariensem, incipientes:* Cum superioribus annis *etc.*

3r Lectori. Non est ignotus hic liber *etc., ut in E 1.*

4r Edictum Ferdinandi *a. 1554 Viennae* [*Austriae*] *datum.*

6v Summa doctrinae christianae.

57v *Imagiuncula Christi e cruce pendentis.*

91v Preces horariæ de æterna Dei Sapientia.

102r Meditationes quotidianae iuxta ordinem dierum hebdomadae.

115r Index totius libelli.

8° 116 (per errorem 115) fol. num. Sign. Aij—Piij. Vidi librum Mediolani in B. AMBR.
BR V, 799; SV II, 635

E 6

Fol. †jr SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANAE ‖ PER QVAESTIONES ‖ conscripta a Reueren. D. Pe- ‖ tro Canisio Theologo societatis ‖ Iesu & nunc recens ab eo- ‖ dem recognita & aucta. ‖ ACCESSERE ‖ Preces Horariæ de æterna Dei sapientia ‖ IESV CHRISTO domino ‖ nostro, cum pijs quibusdam & ‖ Christianis exercitationi- ‖ bus. ‖ PARMAE ‖ Apud Seth Viottum ‖ M.D.LXV.

†jv In scientia sua iustificabit ipse Iesus servos meos [!] multos. Esa. cap. LIII, *11.*

†ijr *Praefatio sive litterae dedicatoriae Parmae die 15. Martii 1565 a Viotto datae:* Ad Matthaeum Rinuccinum civem et canonicum Florentinum.

†iiijr Index *alphab.* rerum.

1r Summa doctrinae christianae.

154r Index totius libelli.

155v Preces horariae de aeterna Dei Sapientia.

174v Iustus pro iniustis mortuus. 1 Petr. 3, *18.*
Imagiuncula Christi e cruce pendentis.
Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi in sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Luc. 1, *74 sq.*

175r Meditationes quotidianae iuxta ordinem dierum hebdomadae.

198r Meditatio de brevi vita hominis (S. Bernardi).

200v *Viotti signum typographicum v. pg. 179*.*
PARMAE. ‖ Apud Seth Viottum. ‖ M.D.LXV.

8° 200 fol. num. + 12 non num. in initio. Sign. †ij—†vj, A—Ziiij, AA—BBiiij.
Ianuae B. UN.; Mutinae B. EST.; Parmae B. PAL.; Romae B. NAT.

E 6'

Editio plane concordans cum E 6 unica tantum excepta differentia in fol. tit.:
Post „Christianis exercitationibus" *add.:* Nec non & Index ‖ copiosissimus.

Exemplar exstat Mediolani in B. AMBR.; Neapoli in B. NAT. BR V, 800

E 7

Fol. 1r *SVMMA* ‖ DOCTRI- ‖ NÆ CHRI- ‖ STIANÆ, ‖ *per Quæstiones conscripta à Reue-* ‖ *rend. D. Petro Canisio Theologo* ‖ *societatis Iesu & nunc recens* ‖ *ab eodem recognita, & aucta.* ‖ [*Brumennii signum typogr. vide*

[Fol. 1r] *pag. 173**] ‖ PARISIIS, ‖ Apud Thomam Brumennium in ‖ clauso Brunello, sub signo Oliuę. ‖ 1565.
1v *Vacuum.*
2r *Praefatio a Iovio Kal. Aprilis 1562* „Reverendiss. episcopis, parochis et gymnasiarchis" Lugduni *data, incipiens:* Nemo est *etc., ut in E 2.*
4r Lectori. Non est ignotus hic liber *etc., ut in E 1.*
5r Index totius libelli.
6r Summa doctrinae christianae.
S vijr Index *alphab.* materiarum.
T viijv *Vacuum.*

8° 142 fol. num. + 10 non num. in fine. Sign. A ij—T iiij. Exemplar exstat Parisiis in B. S. Genov.
Br V, 798; Sv II, 622

E 8

Fol. 1r SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ Christianæ, ‖ PER QVÆSTIONES ‖ CONSCRIPTA, ‖ A R. Doct. PETRO CANISIO ‖ Theologo societatis IESV, ‖ *Et nunc recens ab eodem recognita, & aucta.* ‖ Iussu, & auctoritate Sacratissimæ ‖ Rom. Hung. Boem. &c. Regiæ ‖ Maiest. Archiducis Au- ‖ striæ, &c. ‖ [*Signum typogr. v. pg. 174**] ‖ *VENETIIS,* ‖ *Apud Ioan. Baptistam Hugolinum.* ‖ MDLXXXVI.
1v *Vacuum.*
2r Lectori. Non est ignotus *etc., ut in E 1.*
3r Edictum regium *a. 1554 Viennae* [*Austriae*] *datum.*
5v *Vacuum.*
6r Summa doctrinae christianae.
62r Iustus pro iniustis mortuus.
Imago: Iesus cruci suffixus.
Ut sine timore etc., *ut in E 6, fol. 174v.*
J 5r Index totius libelli.
J 5v VENETIIS, ‖ Apud Ioannem Baptistam ‖ Hugolinum. ‖ MDLXXXVI.
J 6 *Vacuum.*

12° 100 fol. sign. + 2 non sign. in fine. Sign. A 2—J 3. Vidi exemplar Romae in B. Ang.
Br VIII, 695; Sv II, 625

F 1

Fol. ã 1r CATECHISMVS, ‖ SIVE SVMMA ‖ DOCTRINAE CHRI- ‖ STIANAE, ‖ In vsum Christianæ pueritiæ, per ‖ quæstiones recèns conscriptus, ‖ & nunc primùm editus. ‖ *Operâ Gabrielis Prateoli Marcoßij,* ‖ *Theologi.* ‖ Cui accessit & plurium locorum è diuina ‖ Scriptura per eundem G. Prateolum ex- ‖ cerptorum, ad orationis Dominicæ, arti- ‖ culorum fidei, & decem præceptorũ legis ‖ interpretationem non parum conducen- ‖ tium, collectio. ‖ *Ad reuerendiß. Cardinalem Borbonium.* ‖ *PARISIIS.* ‖ Apud Thomam Brumeniũ, sub oliuæ ‖ signo è Regione ædis D. Hilarij. ‖ 1559. ‖ CVM PRIVILEGIO.
ã 1v Extraict des registres de Parlement *a. 1559 Aug. 8.*
ã 2r *Gabr. Prateoli litterae dedicatoriae ad Carolum Borbonium Cardinalem atque Rothomagensem archiepiscopum 8. Kal. Sept. 1559 Lutetiae Parisiorum datae, incipientes:* Cum aliquot abhinc mensibus *etc.*
ã 6r Index totius libelli.
ã 7r Index *alphab.* materiarum.
ẽ 8v *Vacuum.*
1r Catechismus sive Summa doctrinae christianae.

Fol. 120 *Vacuum.*
121r *Gabr. Prateoli Marcossii collectio plurimorum locorum e divina scriptura excerptorum.*
215v *Vacuum.*
D 8 *Vacuum.*

8° 215 fol. num. + 16 non num. in initio + 1 in fine. Sign. ã 2 — ã 4, ẽ — ẽ 4; a — z 4, A — D 4.
Exemplar exstat Bruxellis in B. Boll.

F 2

Fol. ã 1r CATECHISMVS, ‖ SIVE SVMMA ‖ DOCTRINAE CHRI- ‖ STIANAE, ‖ In vsum Christianæ pueritiæ, per ‖ quæstiones recèns conscriptus, ‖ & nunc primùm editus. ‖ *Operâ Gabrielis Prateoli Marcoßij,* ‖ *Theologi.* ‖ Cui accessit & plurium locorum è diuina ‖ Scriptura per eundem G. Prateolum ex- ‖ cerptorum, ad orationis Dominicæ, arti- ‖ culorum fidei, & decem præceptorũ legis ‖ interpretationem non parum conducen- ‖ tium, collectio. ‖ *Ad reuerendiß. Cardinalem Borbonium.* ‖ *PARISIIS* ‖ Apud Gabrielem Buon in clauso Bru- ‖ nello, ad insigne Diui Claudij. ‖ 1560. ‖ CVM PRIVILEGIO
Reliqua ut in F 1.

Avenione Mus. Calv.; Dilingae B. Sem.; Monasterii i/W. B. Un. Sv II, 621

F 3

Fol. a 1r CATECHISMVS, ‖ SIVE SVMMA ‖ DOCTRINAE CHRI= ‖ STIANAE, ‖ *In vsum Christianæ pueritiæ, per quæ* ‖ *stiones recèns conscriptus, &* ‖ *nunc primùm editus.* ‖ Iussu & authoritate Sacratissimæ ‖ Rom. Hung. Bohem. &c. Regiæ ‖ Maiest. Archiducis ‖ Austriæ, &c. ‖ Cui acceßit & plurium locorum è diui- ‖ na Scriptura per Gab. Prateolum excerpto- ‖ rum, ad orationis Dominicæ, articulorum fi- ‖ dei, & decem praeceptorum legis interpreta- ‖ tionem non parum cõducentium, collectio. ‖ COLONIAE, ‖ Apud Maternum Cholinum. ‖ Anno 1560.
a 1v *Vacuum.*
a 2r Edictum regis *Ferdinandi a. 1554 Viennae [Austriae] datum.*
a 6r *Gabr. Prateoli litterae dedicatoriae, ut in F 1.*
a 11r Index totius libelli.
a 12v Index *alphab.* materiarum.
Pag. 1r Catechismus sive Summa doctrinae christianae.
267 *Gabr. Prateoli collectio plurimorum locorum e divina scriptura excerptorum.*
Fol. V 11+12 *Vacua.*

12° 476 pag. num. + 24 fol. non num. in initio + 2 in fine. Sign. a 2 — b 7; A — V 7.
Aroviae (Helv.) B. Cant.; Aschaffenburgi B. Pal.; Coloniae B. Urb.; Darmstadii B. Publ.; Dilingae B. Sem.; Halae (Hermund.) B. Un.; Mediolani B. Nat. (Brera); Monachii B. Publ.; Monasterii i/W. B. Sem.; Studgardiae B. Publ.; Treveris B. Urb.; Tubingae B. Un. Br II, 745 annot. 1 et Entstehung . . . pg. 76 annot. 3; Sv II, 621

F 4

Fol. a 1r SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ Christianæ, ‖ *In usum Christianæ pueritiæ, per quæ-* ‖ *stiones conscripta, à D. Petro Ca* ‖ *nisio Doctore Theologo, So-* ‖ *cietatis Iesu.* ‖ Edita iussu & auctoritate ‖ Sacratissimæ Cęsareæ ‖ Maiestatis, ‖ &c. ‖ COLONIAE, ‖ Apud Maternum Cholinum. ‖ Anno 1563. ‖ *Cum gratia & priuilegio Cæs. Mai.*
a 1v Ps. 33, *12.* Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos.
Christi pueros docentis figura in lignum incisa.

[Fol. a 1v] Esaiae 2, 3. Michaeae 4, 2. Venite et ascendamus ad montem Domini et ad domum Dei Iacob et docebit nos vias suas.
a2r Edictum regis *Ferdinandi a. 1554 Viennae [Austriae] datum.*
a5v Index totius libelli.
Pag. 1 Catechismus sive Summa doctrinae christianae.
Fol. N 8r Index *alphab.* materiarum.
O 6r *Vacuum.*
O 6v *Insigne ligno incisum: „Societas nominis Iesu."*

12° 302 pag. num. + 6 fol. non num. in initio + 11 in fine. Sign. a2—a5, A—O5.
Coloniae B. Urb.; Cracoviae B. Prov. SI.; Darmstadii B. Publ.; Eremit. coenobio (Helvet.); Friburgi (Br.) B. Un.; Heidelbergae B. Un. (deest fol. tit.); Ratisbonae B. Publ.; Treveris B. Urb.
Br IV, 1004 n. 581$_4$; Sv II. 622

G 1

Editio princeps Post-Tridentina.

Fol. 1r SVMMA ‖ DOCTRI= ‖ NÆ CHRISTIANÆ, PER ‖ QVAESTIONES LVCVLENTER ‖ conscripta, nunc demum recognita & ‖ locupletata, authore D. Petro Canisio ‖ Societatis Iesv Theologo, vt ‖ ex eius noua Prẹfatione ‖ constabit. ‖ *Acceßit huic recognitioni authoritas, decretũ & pri ‖ uilegium Ferdinandi Imp. & Philippi Regis Hisp.* ‖ [*Cholini signum typogr. b, vide pag. 172**] ‖ COLONIAE, ‖ *Apud Maternum Cholinum, Anno* ‖ M.D.LXVI. ‖ Cum priuilegio Cæs. Maiest. ad decen.
1v *Vacuum.*
2r *Canisii litterae dedicatoriae:* Ad senatum populumque Coloniensem, *vide pg. 63* ssq.*
5r Exemplum edicti Caesarei [i.e. Ferdinandi I.] *vide pg. 2 ssq.*
7r Exemplum edicti regis Philippi *II.*
8v Quod Iesu Christo semper gratum, formandis pie animis salutare, christianae Reipublicae et posteritati commodum sit, iussu et auctoritate singulari optimorum maximorumque principum D. Ferdinandi augusti Caesaris et D. Philippi potentissimi regis, proponatur, legatur et teratur catholicus hic catechismus.
9r *Summa doctrinae christianae.*
122v Iustus pro iniustis mortuus. 1 Petr. 3, *18.*
Imago Crucifixi ligno incisa.
Ut peccatis mortui iustitiae vivamus. Ibidem 2, *24.*
196v Index totius libelli.
197v Carmen
de praecipuis huius catechismi partibus in gratiam studiosorum adiectum.

Quis vere Christi censendus nomine dignus?
Hic, cui iustitia est simul et sapientia cordi.
Quis sapiens? Recte qui credit, sperat amatque.
Quis iustus? Mala qui fugiens bona quaeque capessit.
Quae bona? Dum refovet miseros, ieiunat et orat,
Nec se nec quenquam, nec Christum fraudat in ullo.
Cuinam recta fides? Qui firmiter omnia credit,
Quae credenda iubet Deus atque Ecclesia dictat.
Quis sperare potest, quae sacra volumina tractant?
Qui violare timet castissima iussa Tonantis.
Et quis amat? Nisi qui Christum super omnia quaerit
Et quemcunque hominem puro sibi iungit amore.

Sacramenta quidem ceu septem pharmaca mentis
Instituit Christus, per quae sua munera confert.
Baptismus scelus omne piat poenasque remittit.
Chrysmate firmantur nati tenerique tyrones.
Nos sacra mortales reficit pascitque synaxis.
Lapsos restituit Confessio rite peracta.
Unctio postrema aegrotos solatur et armat.
Ordo sacerdotes statuit, qui sacra ministrent.
Coniugium Christo populum conservat et armat.

Munia christicolae duo sunt: ut crimina vitet
Secteturque bonum, dum vitae postulat usus.

Cui mens fixa Deo, subit et praecordia virtus
Et quantum potis est vitam sine crimine ducit
Catholicamque fidem qui semper ubique tuetur
Et fugit haereseos toto contagia corde,
Hic quatuor voluit repetitque novissima mente
Cunctaque perpendit, quae continet iste libellus,
Hic bene succedet caelestis sedibus aulae
Sin minus, haud unquam poterit sperare salutem.

Fol. 198r Laus aeterna Deo perpetuumque decus.
Iesu Christo crucifixo, qui auctor atque consummator est sapientię iustitiaeque nostrae, gloria sempiterna.
198v *Vacuum.*
199r Appendix de hominis lapsu et iustificatione.
Dd2r Index *alphab. materiarum.*
Ee2v Errata.
Ee3v+4r *Vacua.*
Ee4v *Signum typogr., ut in fol. tit.*

8° 209 fol. num. + 11 non num. in fine. Sign. A2—Z5; Aa—Ee2.

Exemplaria exstant permulta: e. g. Aquisgrani B. Urb.; Berolini B. Publ.; Cracoviae B. Un.; Dilingae B. Lyc.; Erfurti B. Urb.; Francofurti ad M. B. Urb.; Friburgi (Br.) B. Un.; Heidelbergae B. Un.; Herbipoli B. OCarm.; Londini Mus. Brit.; Lovanii B. OPraem.; Lugduni B. Mun.; Osnabrugae B. Gym.; Scoriali; Tiguri B. Cant.; Treveris B. Urb.; Upsalae B. Un.; Vindobonae B. Nat.; Vratislaviae B. Un.

Br V, 804 sq. n. 865; Sv II, 623

G 2

Fol. A1r SVMMA ‖ DOCTRINÆ ‖ CHRISTIANÆ PER ‖ QVAESTIONES LVCVLEN- ‖ TER CONSCRIPTA, ‖ Nunc demum recognita & locupletata, auctore ‖ D. Petro Canisio Societatis Iesv Theologo, ‖ vt ex eius noua Præfatione constabit. ‖ *Acceßit huic recognitioni auctoritas, decretum & priuile-* ‖ *gium Ferdinandi Imp. & Philippi Regis Hisp.* ‖ [*Plantini signum typogr. b, vide pag. 176**] ‖ ANTVERPIAE, ‖ Excudebat sibi, & Materno Cholino ciui ‖ Coloniensi Christophorus Plantinus. ‖ M.D.LXVI. ‖ CVM PRIVILEGIO.
A1v Summa Privilegii Philippi Regis *Christophoro Plantino* Bruxellae anno MDLXVI, 11. Maii *data.*
A2r *Litterae a Plantino ad Philippum II. Antverpiae 12. Junii 1566 datae.*
A5v *Canisii litterae dedicatoriae ad Colonienses a. 1566 datae, ut in G 1.*
A8r Exemplum edicti Caesarei *a. 1560 Viennae* [*Austriae*] *datum.*
Pag. 3 Exemplum edicti regis Philippi *ut in G 1.*
6 Quod Iesu Christo semper gratum *etc., ut in G 1.*
7 *Summa doctrinae christianae.*
186 *Imago Christi inter duos latrones e cruce pendentis.*
303 Index totius libelli.
305 Carmen de praecipuis huius catechismi partibus *ut in G 1.*
307 Appendix de hominis lapsu et iustificatione *ut in G 1.*
Fol. X6r Index *alphab.* materiarum.
Y8v *Vacuum.*

8° 330 pag. num. + 8 non num. in initio + 22 in fine. Sign. *2—*5, A—Y5.

Antverpiae Mus. Plant.; Friburgi (Br.) B. Un.; Lipsiae B. Un.; Monachii B. Publ.

Br V, 814 n. 869; Sv II, 622 sq.

G 2'

Fol. A1r SVMMA ‖ DOCTRINÆ ‖ CHRISTIANÆ PER ‖ QVAESTIONES LVCVLEN- ‖ TER CONSCRIPTA, ‖ Nunc demum recognita & locupletata, auctore ‖ D. Petro Canisio Societatis Iesv Theologo, ‖ vt ex eius noua Præfatione constabit. ‖ *Acceßit huic recognitioni auctoritas, decretum & priuile-* ‖ *gium Ferdinandi Imp. & Philippi Regis Hisp.* ‖ [*Signum typogr. b ut in G 2.*] ‖ ANTVERPIAE, ‖ Ex officina Christophori Plantini. ‖ M.D.LXVI. ‖ CVM PRIVILEGIO.
Reliqua plane concordant cum editione G 2.

Angiae B. SI.; Antverpiae Mus. Plant.; Aroviae (Helvet.) B. Cant.; Mannhemii B. Pal.; Pragae B. Strahov.; Scoriali.

G 3

Fol. Ajr SVMMA ‖ DOCTRINÆ ‖ CHRISTIANÆ PER ‖ QVÆSTIONES LVCV- ‖ lenter conscripta, ‖ Nunc demum recognita & locupletata, au- ‖ ctore D. Petro Canisio Societatis Iesv ‖ Theologo, vt ex eius noua Praefatione ‖ constabit. ‖ *Acceßit huic recognitioni auctoritas, decretum &* ‖ *priuilegium Ferdinandi Imp.* ‖ [*Brumennii signum typogr. vide pag. 172**] ‖ PARISIIS, ‖ Ex officina Thomæ Brumennij, in clauso ‖ Brunello, sub signo Oliuæ. ‖ M. D. LXVII.

Ajv *Vacuum.*

Aijr *P. Canisii litterae dedicatoriae ad senatum populumque Coloniensem a. 1566 datae, ut in G 1.*

Avjv Exemplum edicti caesarei *a. 1560 Viennae* [*Austriae*] *dati, ut in G 1.*

Biijr Index totius libelli.

Biiijv Quod Iesu Christo semper gratum *etc., ut in G 1.*

1r *Summa doctrinae christianae.*

225v Carmen *ut in G 1.*

227r Appendix de hominis lapsu et iustificatione *ut in G 1.*

Kkijr Lectori. Habes hic (candide lector) omnium rerum, verborum ac sententiarum, quae in hoc catechismo continentur secundum alphabeti seriem, amplissimum indicem, quo facilius quaecunque volueris possis reperire; ubi te intelligere velim, numerum foliorum indicare, litteram vero, quae ipsum sequitur folii faciem a primam, b vero secundam.

Llvjr LVTETIÆ. Cudebat typisque mandabat Ioan- ‖ nes Charron Typographus, impensis Thomæ Brumennij bibliopolæ, ‖ anno Domini millesimo quingen- ‖ tesimo sexagesimo septimo, pridie ‖ idvs Aprilis.

Llvjv *Ornamentum typographicum.*

Llvii+viii *Vacua.*

8° 245 fol. num. + 12 non num. in initio + 15 in fine. Sign. Aij—Ziiij, Aa—Lliiij.

Vidi exemplar Lugduni in B. MUN. BR V, 824; SV II, 623

G 4

Fol. A1r SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANÆ PER ‖ QVAESTIONES LVCVLEN- ‖ TER CONSCRIPTA, ‖ Nunc demum recognita & locupletata, auctore ‖ D. Petro Canisio, Societatis Iesv Theologo, ‖ vt ex eius noua Præfatione constabit. ‖ *Acceßit huic recognitioni auctoritas, decretum & priui-* ‖ *legium Ferdinandi Imp. & Philippi Regis Hisp.* ‖ [*Insigne S. I. v. pg. 176*, sign. Plant. g*] ‖ ANTVERPIAE, ‖ Ex officina Christophori Plantini. ‖ M. D. LXVII. ‖ CVM PRIVILEGIO.
Reliqua plane concordant cum editione G 2, excepto:

Y 8v ANTVERPIAE, EXCVDEBAT CHRI- ‖ STOPHORVS PLANTINVS, AN. ‖ M. D. LXVII POSTRID. KAL. IVN.

Londini MUS. BRIT.; Luxemburgi B. NAT.; Matriti B. NAT.; Soest ARCH. URB. BR V, 825 n. 878; SV II, 623

G 4'

Fol. A1r SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANÆ PER ‖ QVAESTIONES LVCVLEN- ‖ TER CONSCRIPTA, ‖ Nunc demum recognita & locupletata, auctore ‖ D. Petro Canisio, Societatis Iesv Theologo, ‖ vt ex eius noua Præfatione constabit. ‖ *Acceßit huic recognitioni auctoritas, decretum & priui-* ‖ *legium Ferdinandi Imp. & Philippi Regis Hisp.* ‖ [*Signum typogr. b ut in G 2.*] ‖ ANTVERPIAE, ‖ Ex officina Christophori Plantini. ‖ M. D. LXVII. ‖ CVM PRIVILEGIO.
Reliqua plane concordant cum editione G 4.

Exemplar vidi Aroviae (Helvet.) B. CANT.; Herbipoli B. OFM. BR V, 825 n. 878

G 5

Fol. A 1r SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANÆ PER ‖ QVÆSTIONES LV- ‖ CVLENTER CON- ‖ SCRIPTA, ‖ Nunc demum recognita & locupletata, auctore ‖ D. Petro Canisio, Societatis Iesv Theologo, ‖ vt ex eius noua Præfatione constabit. ‖ *Acceßit huic recognitioni auctoritas, decretũ et priui ‖ legium Ferdinandi Imp. & Philippi Regis Hisp.* ‖ [*Signum typogr. b ut in G 2.*] ‖ ANTVERPIÆ, ‖ Ex officina Christophori Plantini. ‖ M.D.LXIX. ‖ CVM PRIVILEGIO.
Reliqua plane concordant cum editione G 2, excepto:
Y 8v ANTVERPIAE, EXCVDEBAT CHRI- ‖ STOPHORVS PLANTINVS, AN. ‖ M.D.LXIX. V. IDVS MARTII.

Antverpiae Mus. Plant.; Cracoviae B. Un.; Darmstadii B. Publ.; Ducumburgi (Austr.); Eremit. coenobio (Helvet.); Friburgi (Br.) B. Un.; Limburgi ad Laganam B. Sem.; Monachii B. Un.; Oeniponte B. Coll. SI.; Pragae B. Strahov.; Romae B. Vat.; Treveris B. Urb.; Vindobonae B. Nat.; Vratislaviae (Breslau) B. Un. Br VI, 677; Sv II, 624

G 6

Fol. *1r SVMMA ‖ DOCTRINAE ‖ CHRISTIANAE PER ‖ QVAESTIONES LVCV- ‖ LENTER CONSCRI- ‖ PTA, ‖ Nunc demum recognita & locupletata, auctore ‖ D. Petro Canisio, Societatis Iesv Theologo, vt ‖ ex eius noua Præfatione constabit. ‖ *Acceßit huic recognitioni auctoritas, decretum & priuile- ‖ gium Ferdinandi Imp. & Philippi Regis Hisp.* ‖ [*Insigne societatis Iesu, vide pag. 173**] ‖ CVM LICENTIA. ‖ Salmanticae Excudebat Mathias Gastius. ‖ M.D.LXX. ‖ *Impensis Gasparis à Portonarijs.* ‖ Esta tassado en [real y medio].[1]

*1v *Vacuum.*
*2r Licencia *Matriti 21. Nov. 1569 a Philippo II. Gaspari de Portonariis,* mercader de libros vezino de Salamanca, *concessa.*
*3r *Chr. Plantini litterae dedicatoriae ad Philippum II. 12. Junii 1566 datae.*
*5r *Canisii litterae dedicatoriae ad Colonienses a. 1566 datae, ut in G 1.*
*8r Exemplum edicti caesarei *a. 1560 Viennae* [*Austriae*] *dati.*
**2v Exemplum edicti regis Philippi *Bruxellae 1557 dati.*
**4v Quod Iesu Christo semper gratum *etc., ut in G 1.*
1r *Summa doctrinae christianae.*
73r Iustus pro iniustis mortuus. 1 Petr. 3, *18.*
Imago: Christus defunctus in gremio matris Mariae.
Ut peccatis mortui iustitiae vivamus. Ibidem 2, *24.*
123v *Vacuum.*
124r Index totius libelli.
125r Carmen *ut in G 1.*
126r Appendix de hominis lapsu et iustificatione *ut in G 1.*
R 8r Index *alphab.* materiarum.
S 8v *SALMANTICÆ. ‖ Typis Mathiæ Gastij. ‖ Anno 1570.*

8° 135 fol. num. + 12 non num. in initio + 9 in fine. Sign. *3 [= 2] — **3; A — S 5.
Hamburgi B. Urb.; Matriti B. Nat. et S. Isid.; Salmanticae B. Un. Br VI, 694; Sv II. 624

H 1

Pag. [1] SVMMA ‖ DOCTRINÆ ‖ CHRISTIANÆ, ‖ EX ‖ POSTREMA RECOGNI- ‖ tione Doctoris Petri Canisii, ‖ Societatis Iesv Theologi. ‖ [*Signum typogr. b ut in G 2.*] ‖ ANTVERPIÆ, ‖ Ex Officina Christophori Plantini, ‖ Typographi Regij. ‖ M.D.LXXI.
[2] Summa privilegii *Philippi II. regis Chr. Plantino a. 1566 dati, ut in G 2.*
[3] *Plantini litterae dedicatoriae a. 1566 ad Philippum II. datae, ut in G 2.*

[1] *Quae uncis includuntur, ubique manu scripta sunt. In aliis exempl. legitur loco Gasparis „Vincentii".*

Pag. [8] *Canisii litterae dedicatoriae ad Colonienses a. 1566 datae, ut in G 1.*
[13] Exemplum edicti Caesarei *Viennae* [*Austriae*] *a. 1560 dati.*
[17] Exemplum edicti regis Philippi *Bruxellis a. 1557 dati.*
[20] Catalogus Patrum et Conciliorum.
[27] Index totius libelli.
[29] Quod Iesu Christo semper gratum *etc., ut in G 1.*
30 *Summa doctrinae christianae.*
226 Iustus pro iniustis mortuus, ut peccatis mortui, iustitiae vivamus 1 Petr. 3, *18.*
Imago ligno incisa: Christus medius inter duos latrones e cruce pendens.
Ad Titum 2, *14.* Qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.
361 Index totius libelli.
363 Ad christianum lectorem operis totius summa.

Si iuvat huius opes breviter cognoscere libri
Quidque tibi hoc tradat, candide lector, opus:
Indicis in morem paucis ego cuncta docebo,
Sic animo forsan tu meliore leges.
In fontes se tota duos doctrina piorum
Diducit, fluvius plurimus unde fluit.
Occupat alta locum merito Sapientia primum,
Iustitiam comitem dux habet alta piam.
Illa fidem, fidei divinaque symbola monstrat,
Quamque bonis animis Spes rata praestet opem.
Sollennemque precem Domini, Mariaeque salutem,
Quantaque sit dono vis in utroque docet:
Quantus et ille, Deo carum qui reddit amantem,
Nomen et inde novum qui sibi fecit, Amor:
Quae praecepta dedit Lex, atque Ecclesia sancta:
Explicat et septem mox Sacra Christe tua.
His omnis sese Sapientia partibus explet:
Iustitiae fugere est impia, recta sequi.
Ergo prius fugienda notat capitalia septem
Criminia, quae meritae nomina mortis habent.
Post aliena locat classi peccata secundae,
Quae tangunt aliquo pectora nostra modo.
Tertius ordo capit graviora piacula, sanctum
quae laedunt numen Spiritus alme tuum.
Quartus habet tandem ex imis clamantia terris
Flagitia in caelum, vindice digna Deo.
Vitatisque malis, quae sunt bona rite sequenda,
Noveris in triplex omnia secta genus:
Huc recidunt opera illa, quibus miserescimus aegri
Mortales, aliis auxilioque sumus.
Cardineis subit instructum virtutibus agmen,
Volvitur hoc veluti cardine nostra salus.
Donaque succedunt cum sanctis fructibus, almus
Spiritus afflatu, quos alit ipse suo:
Pignora, quae vitae mortales certa beatae
Accipiunt animos dum sua membra gravat:
Consilia et vitae melioris regula certa,
Veridico Christus, quae dedit ore pius.
Quattuor humanae decreta novissima genti,
Hunc certo claudunt denique fine librum.
Ergo erit in votis tibi, si Sapientia vera;
Iustitiae servans, si pie lector eris.
Huius crede libri te iam documenta tenere
Cuncta, Deo laudem perpetuamque dabis.

364 Iesu Christo crucifixo *etc., ut in G 1.*
365 Appendix de hominis lapsu et iustificatione.
Fol. b 5^{r} Auctoris confessio, *cf. pg. 207.*
b 7^{r} Index *alphab. rerum.*

8^{0} 392 pag. num. + 24 non num. in fine. Sign. A 2—Z 5, a—c 5.

Antverpiae Mus. Plant.; Berolini B. Publ.; Cracoviae B. Un.; Matriti B. Nat.; Mechliniae B. Sem.; Mediolani B. Nat.; Paderbruni B. Sem.; Schwaz (Tiroli) B. OFM.; Studgardiae B. Publ.; Tiguri B. Cant.; Treveris B. Urb. Br VI, 703 n. 1050; Sv II, 624

H 2

Pag. [1] svmma ‖ DOCTRINÆ ‖ christianæ, ‖ ex ‖ postrema recogni- ‖ tione Doctoris Petri Canisii, ‖ Societatis Iesv Theologi. ‖ [*Signum typogr. b ut in G 2.*] ‖ antverpiae, ‖ Ex officina Christophori Plantini, ‖ Architypographi Regij. ‖ m. d. lxxiiii.
Reliqua concordant cum editione H 1.

Antverpiae Mus. Plant.; Aquisgrani B. Urb.; Berolini B. Publ.; Bruxellis B. Boll.; Coloniae B. Urb.; Darmstadii B. Publ.; Eystadii B. Sem.; Györ (Raab Hung.) B. Gym.; Limburgi ad L. B. Sem.; Lipsiae B. Un.; Londini Mus. Brit.; Lovanii B. Coll. SI.; Matriti B. S. Isid.; Mechliniae B. Sem.; Mediolani B. Nat. (Brera); Mogontiaci B. Sem.; Monachii B. Un.; Monasterii Westph. B. Sem.; Paderbruni B. Sem.; Pragae B. Strahov.; Tirlemont B. OPr.; Treveris B. Urb.; Tubingae B. Un.; Upsalae B. Un.; Vindobonae B. Scot.; Vratislaviae B. Un. Zwettl. Br VII, 698 n. 1156$_{1}$; Sv II, 624

H 3

Pag. [1] SVMMA ‖ DOCTRINÆ ‖ CHRISTIANÆ, ‖ EX ‖ POSTREMA RECOGNI- ‖ tione Doctoris PETRI CANISII, ‖ Societatis IESV Theologi. ‖ [*Signum typogr. b ut in G 2.*] ‖ ANTVERPIAE, ‖ Ex officina Christophori Plantini, ‖ Architypographi Regij. ‖ M.D.LXXX.
Reliqua concordant cum editione H 1.

Antverpiae MUS. PLANT.; Coloniae B. SEM. et URB.; Cracoviae B. UN. et OSA.; Darmstadii B. PUBL.; Friburgi (Br.) B. UN.; Lambaci B. OSB.; Lentiae (Linz, Austr.) B. SEM.; Lipsiae B. UN.; Monachii B. PUBL.; Pragae B. STRAHOV.; Regiomonti B. UN.; Treveris B. URB.; Tubingae B. UN. BR VII, 819 n. 1246; SV II, 625

H 4

Subiungit tertiam in deitate personam, Spiritum sanctum, qui ex Patre Filioque procedens unus cum utroque sicut verus, aeternus et aequalis Deus existit, ita eadem fide parique cultu et honore, ut illum quoque prosequamur necesse est. Hic ille ‚paracletus et doctor veritatis,' qui corda credentium illustrat, purificat, sanctificat et in omni sanctitate confirmat. Hic est, qui et „adiuvat infirmitatem nostram" et ‚singulis, prout vult, varias donationes suas distribuit impertitque.'

16 **Quid addit articulus nonus?** *18* 10r

Ostendit ecclesiam, id est cunctorum christifidelium congregationem, pro qua Christus in carne cuncta et fecit et pertulit eamque primo ‚unam esse in fide' fideique doctrina

A **1** vi] via $E<6.8$ **16** opere] aperte $D5$ **42** nostra $E2.7$
B **1** scrutator] servator $D5E2.7$ **4** malum] ab illo *add.* $A2BCEF$ recipiat] sit recepturus $A3D$ **24** in *om.* $F1$-3 **34** Hic] est *add.* $E6$ **44** eam $E6$

A **4** Col. 1,18 **12** 1 Cor. 15,16.17.20 **20** *sq.* Act. 1,3.9 **24** Eph. 1,20 *ssq.* Marc. 16,19 **28** Hebr. 5,9 **30** Joh. 15=*14*,2 **36** sq. Ps. 61,13 **38** Matth. 16,27 25,31-46 **40** 1 Thess. 4,14-16
B **2** ssq. 1 Cor. 15=2 *Cor.* 5,10 **10** sq. Joh. 14,6 **13** ssq. Tit. 2,11 *ssq.* **23** ssq. Eph. 2,10 **30** *Ps.* ATHANAS. in symb. *PG 28*, 1584 *form. I.* **34** sq. Joh. 14,16.17,26; 16,7 *ssq.* 13 *ssq.* **37** sq. Rom. 8,26 **38** sq. 1 Cor. 12,7-11 **45** Cant. 4=6,8 Eph. 4,5

et administratione sacramentorum. Secundo esse sanctam, quia tum a ‚Christo capite suo sanctificatur' tum ‚a Spiritu sancto usque gubernatur.' Tertio esse catholicam, id est universalem, adeo ut omnes omnium temporum locorumque homines, qui modo in Christi fide ac doctrina conveniunt, uno quasi materno sinu excipiat, concludat ac servet. Quarto esse in [10v] eadem ecclesia sanctorum communionem, ‖ ut qui in ecclesia veluti domo Dei familiaque versantur, societatem quandam inter se et unionem servent individuam, et ‚sicuti unius corporis membra se invicem iuvent mutuis officiis, meritis et orationibus.' Apud hos est unitas fidei, doctrina consentiens, conformis usus sacramentorum, qui etiam „solliciti sunt servare unitatemSpiritus in vinculo pacis." Extra quam communionem (sicut extra Noë arcam) nulla omnino salus mortalibus, non Iudaeis aut ethnicis, qui fidem ecclesiae nunquam receperunt, non haereticis, qui receptam deseruerunt vel corruperunt, non schismaticis, qui pacem et 11r unitatem ecclesiae ‖ reliquerunt, nec demum excommunicatis, qui qualibet alia gravi de causa id meruerunt, ut ab ecclesiae corpore ceu pernitiosa quaedam membra praescindantur separenturque. Atque istiusmodi omnes, quoniam ad ecclesiam eiusque sanctam communionem non pertinent, sane divinae gratiae et salutis aeternae non possunt esse participes, nisi ecclesiae, a qua suo illi vitio sunt semel avulsi, primum reconcilientur atque restituantur. Certa est enim CYPRIANI et AUGUSTINI regula: Non habebit Deum patrem, qui ecclesiam noluerit habere matrem.

17 **Quid proponit articulus decimus?** *19*

[11v] ‚Remissionem peccatorum' quae in catholica duntaxat ecclesia virtute dominicae passionis confertur. Ea nobis per ecclesiae sacramenta donatur et accipitur, ut proinde nulli quantumvis facinoroso, quem modo peccatorum suorum poeniteat, diffidendum sit unquam de parata sibi gratia et exposita misericordia Dei.

18 **Quid habet undecimus articulus?** *20*

Carnis resurrectionem, quae in novissimo die bonis malisque continget, quando „ante Christi tribunal" in carne cuncti apparebimus, ut recipiat unusquisque „prout ‖ gessit" in 12r corpore suo „sive bonum sive malum" - „Et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii" et „in supplicium aeternum."

19 **Quis est postremus articulus?** *21*

Is est, qui ostendit bonis vitam aeternam esse propositam, quae ab omni malorum sensu et metu procul absit et coelestibus abundet sine fine delitiis. Unde Christus: „Nolite timere pusillus grex" inquit „quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum." De quo et in extremo iudicii die dicet electis: „Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi." Adiicitur demum [12v] clausula isthaec ‚Amen' ut fidei et confessionis huius christianae testimonium apud nos indubitatum esse ac solidum demonstretur.

20 **Quae est summa omnium symboli articulorum?** *7*

Corde credo et ore simul confiteor dominum Deum, quo nihil aut maius aut sapientius aut melius potest excogitari, eundem et unum in essentia seu natura divina et trinum in personis esse, utpote Patrem et Filium et Spiritum sanctum, ita ut „hi tres unum" sint, unus, verus, aeternus, immensus et ‖ in- 13r comprehensibilis Deus: ‚Ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia." Huic sanctissimae simul et individuae Trinitati respondent partes symboli tres praecipuae: prima de creatione, secunda de redemptione, tertia de sanctifica-

A **8** servet] salvet *ABCDEF* **23** nec demum] postremo neque *ABCDEF* **26** abscindantur *E*6 separanturque *E*4.8 **42** sq. quem — poeniteat] (modo cum — poeniteat) *E*6

B **11** praecedent *C*5 **18** sq. coelestibus — delitiis] coelestibus sine fine gaudiis abundet *ABCDEF* **26** huius *om. D* **36** et Spiritum] Spiritum *D*3-5 ut *om. E*6 **37** unus *om. D*

A **2** sq. Eph, 5,23.26 **3** Joh. 14,26 16,13 **4** Marc. 16,15 **5** sq. Act. 1,8 **9** Eph. 4,12.13.16 Ps. 118,63 **10** 1 Tim. 3,15 **11** 1 Joh. 1,3.7 **12** ssq. Rom. 12,4 1 Cor. 12,12 Eph. 4,2 **16** sq. Ibid. 4,3 **18** Gen. 7,23 **25** ssq. Matth. 18,6.17 1 Cor. 5,3-5.9 **33** sq. CYPRIAN. de simpl. praelat. *c.* 6,8,13,14,17,19,23 *PL 4*, 503A 506A 510A *sq.* 511A 513A 515A 517B *sq.* (519A 521C *sq.* 526A 527A 529B 531A 534A): *CV 3/I*, 214 217 222 223 226 227 231 — *Ps.* AUGUST. de symb. li. 4 *c.* 13 *PL 40*, 668C **38** Luc. 24,47 **42** sq. Act. 2,38 Joh. 20,23 Ez. 18,21 1 Tim. 2,4-6

B **6** Job 19,25 *sq.* 1 Cor. 15,51 *sq.* **7** ssq. 2 Cor. 5,10 **11** ssq. Joh. 5,29 **13** Matth. 25,46 **19** ssq. Luc. 12,32 **22** ssq. Matth. 25,34 **36** 1 Joh. 5,7 *sq.* **38** sq. Rom. 11,36

tione. Deus Pater conditor universorum, Deus Filius redemptor hominum, Deus Spiritus sanctus ecclesiae seu christifidelium sanctificator, custos et rector.

21 **Estne satis christiano ea sola** *22* **credere, quae complectitur symbolum?**

Primum ea quidem, quae symbolo traduntur, [13v] cuivis credenda et ‖ aperte profitenda sunt. Secundo et illa, quae simul universa scriptura divina seu canonica complectitur. Tertio itidem, quae partim ex symboli articulis, partim ex scripturis eisdem velut fontibus rite deducuntur. Quarto et illa pro sacrosanctis habenda firmissimaque fide retinenda sunt, quae Spiritus sanctus credenda nobis revelat pronuntiatque per ecclesiam. Circa haec enim omnia fides christiana versatur, qua demum certo et citra haesitationem ullam credimus, quaecunque a Deo salutis nostrae causa revelata sunt et adhuc revelari possunt ecclesiae, sive scripto illa sive vivae vocis traditione nobis‖commendentur. Qua de re postea dicetur 14r fusius, cum ad ecclesiae praecepta ventum erit.

A **4** erector *C* 4.5 **9** profitenda] proficienda *D* 5

B **1** deducantur *E* 4.6.8 **9** et adhuc revelari possunt *om. ABCDEF*

A **10** 2 Petr. 1,19 *sq.* **11** sq. TERTULL. de praescript. haeret. *c.* 17-22 *PL* 2,30 A-35 A (35 A-41 A)

B **2** ssq. VINCENT. LIR. c. novat. *PL 50,* 639 C *ssq. n.* 2 **5** Matth. 18,17 1=2 Tim. 3,15 *sq.* **9** Joh. 16,12 *sq.* **10** 2 Thess. 2,14 1 Joh. 2,7

CAPUT SECUNDUM.

1. DE SPE ET ORATIONE DOMINICA.

22 **Quid est spes?** *23*

Virtus est divinitus infusa, per quam certa cum fiducia nostrae salutis et aeterna vitae bona expectantur. Cuiusmodi quidem expectatio primum ex magnitudine gratiae per Christum nobis partae et exhibitae, deinde vero [14v] ex testi- ‖ monio conscientiae ac voluntatis bonae, qua Dei gratiae cooperamur, provenit, ut sectatores etiam non ignavi simus bonorum operum, ‚quae Deus praeparavit, ut in illis ambulemus" - ‚certamque vocationem et electionem nostram per ea ipsa faciamus.'

23 **Quae sunt nobis speranda?** *25*

Proprie quidem et praecipue bona illa regni coelestis, quae nos vere beatos faciunt; generatim autem quaecunque recte desiderantur vel petuntur a Deo, in eum modum scilicet, quem dominica nobis commendat oratio.

24 **Quae summatim in dominica** *27* **oratione tractantur?** 15r

Septem in ea petitiones proponuntur, ad quas referri omnes omnium orationum species et formae possunt ac debent, sive pro expetendis bonis sive pro delendis peccatis sive pro avertendis malis divinam opem imploramus. In prioribus autem tribus petitionibus aeterna poscuntur; in reliquis quatuor temporalia, quae tamen propter aeterna consequenda sunt nobis necessaria.

25 **Recita per partes orationem** *26* **dominicam.**

„Pater noster, qui es in coelis,
I. Sanctificetur nomen tuum. [15v]
II. Adveniat regnum tuum.
III. Fiat voluntas tua, sicut in coelo et in terra.

A **10** gratia *E*<6 **11** sq. etiam — operum] etiam bonorum non ignavi simus operum *Cx*

B **3** in dominica] dominica *C* 5 **7** possunt ac *om. ABCDEF* **9** imploremus *E* **11** quatuor] etiam *add. ABCDEF*

A **4** ssq. 1 Cor. 13,13 Rom. 5,2.5 Tit. 2,13 1 Petr. 1,3 *sq.* **9** 2 Cor. 1,12 1 Joh. 3,2 *sq.* **10** 1=2 *Cor. 1,6 sq.* **11** Tit. 2,7 **12** sq. Eph. 2,10 **13** sq. 2 Petr. 1,10 **17** Matth. 6,33 1 Petr. 1,3 *ssq.* **19** sq. Marc. 11,24 **21** Luc. 11,2-5

B **5** ssq. AUGUST. Ench. c. 115 *PL 40,* 285 D ssq. **17** ssq. Matth. 6,9-13

IIII. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
V. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
VI. Et ne nos inducas in tentationem.
VII. Sed libera nos a malo. Amen."

26 Quid sibi vult initium orationis: Pater noster, qui es in coelis? 28

Praefatiuncula est et nos memores reddit
16r summi beneficii, quo ‖ Deus Pater in coelis perfectissime regnans ‹nos hic recipit in gratiam et propter Christum Filium in suos quoque filios et regni coelestis haeredes per Spiritum sanctum adoptavit.' Quae tanti beneficii memoria non solum attentionem excitat, sed etiam ad redamandum Patrem provocat filios, ad orandum vero impetrandumque auget fiduciam.

27 Quis est sensus primae petitionis? 29

In nobis et aeque in omnibus aliis promoveri semper et augeri petimus, quicquid ad gloriam summi optimique Patris nostri spectat.
[16v] Id vero fit maxime, quum verae fidei ‖ confessio et christianae vitae conversatio suam in nobis vim exerit, ut inde alii quoque ‹glorificent Patrem."

28 Quid continet secunda petitio? 30

Petimus, ut solus Deus per gratiam et iustitiam regnet in ecclesia sua, imo et in mundo universo, eiectis demum hinc adversariis potestatibus et cupiditatibus malis omnibus, quoad fieri potest. Rursum hic optamus et precamur, ut ex hoc mundo veluti e gravi peregrinatione militiaque vocati quamprimum transferamur ad regnum gloriae et foelicitatis aeternae, ut cum Christo in sempiternum regnemus.

29 Quid includit tertia petitio? 31

17r Rogamus, ut sicut in coelo angeli et beati omnes ita nos quoque in terris, quamvis fragiles, exactam Deo praestemus obedientiam nihil habentes prius, quam ut divinae voluntati subiiciamur et conformemur per omnia sive in prosperis sive in adversis.

30 Quid habet quarta petitio? 32

Ab omnis boni autore ac fonte uti ‹pauperes et mendici' desideramus, quae ad vitam hanc corporis quotidie sustentandam sunt satis, ut victum scilicet ac vestitum. Praeterea, quae ad vitam animae promo- ‖ vendam [17v]
faciunt, hic expetimus veluti ‹verbum Dei' animae pabulum efficax, sacrosanctam eucharistiam caeteraque salutifera ecclesiae sacramenta, quae pascunt, curant et confortant hominem interiorem.

31 Quo pacto intelligitur quinta petitio? 33

Hic petimus a labe peccati, quo nihil foedius, nihil animae pestilentius est, clementer expurgari et ea ipsa, quae peccando contraximus, debita relaxari. Addita vero est conditio, ne alioquin precatio frustranea esset, nos videlicet vindictae cupiditatem deposuisse, cum proximis in gratiam rediisse et cuivis ex animo ‖ noxam omnem condonasse. Hoc est, 18r
quod alibi dixit Veritas: ‹Dimittite et dimittetur vobis.' Et iterum: ‹Si non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis debita vestra.'

32 Quid continet sexta petitio? 34

Quoniam praesens haec ‹vita perinde ac militia est super terram,' dum variis tentationibus semper impugnamur a mundo, carne et satana, idcirco pie solliciti divinam imploramus opem, non modo ne succumbamus hisce adversariis atque succumbendo damnemur, sed etiam ut ‹satanae resistamus fortiter' contemnamus mundum, castige- ‖ mus carnem atque ita [18v]
demum ‹coronemur' ut invicti milites Christi.

33 Quid est in septima et postrema petitione? 35

Precamur ad extremum, ut huius saeculi calamitatibus, quibus exercentur etiam pii, non

A **6** Amen *om. C* 3-5

B **29** sq. debita] peccata *E*

A **12** ssq. Rom. 8,15. 17 Gal. 4,5-7 **23** ssq. 1 Cor. 10,31 **28** sq. Matth. 5,16 **32** sq. Rom. 5,21 **37** sq. 1 Petr. 2,11 **38** Job 7,1 **40** Rom. 8,17 Matth. 25,34 **44** Ps. 102,20

B **1** sq. 1 Petr. 4,2 Matth. 26,39.42.44 **6** Jac. 1,17 **6** sq. Ps. 39,18 **7** ssq. Prov. 30,8 **9** 1 Tim. 6,8 **11** Matth. 4,4 **12** Joh. 6,50-59 **27** sq. Luc. 6,37 **28** ssq. Matth. 6,15 **33** sq. Job 7,1 **34** sq. Jac. 1,12-15 **35** Gal. 5,17 Eph. 6,12 1 Joh. 2,16 **39** Jac. 4,7 1 Petr. 5,9 **41** 2 Tim. 2,5 **46** Tob. 2,12

sinat nos Deus perdi et ‚everti' cum impiis, sed ut benignitate sua nos liberet ac tueatur, quatenus saluti nostrae congruit, ab omni malo tum corporis tum animae sive in hac vita sive in futura. Claudimus totam precationem hac una voce Amen, ut comprobemus nostram in orando simul et impetrando fiduciam tum propter Christi promissionem:
19r ‚Petite' ‖ inquit ‚et accipietis' tum propter Patris erga nos immensam clementiam et propensam in omnes misericordiam.

34 Quae est summa orationis dominicae? 36

Formulam absolutam continet non solum orandi ac postulandi bona, verum etiam deprecandi itidem ac fugiendi mala quaelibet. Inter bona vero primum est illud expetendum, ut Pater coelestis ab omnibus semper et ubique glorificetur; deinde vero, ut illius regni participes efficiamur, tum ut ea nobis media suppetant, quibus ad regnum Dei commode pervenitur, ‖ ut est ex parte animae quidem [19v] nostrae voluntati divinae nos conformare, ex parte vero corporis victum habere necessarium. Adduntur secundo loco, quae ad mala depellenda rite postulantur, in primis quidem, ut absint peccata, bonorum omnium corruptelae, tentationes itidem, quae nos ad peccata impellant ac pertrahant; ad extremum vero deprecamur calamitates sive praesentis sive futurae vitae. Reliqua de oratione in eum reservabuntur locum, quo bonorum operum genera triplicia declarabuntur.

A **1** nos] non *C*4 *B* **2** ab] ac *Cx* **13** ac] hac *E*5

A **1** Eccli. 27, 4 *ssq.* **2** 1 Tim. 2, 4. 15 **9** Luc. 11, 9 Rom. 10, 13 1 Tim. 2, 1. 2. 8 **10** sq. Ez. 18, 21-24. 27. 30 **13** *Ps.* AUGUST. ser. 182 de temp. *PL 39*, 1867 B-1870 A *app. ser.* 64

20r 2. DE SALUTATIONE ANGELICA.

35 Cur deiparam virginem salutamus? 38

Primum evangelicis verbis et exemplis permoti id faciamus, quando nos sic docent afflati divino Spiritu magnus Gabriel archangelus et praecursoris Domini mater sancta Elisabeth. Deinde confirmat nobis hanc salutandi formulam usus et consensus ecclesiae perpetuus, quem sancti patres et maiores in hunc usque diem religiosissime observarunt.

[20v] 36 Quem fructum ex hac salutatione consequi possumus? 39

His verbis admonemur summi beneficii, quod per Mariam deiparam aeternus Pater inchoare voluit in Christo et mundo ad redimendum genus humanum exhibere. Quare post pia vota, quae in precatione dominica Deo commendavimus, hic acceptae per Christum gratiae memores non modo Christi matrem, sed etiam Deum Patrem in eadem virgine deipara laudamus et collaetantes angelis dicimus: „Ave" Maria, „gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus" - „et benedictus fru- ‖ ctus ventris tui" Iesus Christus; sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus. Amen. 21r

37 Quis est horum verborum sensus? 40, 41

Primum iure gratulamur et gratulando praedicamus eam, quae nobis Evam alteram praestitit, dum vae maledictionis, quod illa prior mundo intulit, haec partu suo ter foelici non sustulit modo, sed etiam maledictionem filiorum Adae vertit in benedictionem perpetuam.

„Gratia plena." Talibus namque decebat virginem oppignorare muneribus, ut esset gratia plena, quae reddidit coelis gloriam, terris ‖ Deum pacemque refudit, fidem gentibus, [21v]

A **8** conformat *D*5 **11** hanc *E*<2.7 in diem *D*2 **16** per *om. D* **18** Quare] Quasi *E*2.7 **20** commendamus *D*2-5
B **2** in *om. D*5 **6** Christus *om. E* **12** congratulamur *Cx*

A **4** Luc. 1, 28. 42
B **3** Ps. 150, 1 **4** ssq. Luc. 1, 28. 42 **7** Ex tradit. eccl. **13** Gen. 3, 15 *sq.* 20 IRENAEUS *adv. haer.* li. 3. *c.* 21, 22 *PG 7*, 954 C *ssq.* 958 B *ssq. n.* 4 **18** HIERON. *ep.* 22, *ad Eustoch. PL 22*, 406 B 408 B *n.* 19, 21: *CV 54*, 169 173 INNOCENT. III. *ser.* 28 de assumpt. *b. Mariae PL 217*, 581 B *ssq.* 584 C *sq.* — AMBROS. *in Luc.* 1 *li.* 2 *n.* 9 *PL 15*, 1556 A (1636 B): *CV 32/IV*, 45 *sq.*

finem vitiis, vitae ordinem, moribus disciplinam; breviter, talis Maria fuit, ut eius unius vita omnium disciplina sit.

„Dominus tecum." Tecum in corde, tecum in ventre, tecum in utero, tecum in auxilio, tecum ante partum, in partu et post partum, quia et „virtus" Patris „obumbravit tibi et Spiritus sanctus supervenit in te"-„et Verbum caro factum" ex te ‚processit, tanquam sponsus de thalamo suo.'

„Benedicta tu in mulieribus," quia virginitate sponsa simul et foecunditate mater existis, quam proinde summo iure ‚beatam dicunt
22r semperque dicent ‖ omnes generationes.' Mulier tota pulchra et immaculata, virgo ante partum, in partu et post partum, semper incorrupta, ab omni peccati labe libera, super coelos omnes exaltata, quae nec minus vivificando profuit, quam infoelix Eva obfuit mortalibus occidendo.

„Et benedictus fructus ventris tui" Iesus Christus ut qui ex Maria ‚radice velut flos ascendens' et ipse quodammodo terrae fructum se praestitit et aeternae salutis fructum ita membris suis sicut vitis palmitibus succum et vigorem suppeditat. Vere „beatus venter, qui portavit" et edidit mundo salvatorem.
[22v] Vere beata viscera, ‖ quae de coelo plena Filium Dei lactaverunt. Et additur demum ab ecclesia: sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus. Quippe sanctorum patrum vestigiis insistentes, praeterquam quod laudabilem et admirabilem illam virginem, quae „sicut lilium" est „inter spinas," salutamus, eandem praeterea virtute Dei auctam esse tanta credimus atque profitemur, ut possit prodesse, favere, annuere miseris mortalibus, dum hi praesertim se suaque vota illi ex fide commendant ac divinam gratiam gratiosae matris intercessione supplices ambiunt.

Chrysostomus: Ut vere ‖ dignum et iustum 23r
est glorificare te deiparam et semper beatissimam et penitus incontaminatam matrem Dei nostri, honoratiorem Cherubin et gloriosiorem incomparabiliter Seraphin, quae citra corruptionem Deum peperisti, vere deiparam te magnificamus.

Ambrosius: Sit nobis tanquam in imagine descripta virginitas vitaque beatae Mariae, de qua velut speculo refulget species castitatis et forma virtutis. Quid nobilius Dei matre, quid splendidius ea, quam splendor elegit, quid castius ea, quae corpus sine corporis contagione generavit?

Augustinus: Sancta Ma- ‖ ria, succurre [23v]
miseris, iuva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto foemineo sexu, sentiant omnes tuum levamen, quicunque celebrant tuum nomen. Neque enim dubium, quae meruit pro liberandis proferre pretium, posse plus omnibus liberatis impendere suffragium.

Bernardus: Virgo regia ipsa est via, per quam Salvator advenit, „procedens" de ipsius utero, „tanquam sponsus de thalamo suo"; per te accessum habeamus ad Filium, o benedicta inventrix gratiae, genitrix vitae, mater salutis, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis.

A **8** superveniet *D* 4.5 **12** existis] et *add. E* 6 **22** Christus *om. E* **23** ascendes *C* 3-5 **28** viscera] ubera *B* 3
B **1** profiteamur *Cx* **5** supplicis *D*<*4.5* ambiunt] expetunt *ABCDEF* **6** et *om. F* 1.2
22 intercede] interveni *B* 6 **24** levamen] iuvamen *E* 5.6

A **4** *Ps.* August. *ser.* 2 *de annunt. PL 39,* 2105 A *app. ser.* 194 *(al.* 18*) n.* 1 **7** sq. Luc. 1, 35 **8** sq. Joh. 1, 14 **9** sq. Ps. 18, 6 **11** Chrysol. *ser.* 140 *et* 143 *de annunt. PL 52,* 576 B 584 A **13** sq. Luc. 1, 48 **15** ssq. Hieron. c. Helvid. *PL 23,* 183-206 (193-216) — August. de nat. et gr. *c.* 36 *PL 44,* 267 C *n.* 42: *CV 60,* 263 *sq.* **22** sq. Is. 11, 1 **25** Joh. 15, 5 **26** sq. Luc. 11, 27 **34** Cant. 2, 2

B **6** ssq. *Ps.* Chrysost. in liturg. *PG 63,* 917 A Me *76, sed deest „Ave Maria"* **13** ssq. Ambros. de virginitate = *de virginibus* li. 2 *c.* 2 *PL 16,* 208 C 209 A 210 D (220 A *sq.* 222 B) *n.* 6, 7, 15 **20** ssq. *Ps.* August. ser. de assumpt. Virg. = *de annunt. Dom. PL 39,* 2107 A *app. ser.* 194 *n.* 7 **28** Bernard. de laud. Mariae: *s. missus est PL 183,* 70 D *sq. n.* 17: *XB I/1,* 52 *ho.* 2 — *Ser.* 2 *de Adv. PL 183,* 43 A *sq. n.* 5: *XB I/1,* 14 — *Ser. infr. Oct. assumpt. b. Mariae PL 183,* 429 C-430 D 431 C *sq.* 433 A *sq.* 438 C *n.* 1, 2, 4, 5, 7, 15: *XB I/2,* 576 *sq.* 578 *sq.* 580 587; *Ser. de nat. b. Mariae PL 183,* 441 A-442 A 448 A *sq. n.* 6-8, 18: *XB I/2,* 591 *sq.* 599 **29** sq. Ps. 18, 6

24r

CAPUT TERTIUM.

1. DE CHARITATE ET DECALOGO.

38 Quid est charitas? 43

Syncera dilectio, qua Deus propter se diligitur et proximus propter Deum. Diligendus enim praecipue est Deus in omnibus et super omnia et propter se solum, ut qui summum aeternumque bonum est, quod solum nostros explet animos, cuius amor et honor, nisi plane simus ingrati, nostrae tum voluntatis tum actionis omnis initium et scopus esse debet. Deinde propter [24v] Deum amandus proximus, hoc est: omnis homo, quod inter nos omnino simus proximi, secundum eiusdem scilicet humanae naturae nec non divinae acceptae gratiae communionem.

39 Quot sunt charitatis praecepta? 44

Duo quidem summaria: Primum de diligendo Deo, sic in veteri novaque lege propositum: „Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et in tota mente tua et ex omnibus viribus tuis. Hoc est primum et maximum mandatum. Secundum 25r autem simile est huic: dili- ges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus praeceptis universa lex pendet et prophetae" inquit ipsa Veritas. Et rursus per Apostolum: „Plenitudo legis est dilectio" et „finis praecepti est charitas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta."

40 Quo indicio se prodit syncera charitas? 45

„Haec est charitas Dei, ut mandata eius custodiamus et mandata eius gravia non sunt" inquit Ioannes ille Christo dilectus. Tum Christus ipse docet: „Si diligitis me, mandata mea servate." — „Qui habet mandata [25v] mea et servat ea, ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum." — „Qui non diligit me, sermones meos non servat." Caeterum haec ipsa Dei mandata in decalogo maxime cernimus.

41 Quo pacto recensentur mandata decalogi? 46

Ita in Exodo legimus:
„Ego sum dominus Deus tuus."
I. ‚Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, ut adores illud.'
II. „Non assumes nomen do- mini Dei tui 26r in vanum."
III. „Memento, ut diem sabbati sanctifices."
IIII. „Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi."
V. „Non occides."
VI. „Non moechaberis."
VII. „Non furtum facies."
VIII. „Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium."
IX. ‚Non concupisces uxorem proximi tui.'
X. ‚Non domum, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum [26v] et universa, quae illius sunt.'

42 Quid sibi vult hoc exordium: ego sum dominus Deus tuus? 47

Decalogum exorditur Deus a notitia sui et ab insinuatione maiestatis suae, ut certa quaedam et sacrosancta hisce legibus autoritas constet. Nempe tam serio nobiscum agitur, ut, si unquam salvi esse velimus, hic velut in clarissimo speculo divinae maiestatis voluntatem certam contemplemur agnitamque legem illam sanctissimam adiuvante Christi spiritu accurate servemus. Nec enim praecipit solum sed ‚benedictionem quoque promittit 27r et opem tribuit noster legislator.' „Spiritum meum" inquit „ponam in medio vestri et faciam, ut in praeceptis meis ambuletis et iudi-

A **10** plane] sane *B*<1*F* sumus *B*6 **15** sq. acceptae gratiae communionem] gratiae communicationem *ABCDEF* **21** sic in] sicut *D*5 **23** tuo *om. D* ex tota *ABCDEF* **40** mea] et *add. E*1
B **9** Exodo] exordio *CxF*3.4.

A **4** sq. Matth. 22,37-39 Luc. 10,27 **7** ssq. Ps. 15,5.10 Prov. 16,4 **10** sq. 1 Cor. 10,31 **12** Luc. 10,27 **14** ssq. Mal. 2,10 Eph. 2,15*sq.* 1 Petr. 1,3*sq.* **22** ssq. Deut. 6,5 Matth. 22,37-40 Luc. 10,27 **29** sq. Rom. 13,10 **30** ssq. 1 Tim. 1,5 **36** sq. 1 Joh. 5,3 **39** ssq. Joh. 14,15.21.24
B **10** ssq. Ex. 20,2-4.7 *sq.* 12-16 Lev. 19,2-4.11-13 *ssq.* Deut. 5,6 *ssq.* **40** sq. Ps. 83,8 **41** ssq. Ez. 36,27

cia mea custodiatis et operemini." Quare cum Christus etiam praecepisset: „Tollite iugum meum super vos" ne quis causaretur difficultatem, adiecit: „Iugum enim meum suave est et onus meum leve," iis videlicet, qui gratiae spiritu imbuti „in charitate non ficta" ambulant.

43 Quid complectitur in se primum praeceptum? 48

Prohibet ac damnat idololatriam, observa- [27v] tiones superstitiosas, ‖ usum etiam artis magicae vel divinatoriae. Rursus docet atque exigit, ut nullam prorsus creaturam, quantumvis excellentem, pro Deo habeamus, solum autem unum, verum, aeternum immensumque Deum credamus et confiteamur, cui uni tribuatur summus et singularis ille cultus, quem Graeci λατρείαν appellant. Hoc fit, ut super omnia colamus, invocemus, adoremus summum illud bonum, optimum maximum creatorem, redemptorem, salvatorem, unum et immortalem Deum, „qui est super omnes et per omnia et in omnibus nobis."

44 Quomodo praeter Deum sanctos colimus et invocamus? 49

28r Respondet Augustinus: Populus christianus memorias martyrium religiosa solennitate concelebrat et ad excitandam imitationem et ut meritis eorum consocietur atque orationibus adiuvetur.

Quod autem hic de martyribus dicitur, ad omnes etiam sanctos cum Christo regnantes spectat, non illos quidem uti deos ethnicorum more colendos neque perinde ac Deum sanctum sanctorum, sed longe inferiore modo et gradu, utpote velut amicos, „filios haeredesque Dei et cohaeredes Christi' lectissimos atque beatissimos venerandos. Qui praeterea nostrae saluti eo student faventque impensius, quo sunt ‖ in omni charitate, in omni virtute ac [28v] coelesti gloria perfectiores, quam hic esse in carne potuissent. Sicut igitur infra Deum illos plus quam ullos in terra mortales recte amamus, ita eosdem tali tantaque dignitate auctos honoramus etiam atque pro christiana pietate invocamus, hac tamen cautione semper adhibita, ut suus honos summusque cultus, quem λατρείαν esse diximus, summo Deo et mediatori Christo debitus integre conservetur.

Quod autem hunc in modum sanctos invocamus, adeo Christi salvatoris et domini nostri gloriam non obscurat, ut etiam magnis ac magis illustret, amplificet au- ‖ geatque. Hic enim 29r eximia Christi redemptoris virtus splendescit ac gloria, quod is non quidem in se tantum, sed in sanctis etiam suis est apparetque potens, gloriosus, mirabilis, quod eosdem honorat ipse nimisque honorari vult in coelo et in terra, quod per hos itidem et propter hos multa largitur et parcit saepe immerentibus, ut in Abraham, Isaac, Iacob, David, Hieremia cernimus, qui etiam defuncti vivis profuisse leguntur. Unde patres, quum de sanctis loquuntur, suffragatores eos et intercessores patronosque nostros frequenter appellant. Nec immerito sane, quod sanctorum fida suffragia,

---

A **5** gratia *D* **13** Rursus — exigit] Docet etiam atque exigit *E* **15** solum autem] sed solum *E* **33** ad *om. F* 1.2
B **5** lectissimos] electissimos *BC* 1-3 *x F* rectissimos *C* 4.5 **15** quem] graece *add. E* 5 **27** per eos *E* **27** propter eos *E*

A **2** sq. Matth. 11, 29 *sq.* **6** 2 Cor. 6, 6 **11** sq. Lev. 1 = 19, 26. 31 Is. 40, 18-21 **12** sq. Deut. 18, 10 *sq.* Eccli. 34, 5 **14** ssq. Marc. 12, 29 *sq.* 1 Cor. 8, 4 Deut. 6. 13 Matth. 4, 10 **22** Is. 44 = 43, 3. 12 Os. 13, 4 **23** Eph. 4, 6 **28** ssq. Augustin. c. Faust. li. 20 *c.* 21 *PL 42*, 384 C: *CV 25/I*, 562 — Joh. Damascen. *orth. fidei* li. 4 *c.* 15 *PG 94*, 1164 A-1168 C

B **4** sq. Rom. 8, 17 **9** sq. 1 Cor. 13, 12 sq. 2 Cor. 5, 1-8 **15** ssq. Augustin. c. Faust. li. 20 *c.* 21 *PL 42*, 384 C *ssq. CV 25/I*, 562-564 — Ambros. li. de viduis *c.* 9 *PL 16*, 250 C-251 C (263 D-264 D) *n.* 54 *sq.* — Euseb. Caes. *de praep. ev.* li. 4 *c.* 4. 21 *PG 21*, 245 B *sq.* 296 B-300 A — Hieron. ep. 109 ad Rip. *PL 22*, 907 A *ssq. n.* 1-3: *CV 55*, 352-355 **18** ssq. Basil. M. *ho.* 19 *in* 40 martyr. *PG 31*, 521 B-524 C **21** ssq. Ps. 67, 36 Joh. 12. 26 Ps. 128 = 138, 17 Chrysost. ho. 41 = 42 in Gen. 18 *PG 54*, 392 C **29** Gen. 26, 24 Ex. 32, 13 2 Reg. 19, 34 **30** 2 Macc. 15, 14 **31** Basil. M. *ho.* 19 *in* 40 *martyr. PG 31*, 521 B-524 C — Chrysost. *ho.* 66 *ad pop. Ed. Paris.* 1570 *tom. V*, 359 D-361 A *(dub.)* — Chrys. *ho.* 42 *in Gen.* 18 *PG 54*, 392 C — Augustin. *de cura pro mort. c.* 4 *PL 40*, 596 C *sq. n.* 6: *CV 41*, 629 *sq.* — *c. Donatist. de bapt. li.* 7 *c.* 1 *PL 43*, 224 D *sq.*: *CV 51*, 342 — *Ps.* Augustin. *Ser.* 47 *de sanctis PL 39*, 2160 D *sq. app. ser.* 225 — Ambros. *De viduis c.* 9 *PL 16*, 250 C-251 C (263 D-264 D) *n.* 54 *sq. De resurrect.* = *de excessu fr. s. Satyri li.* 2 *PL 16*, 1354 B (1414 A) *n.* 134 *sq. Ep.* 22 *PL 16*, 1021 C *ssq.* (1064 BD *ssq.*) 1023 A *sq.* (1066 B) *n.* 7, 9, 11, 13 — *Ps.* Ambr. *ser.* 55 *PL 17*, 716 AD (740 AC *sq.*) 718 A-D (742 B-D *ssq.*) *n.* 2, 4, 9-11 *Ed. Paris.* 1569 *ser.* 93 *col.* 796 A-C 798 A *sq.* — Bernard. *in Vig. Petri et Pauli PL 183*, 404 C *ssq. n.* 2-4: *XB I/2*, 541 *sq. In festo ss. apost. Petri et Pauli ser.* 2 *PL 183*, 410 B *n.* 4 *XB I/2*, 549 — *Ser.* 2 *de S. Vict. PL 183*, 373 D *ssq. n.* 1-5 *XB I/2* 499-503

[29v] quum humiliter et pie in Christi nomine implorantur, experientia teste multis opitulentur. Haec olim fuit veteris ecclesiae, sicut et nunc est, erga sanctos constans pietas; hanc doctrinam veluti per manus ad nos transmissam et sacris itidem synodis patrumque concordibus sententiis et indubitatis exemplis confirmatam retinent catholici, obstrepant licet Vigilantiani, iam olim condemnati.

45 Pugnatne cum hoc primo praecepto imaginum Christi videlicet atque sanctorum usus receptus? 50

30r Haudquaquam, quia non sicut ‖ ethnici solent, adoramus sculptilia, ligna, lapides, perinde ac deos quosdam (id enim hoc praecepto cavetur maxime), sed more christiano et mente pia veneramur illic Christum ipsum et sanctos, ubi per imagines propositas nobis repraesentantur. Ita tum praesens tum vetus ecclesia summo consensu docet, commendans nobis pias et venerandas imagines, ut quarum usum apostolica etiam traditione commendatum accepimus et sacrosancta patrum synodo approbatum retinemus. Quapropter damnatus est error iconoclastarum, non distinguentium scilicet inter simulachra deo-
[30v] rum et imagines Christi ‖ atque sanctorum. Neque rationem isti habent temporis gratiae seu novae legis, quo Deus homo factus imaginem similitudinemque suam initio a se creatam ipse induit atque in ea se nobis repraesentavit.

46 Quid nobis praescribit secundum praeceptum? 51

Prohibet abusum divini nominis et irreverentiam, ut quae committitur a periuris, blasphemis et per Deum, sanctos vel sacra temere iurantibus contra illud: „Sit sermo vester est est, non non." Requirit autem, ut iuxta rectum linguae usum ingentem reverentiam divino nomini exhibeamus, iuramenta serve- ‖ mus, tum 31r verbum Dei tractemus reverenter.

47 Quid imperat tertium praeceptum? 52

Postulat sabbathum seu diem festum in ecclesia piis operibus transigi. Vult igitur, ut animus tunc adsit curis vacuus, qui se libere transferat ad cultum interiorem et exteriorem Deo praestandum in fide, spe et charitate; vult, ut expediti divina meditemur beneficia, tractemus sacra, oremus et adoremus Deum publice cum aliis „in spiritu et veritate." Prohibet autem diebus festis laborare et occupationibus deditum esse propha- ‖ nis, [31v] ut otio sancto vacemus, adeundo templum et audiendo publicum ecclesiae sacrum seu missam et statam concionem, quemadmodum hoc praeceptum ecclesia interpretatur.

48 Quae summa est horum trium praeceptorum? 53

Haec tria priora quidem praecepta, quae sunt primae tabulae, nos eo instituunt, ut verum Deo cultum praestemus, interiorem scilicet et exteriorem in corde, ore et opere, privatim et publice. Reliqua septem, quae porro sequuntur, praecepta dicuntur secundae tabulae in hoc addita, ut nostrum erga proximum officium explicent.

49 Quid proponit et iniungit quartum praeceptum? 54

32r Docentur hic tum filii tum subditi, quid suis debeant parentibus et maioribus, id est

---

A **3** Haec — ecclesiae] Haec fuit iam olim ecclesiae orthodoxae *ABCDEF* sicut] haec *E* **12** sq. praecepto — receptus] praecepto usus receptus imaginum Christi atque sanctorum *ABCDEF* **15** adoremus *E* 6 **18** venerantur *D* 5 **24** acceperimus *E* **25** retineamus *E* **37** ut *om. E*

B **1** illud] Nolite iurare *add. E* **2** Requirit autem] Deinde requirit *E* **4** sq. tum verbum] denique ut verbum *E* **7** imperat] impetrat *D* 1. 2 **15** et *om. E* 5 **21** et *om. E* 6 **29** in corde] corde *E*

A **1** sq. Theophylact. in Paul. *PG 124* **3** *Ps.* Chrysost. in missa *PG 63*, 904 D - 922 D *passim* Me *pg.* 6 - 102 *passim* **5** ssq. Hieron. c. Vigilant. *PL 23*, 342 B - 343 D (357 A - 359 A) *n.* 4, 5 — Synod. 6. = 7. (Nicaen. II.) Msi *13*, 377 B *sq.* 397 C *ssq. act.* 7, 560 C *ssq. act.* 3, 722 B *act.* 6, 730 D *act.* 7 — Euseb. Caes. *de praep. ev. li.* 13 *c.* 11 *PG 21*, 1096 B *sq.* — Nicephor. *Hist. eccl. li.* 2 *c.* 7 *et* 43 *PG 145*, 773 B *ssq.* 876 D *et li.* 6 *c.* 17 *PG 145*, 1161 D ssq. **14** ssq. Deut. 4, 15 - 19 5, 8 sq. Bar. 6, 38 Lev. 19, 4 — Gregor. M. li. 9 *ep.* 13 *PL 77*, 1128 B - 1129 A *MG Epp. 2*, 270 (xi, 10): Gr. *c.* 11 *D. 3 de cons.* — Joh. Damascen. *orth. fidei li.* 4 *c.* 16 *PG 94*, 1168 C - 1176 A — Synod. Nicaen. II. Msi *13*, 398 C *ssq.* 730 D *act.* 7 **30** Phil. 2, 7 **36** Lev. 19, 12 Zach. 8, 16 sq. Eccli. 23, 9 - 20

B **1** sq. Matth. 5, 37 Jac. 5, 12 Ps. 14, 4 **9** Ex. 30 = 20, 8 - 11 31, 13 - 17 Lev. 23, 3 Jer. 17, 21 **16** Joh. 4, 23 **19** Gr. *c.* 64 *D. 1* et *c.* 1 *D. 3 de cons.* **37** sq. Eph. 6, 1 - 3

omnibus, qui dignitate et potestate quadam praecellunt, sive in politicis sive in ecclesiasticis magistratibus gerendis. Debent autem his ipsis tum interiorem tum exteriorem quandam reverentiam et observantiam, opem itidem et obedientiam. E regione cavetur, ne quacunque ratione vel offendamus vel contristemus personas eiusmodi sublimiores, sive verbis id fiat vel signis sive factis.

50 Quid includit quintum praeceptum? 55

[32v] Non solum externam prohibet caedem et vim omnem, quae corpus et vitam laedit proximi, sed etiam excludit iram, odium, rancorem, indignationem et quosvis internos affectus ad proximi laesionem propensos. Requirit vero animi mansuetudinem, humanitatem, clementiam, comitatem, beneficentiam, ut iniuriarum facile obliviscamur, non expetamus vindictam, sed condonemus nobis invicem offensas, sicut in Christo Deus nobis donavit.

51 Quid habet sextum praeceptum? 56

Prohibet adulterium et omnem concubitum 33r illegitimum vel qui ‖ non fit inter coniuges. Caveri praeterea et praescindi vult occasiones, quae carnis libidinem irritant ac fovent, ut sunt obscoena verba, cantilenae inhonestae, gestus minime casti. Requirit ex adverso fidem in coniugio, tum pudicitiam omnem sive cordis in cogitationibus et desideriis sive corporis in lingua, facie, oculis, auribus, tactu atque in omni demum habitu cultuque corporis.

52 Quid docetur in septimo praecepto? 57

Prohibetur hic omnis rei alienae illicita contrectatio et usurpatio, sicut per furtum, rapinam, usuras, lucra iniusta, dolum malum [33v] et quosvis contractus, quibus christiana charitas laeditur ac proximus fraude circumvenitur. Exigit e regione hoc praeceptum, ut in omni negotio seu commercio inviolata servetur aequitas et proximi utilitas, sicubi sese offerat occasio, promoveatur.

53 Quid in octavo praecepto comprehensum est? 58

Prohibemur eo falsum dolosumve testimonium in quenquam proferre et quoquo modo proximi causam in iudicio subvertere vel etiam extra iudicium, ut sane fit a susurronibus, detractoribus, maledicis, adulatoribus, famam illius ‖ laedere. Breviter omne men- 34r dacium et omnis linguae contra proximum abusus hic excluditur. Docemur interim de proximo bene et commode loqui, nempe ad illius defensionem et utilitatem, sine fuco, simulatione insidiisve.

54 Duo postrema praecepta quid continent? 59

Vetant concupiscentiam uxoris ac rei alienae, ut non solum ab uxore aliena, illicitis commerciis et aperta externaque iniustitia nos abstineamus, sed ne voluntate quidem noceamus cuiquam aut nocere deliberemus. Exigit igitur utrunque hoc praeceptum cordis syn- ceritatem et be- ‖ nevolentiam erga omnes in- [34v] tegram, ut quae in rem et salutem proximi sunt, optemus ex animo neque cupiditati unquam cum levi etiam alterius iniuria consentiamus.

55 Quo demum referenda sunt mandata decalogi omnia? 60

Ad charitatem, quam nobis geminam quoque duae tabulae, quibus Dei digito mandata haec inscripta fuerunt, commendant. Docent enim mandata primae tabulae, quae ad charitatem Dei, mandata vero secundae tabulae, quae ad charitatem proximi spectant.

A **6** E regione cavetur] Et regione cavetur *C* 4.5 Cavetur praeterea *E* **21** nobis *om. E* **25** Prohibet] fornicationem *add. ABCDEF* **26** vel qui — coniuges] ac impuram qualemcunque libidinem *ABCDEF* **38** sicut *om. E*

B **9** eo *om. E* 5 **12** extra iudicium] famam illius laedere *add. ABCDEF* ut sane] quod sane *E* **14** famam illius laedere *om. ABCDEF* **23** sq. illicitis commerciis et *om. E* 5 **35** sq. quoque *om. E* **36** duae] illae *add. E* quibus] in quibus *E* 6 **37** scripta *E*

A **1** ssq. Rom. 13, 1-7 Hebr. 13, 17 1 Tim. 6, 1 sq. 1 Petr. 5, 5 **14** Deut. 5, 17 **15** Matth. 5, 21-24 **19** sq. Rom. 12, 14. 17. 19-21 Eph. 4, 26. 31 Col. 3, 8. 13 **25** Matth. 5, 27 sq. 1 Cor. 6, 9 sq. 15-20 **27** Matth. 5, 27 sq. Eph. 4, 17-19 5, 3-6 **30** ssq. 1 Thess. 4, 3-5 1 Petr. 3, 7 Hebr. 13, 4 Tob. 5 = 3, 16-18 Is. 2 = 3, 16-26? Eccli. 9, 3-13 1 Tim. 2, 8-10 1 Petr. 3, 1-4 **38** Eph. 4, 28 1 Cor. 6, 7. 8. 10 Luc. 6, 34 sq. 1 Thess. 4, 6

B **1** 1 Thess. 4, 6 **3** Luc. 6, 29-31 Ez. 17 = 18, 5-17 **9** Ex. 23, 1-3. 6-8 Lev. 19, 11. 13-16 Deut. 5, 20 16, 18-20 19, 15-21 27, 19 Prov. 12, 17-22 4, 24 24, 21-29 **12** sq. Jac. 4, 11 1 Petr. 2, 1 sq. **14** Eph. 4, 25. 29 Jac. 3, 2-16 **16** Eph. 4, 29 Prov. 17, 4. 5. 7. 9-11. 15. 20. 23. 26. 27 18, 5-8 **17** Matth. 12, 35-37 **18** Col. 4 = 3, 8. 9. 16 sq. Eph. 4, 29-32 **22** Deut. 5, 21 Eccli. 5 = 25, 28 Matth. 5, 27 sq. 1 Thess. 4, 3-6 Jac. 1, 14 sq. Is. 1, 23 **28** Eph. 4, 32 Col. 3, 13 Eccli. 18, 30 sq. **35** AUGUST. s. Exod. li. 2 *PL 34*, 620 D-621 D 622 C *sq. qu.* 71; *CV 28/I*, 135-138 139

35r „Haec est autem charitas Dei, ‖ ut mandata eius custodiamus.“—„Qui enim dicit se nosse Deum et mandata eius non custodit, mendax est et in hoc veritas non est. Qui autem servat verbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta est, in hoc scimus, quoniam in ipso sumus.“—„Deus charitas est et qui manet in charitate, in Deo manet et Deus in eo.“ Haec Ioannes apostolus. Recte igitur dictum accepimus: Probatio dilectionis seu charitatis exhibitio est operis.

56 Unde charitatis argumenta et officia propria dignoscuntur? *61*

[35v] „Charitas patiens est, benigna est, charitas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.“ Sic ‚charitate Christi' flagrans apostolus ille Paulus: „Elige ergo vitam, ut et tu vivas et semen tuum“ (testatur divinum oraculum) „et diligas Dominum Deum tuum atque obedias voci eius et illi 36r adhaereas. Ipse enim est vita tua et longitudo dierum tuorum.“ Breviter, ut Christi quoque doctrinam legi respondentem accipias: „Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.“ — „Hoc fac, et vives.“

A **1** Haec—Dei] Haec autem charitas Dei est *E* 3-6 **8** et Deus] Deus *Cx* **15** patiens est] et *add. Cx*

A **1** 1 Joh. 5,3 **2** sq. 1 Joh. 2,4 sq. **5** 1 Joh. 4,12 **7** sq. 1 Joh. 4,16 **10** Gregor. M. ho. 30 in ev. *PL 76*, 1220 C *n.* 1 **15** ssq. 1 Cor. 13,4-7
B **6** Rom. 8,35 **7** ssq. Deut. 30,19 sq. **13** sq. Matth. 19,17 **15** Luc. 10,28

2. DE PRAECEPTIS ECCLESIAE.

57 Suntne praeter decalogum alia praecepta christianis observanda? *62*

[36v] Sunt utique, quando legislator ‖ et magister noster Christus non solum docuit praecepta decalogi, sed etiam in universum praecepit, quae ad obedientiam apostolicis et ecclesiasticis mandatis praestandam spectant. Hinc extant evangelicae illae sententiae: „Sicut misit me Pater et ego mitto vos.“—„Qui vos audit, me audit et qui vos spernit, me spernit“ etc. „Si non audierit eos, dic ecclesiae; si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.“ Ubi summum atque extremum iudicium Christus defert deferrique iubet ad ecclesiam, id est ad ecclesiae praepositos et rectores, sicut Chrysostomus 37r interpretatur et ‖ verba evangelii mox sequentia declarant convincuntque. Proinde nec frustra scriptum est de apostolo Paulo: „Perambulabat Syriam et Ciliciam, confirmans ecclesias, praecipiens custodire praecepta apostolorum et seniorum.“

58 Cuiusmodi porro sunt apostolorum seniorumque praecepta, quae Paulus custodire iussit? *63*

Pauli discipulus Dionysius Areopagita testatur duplicis ea generis esse partim scripta partim non scripta. Ad utrunque genus pertinet, quod Ioannes affirmat evangelista: „Qui novit Deum, ‖ audit nos; qui non est [37v] ex Deo, non audit nos; in hoc cognoscimus Spiritum veritatis et spiritus erroris.“ Ac primum quidem genus, quod literis mandatur scriptisque legibus constat, satis est perspicuum. Posterius vero circa praecepta et instituta ea versatur, quae uno traditionum nomine comprehendi et sic a patribus nuncupari solent. Non enim scripto, uti superiora, sed viva voce tradita et veluti per manus a maioribus ad nos transmissa ecclesiaeque commendata retinentur.

59 Estne utrunque hoc praeceptorum genus observatu necessarium? *64*

A **19** atque convincunt *E* *B* **11** spiritum erroris *BCDE* 2.7 *F*

A **4** Jac. 4,12 Matth. 23,8.10 **5** Matth. 19,17-19 **9** sq. Joh. 20,21 **10** ssq. Luc. 10,16 **12** ssq. Matth. 18,17 **16** sq. 3 Reg. 8,14 **17** sq. Chrysost. ho. 60 in Matth. 18 *PG 58*, 586 A **18** Matth. 18,17 **20** ssq. Act. 15,41
B **5** *Ps.* Dionys. Areop. De ecclesiast. hier. *PG 3*, 375 D *c.* 1 *§ V* **9** ssq. 1 Joh. 4,6 **16** *Ps.* Cypr. De ablutione pedum Ed. Antverp. 1568 t. III, 473 *col.* 1 *n.* 1 — Hieron. c. Lucif. *PL 23*, 163 C-164 A *sq.* (172 A sq.) *n.* 8,9 — Chrysost. in 2 ad Thess. 2 *PG 62*, 488 C *sq.* ho. 4

38r Est plane, si doctorem Paulum sequimur. „Itaque fratres state" inquit „et tenete traditiones, quas didicistis sive per sermonem sive per epistolam nostram." Unde laudat hoc nomine Corinthios, quod apostolica praecepta, quae viva voce tradita iam acceperant, sedulo custodirent. Atque hoc est, quod sacrosancta synodus NICAENA divinae scripturae consonans verbis tam luculentis expressit: Oportet nos ecclesiasticas traditiones sive scripto sive consuetudine in ecclesia retentas unanimiter et inviolabiter observare.

60 Quomodo cognoscemus, quae *65* sint apostolicae et probatae in ecclesia traditiones?

[38v] De his nobis regulam observatu dignissimam AUGUSTINUS praescribit: Illa, inquiens, quae non scripta, sed tradita custodimus, quae quidem toto terrarum orbe servantur, dantur intelligi vel ab ipsis apostolis vel plenariis conciliis, quorum est in ecclesia saluberrima autoritas, commendata atque statuta retineri. Sic idem rursus docet contra Donatistas: Quod universa tenet ecclesia nec conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi autoritate apostolica traditum rectissime creditur. Consonat LEO ille Magnus, cum ait: Dubitandum non est, quicquid in ecclesia in consuetudinem est devotionis re-
39r tentum, ‖ de traditione apostolica et de sancti Spiritus prodire doctrina.

61 Exempla profer traditionum *66* apostolicarum, quae christianis observandae demandantur.

Hoc loco, ut veritas indubitata constet, exempla quaedam a sanctis petemus patribus, qui vel ante mille annos fidem publicam meruerunt. Nimirum secundum traditionem ORIGENES et AUGUSTINUS docent parvulos esse baptizandos. DIONYSIUS et TERTULLIANUS ostendunt precationes et oblationes pro defunctis ad altare fieri oportere. Hinc HIERONYMUS et EPIPHANIUS ‖ statas ecclesiae ieiuna- [39v]
tiones, praesertim Quadragesimae, observandas esse commonstrant. Sic etiam AMBROSIUS et CHRYSOSTOMUS eorum dignitatem adstruunt, quae in sacro missae officio solenniter peraguntur. Tum praeter DAMASCENUM patres, quos NICAENA synodus secunda citat, eadem ratione testantur, quod Christi et sanctorum eius imagines deceat venerari. Demum, ut caeteros omittamus, Magnus ille BASILIUS ob traditionem retineri vult sacrum chrisma aliasque solennes ceremonias, quae sacramentis sanctissimis adhibentur. Et addit BASILIUS: Si instituta consuetudinesque non scriptas, tan- ‖ quam in eis vis magna non insit, 40r
semel repudiare aggrediemur, clam ac pedetentim ratas ipsas evangelii sententias improbabimus aut potius ad inane nomen eius praedicationem contrahemus. Sed apostolicum existimo, ait, in iis etiam traditionibus, quae scriptae non sunt, permanere.

62 Quantum hodie circa *67* traditionum huiusmodi dignitatem et autoritatem aberratur?

Plurimum; graviter enim erratur circa doctrinam de hisce apostolicis et ecclesiasticis traditionibus, dum eas plaerique contemnunt, alii negligunt aut certe pluris non ‖ faciunt, [40v]
quam caeteras magistratuum politicorum constitutiones et haec instituta esse hominum fingunt, quae vel observare vel obmittere liberum sit exiguaeque aut nullius omnino frugis ipsi ἀδιάφορα vocant. Sunt, qui universas fere traditiones eiusdem esse ponderis velint atque adeo foede commiscent scripturae loca, perinde ac idem sit iudicium de traditionibus pharisaicis et apostolicis, de iudaicis et ec-

---

A **15** sunt *D* **21** datur *ABCDE* **30** est] esse *E* 5 **34** profert *E* 2.7
B **4** statutas *C* 4.5

A **2** ssq. 2 Thess. 2, 14 **5** 1 Cor. 11, 2 **8** NICAEN. II. c. iconomach. MSI *13*, 397 C *ssq.* 377 B *sq.* 379 B *act.* 7 **18** AUGUST. in ep. ad Jan. *PL 33*, 200 B *ep.* 54 *c.* 1 *n.* 1: *CV 34/II*, 159 **24** AUGUST. de bapt. c. Donat. li. 4 c. 24 *PL 43*, 174 D *n.* 31: *CV 51*, 259 **28** LEO M. ser. 2 de ieiun. Pent. *PL 54*, 418 B *sq. ser.* 79 *c.* 1 **40** sq. ORIGEN. in Rom. 6 = 5 *PG 14*, 1047 B — AUGUST. de orig. animae li. 1 *PL 44*, 475-96 passim: *CV 60*, 303-419
B **1** *Ps.* DIONYS. AR. de eccl. hier. *§* 7 *PG 3*, 561 C — TERTULL. de cor. milit. *c.* 3 *PL 2*, 79 B (99 A) **3** HIERON. ad Marcellam *PL 22*, 475 D *ep.* 41 *n.* 3: *CV 54*, 313 **4** EPIPHAN. c. Aërium *haeres.* 75 *PG 42*, 512 C *ssq. c.* 7 **6** *Ps.* AMBROS. in off. Mediolan. PA. *tom. I*, 266-292 293-457 — *Ps.* CHRYSOST. in liturg. *PG 63*, 911 D *sq.* 912 D *ssq.* 914 B *sq.* 917 C ME 50 54 *sq.* 62 78 **9** JOH. DAMASCEN. *orth. fidei* li. 4 *c.* 17 *PG 94*, 1173 A-1176 A *c.* 16 **10** NICAEN. II. c. iconomach. *act.* 6, 7 MSI *13*, 268 D *ssq.* 378 C-379 A 398 C **13** BASIL. M. de Spiritu s. c. 27 *PG 32*, 188 A-189 B *n.* 66: GR. *c.* 5 *D. 11* **17** Ibid. *PG 32*, 188 A

clesiasticis, de privatis seu particularibus et iis, quae totius ecclesiae consensu receptae communique piorum usu passim comprobatae inveniuntur.

63 Quid vero de iis iudicandum, *68* qui ecclesiae traditiones repudiant ac pro nihilo habent?

41r Hos verbum Dei redarguit, cum traditiones observandas esse decernit, cum iubet ecclesiam audire et apostolorum seniorumque praecepta custodire. Verbum Dei subiicit nos magistratibus cum politicis tum ecclesiasticis, modestis iuxta et discolis idque propter conscientiam; horum legibus deferri vult et reverentiam et obedientiam maximam. „Obedite" inquit „praepositis vestris et subiacete eis." „Omnia, quaecunque dixerint vobis, servate et facite, secundum opera vero eorum nolite fa-
[41v] cere." ‖ Quapropter isti non tam homines spernunt, quam Deum ipsum optimum maximum, quem in apostolis horumque successoribus audire ac revereri sane oportebat. Ita ‚resistunt plane verbo Dei, dum potestati et ordinationi Dei resistunt' et hinc, si Paulo credimus, sibi damnationem acquirunt. Nimirum divina est isthaec ordinatio nec aboleri potest humana autoritate, ut certis legibus iisque partim scriptis partim non scriptis, quas apostolica nobis commendat traditio, ecclesia regatur, dogmata conserventur, religio vendicetur, disciplina retineatur.

64 Quid patres hac de re iudicant? *69*

42r Origenes, qui celebris et pervetustus est autor, in haec verba scripsit: Haereticus nobis habendus est omnis ille, qui Christo se credere profitetur et aliud de veritate christianae fidei credit, quam habeat definitio traditionis ecclesiasticae. Idem vero alibi: Illa sola credenda est veritas, inquit, quae in nullo ab ecclesiastica discordat traditione. Et Hieronymi verbum est: Ego illud te breviter admonendum puto traditiones ecclesiasticas, praesertim quae fidei non officiunt, ita observandas, ut a maioribus traditae sunt. Augustinus vero ita docet: Si quid divinae scripturae ‖ praescribit autoritas, non est dubitan- [42v]
dum, quin ita facere debeamus, ut legimus; similiter etiam, si quid per orbem frequentet ecclesia. Nam hoc, quin ita faciendum sit, disputare insolentissimae insaniae est. Tum rursus: In his rebus, de quibus nihil certi statuit scriptura divina, mos populi Dei vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt et sicut praevaricatores divinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coërcendi sunt. „Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia Dei."

65 Age vero, quid est ecclesia? *70*

Ecclesia est omnium Christi fidem atque 43r
doctrinam profitentium universitas, quam princeps ille pastorum tum Petro apostolo tum huius successoribus pascendam tradidit atque gubernandam.

66 Quaenam ecclesiae dignitas *71* est atque autoritas?

Multis et eximiis sane dotibus, promissionibus ac beneficiis illustrat Deus ecclesiam suam, qua nihil habet in terris charius. Hanc usque ornat, conservat, defendit, vindicat; hanc porro constituit esse domum suam, in qua omnes filii Dei foveantur, doceantur et exerceantur. Voluit esse „columnam ‖ et fir- [43v]
mamentum veritatis," ut de illius non dubitemus doctrina, quae tanquam magistra, custos et interpres veritatis fidem atque auto-

A **22** eorumque *E* 3-6.8 horum *Cx* **37** ille, qui] quicunque *E* 6
B **11** quin] cum *D* 5 **13** In his] His *D* 5 **27** gubernandum *C* 2

A **9** sq. 2 Thess. 2,14 1 Cor. 11,2 **10** sq. Matth. 18,17 **11** Act. 15,40 sq. **12** sq. Rom. 13,1 Matth. 22,21 23,2 sq. Luc. 10,16 **14** 1 Petr. 2,13-18 Rom. 13,5-7 **15** sq. Tit. 3,1 **16** sq. Hebr. 13,17 **18** sq. Matth. 23,3 **20** 1 Thess. 4,8 Luc. 10,16 Joh. 20,21 **21** Matth. 10,40 2 Cor. 13,3 **23** ssq. Rom. 13,2 **30** Basil. M. de Spir. s. c. 27 *PG 32*, 188 A-189 B *n.* 66: Gr. *c.* 5 *D. 11* — August. c. Donatist. *de bapt. li.* 2 *c.* 7 *PL 43*, 132 C; *li.* 4 *c.* 24 *PL 43*, 174 D *n.* 31; *li.* 5 *c.* 23 *et* 26 *PL 43*, 192 C sq. 194 D: *CV 51*, 184 *sq.* 259 289 *et* 292 — Epiphan. c. Melchised. *haer.* 55 *PG 41*, 977 B *c.* 3: *CB 31*, 328 *sq.* **36** Origen. in Tit. 3 *PG 14*, 1303 C = *teste Pamphilo PG 17*, 553 C sq.; περὶ ἀρχῶν li. 1 *PG 11*, 116 B *Prooemium: CB 22*, 8

B **2** sq. Hieron. ad Lucin. *PL 22*, 672 A ep. 71: *CV 55*, 6 *c.* 6 **6** August. ep. 118 *PL 33*, 202 D *ep.* 54 *c.* 5 *n.* 6 *CV 34/II*, 165 **13** sq. August. ad Casulan. ep. 86 *PL 33*, 136 D *ep.* 36 *c.* 1 *n.* 2: *CV 34/II*, 32: Gr. *c.* 7 *D. 11* **18** ssq. 1 Cor. 14 = 11,16 **23** 1 Cor. 12,12 sq. **25** 1 Petr. 5,4 **26** sq. Joh. 21,15-17 Matth. 16,18 sq. — Concil. Florent. Msi *3/I*, 1031 E **31** sq. 1 Cor. 12,28 Eph. 4 = 5,25-29 Joh. 14,16.17.26 16,12 sq. 17,11.17-21 **33** sq. Matth. 28,20 16,18 Ps. 120,4 ssq. **35** 1 Tim. 3,15 Ps. 22,1 ssq. Joh. 10,16 **37** sq. 1 Tim. 3,15 **39** sq. Cyprian. de simpl. praelat. *PL 4*, 500 A-503 A (515 A-519 A) *n.* 4-6: *CV 3/I*, 213 sq.

ritatem obtinet inviolabilem. Praeterea fundatam esse supra firmam petram decrevit, ut certi essemus eam immobilem inconcussamque stare atque inferorum etiam portis inexpugnabilem praevalere. Demum vult eam sanctissimam quandam esse ‹civitatem supra montem positam' omnibusque conspicuam atque aditu facilem, ne quis ea relicta pestiferas speluncas latebrasque consectetur atque insanis illis vocibus: „Ecce hic est Christus, 44[r] ecce illic" forte percul- ‖ sus ab ea divertat aut dimoveatur.

Haec est, quam scriptura nobis proponit atque commendat, Christi ‹amica, soror et sponsa' unica, pro qua redimenda, mundanda, congreganda, sanctificanda et prorsus adiungenda sibi Filius Dei nihil non fecit ac pertulit, ut corpus etiam sanguinemque suum sacrosanctum illius amore tradiderit. Pro hac rogavit et impetravit, ut fides, unitas et firmitudo eius deficeret nunquam. Huic promisit fideliterque transmisit et reliquit doctorem, praesidem ac rectorem Spiritum sanctum. „Ille" inquit ipsa Veritas „docebit vos [44[v]] omnia, ille suggeret vobis omnia, ‖ quaecunque dixero vobis;" - ‹ille docebit vos et in aeternum docebit omnem veritatem' scitu videlicet crediuque necessariam.

67 Per quos tandem nos docet *72* Spiritus in ecclesia veritatem?

Per eos plane, quos Apostolus testatur a Spiritu sancto esse constitutos, ut ecclesiam regant eosdemque vocat episcopos, praepositos, pastores itidem atque doctores. Qui post apostolos fuere semper ac etiamnum sunt primarii Dei ecclesiaeque „ministri et" summi „dispensatores mysteriorum Dei." Horum vero autoritas in sacris synodis quam 45[r] maxime cer- ‖ nitur, ubi de fide ac religione illi non modo definire quaedam, sed suo etiam iure ac pro autoritate apostolica contestari possunt ac dicere: „Visum est Spiritui sancto et nobis," sicut ex actis constat primi concilii Hierosolymis celebrati.

68 Quorsum vero spectat divina *73* isthaec ordinatio, ut pastores et doctores in ecclesia conserventur?

Non parum utilis ac salutaris est nobis divina haec ordinatio seu institutio. „Prodest enim ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi." Item: „Ut non simus parvuli fluctuantes et circumferamur ‖ omni vento doctrinae, in [45[v]] nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris," quin potius, ut „veritatem facientes crescamus in illo per omnia, qui est caput nostrum Christus," ut apud Paulum legimus.

69 Quo pacto insignes hos fructus *74* consequemur?

Ita nimirum, si ‹non alte, sed sobrie sapiamus', „solliciti semper servare unitatem spiritus in vinculo pacis," ut nosmet oves Christi humiles obedientesque praestemus. Quarum sane ovium illud est proprium lupos fugere nec alienos, sed suos pastores sequi, illis velut ordinariis ovilis dominici praefectis sese submittere, in illis audire Spiritum veritatis. 46[r] Is est, qui per malos etiam praepositos dominicum gregem docere, pascere et conservare dignatur quique per eosdem tum Dei Patris, tum ecclesiae matris praecepta nobis his verbis commendat: „Audi, fili mi, disciplinam patris tui et ne dimittas legem matris tuae."

70 Quae sunt praecepta ecclesiae? *75*

Praecipua quinque numerantur, cuique christiano et scitu et observatu certe necessaria:

A **1** obtinuit *E* **3** immobilem] inviolabilem *E*6 **18** etiam *om. D* **26** sq. in aeternum] semper *ABCDEF*
B **16** quin] cum *D*5 **22** consequamur *E*6 **23** sapiamus] sciamus *E* **27** lupum *D*5

A **1** sq. Matth. 16,18 Eph. 2,20 ssq. Ps. 86,1-3 **3** ssq. Matth. 16,18 **6** sq. Apoc. 21,2.10 Ps. 86,1.3 Matth. 5,14 Mal. 1,11 Act. 1,8 Ps. 21,26.28 sq. 1 Joh. 2,19 **10** sq. Matth. 24,23 et ib. Origen. *tr.* 29,30 *PG 13*, 1667B-1668A 1669C *n.* 46 sq. **14** sq. Cant. 4,7.9 sq. 6,8 **15** Eph. 5,25-29 **16** Joh. 11,49-52 **19** sq. Joh. 17,17-21 Luc. 22,31 sq. Matth. 16,18 **21** ssq. Joh. 14,16.17 15,26 Act. 2,4 **24** ssq. Joh. 14,26 **26** sq. Joh. 16,13 **32** sq. Act. 20,28 **34** sq. 1 Tim. 3,2 Hebr. 13,17 Eph. 4,11 sq. 1 Cor. 12,28 — Ex can. Ps. Apost. 33,37,38 Hi 29 Fu *I*, 572 575 can. 32,36,37 Tur *I/1*, 22 24 *sq.* **37** sq. 1 Cor. 4,1

B **1** Ex 36=38 can. Ps. Apost. Hi 29 Fu *I*, 574 *sq.* can. 37 Tur *I/1*, 25 — August. ep. 118 ad Jan. *c.* 1 *PL 33*, 200B ep. 54 *c.* 1; *CV 34/II*, 159 **2** sq. Act. 15,28 **10** sq. Eph. 4.12.14 **16** ssq. Ibid. 4,15 **23** Rom. 12,3 **24** sq. Eph. 4,3 **25** ssq. Joh. 10,2-5 21,15-17 **27** Joh. 10,2-14 **29** Tit. 3,1 Hebr. 13,17 **30** Matth. 10,20 Joh. 11,51 **31** sq. Matth. 23,2 sq. Phil. 1,15-18 Matth. 28,19 sq. Deut. 17,8-13 **35** sq. Prov. 1,8

I. Statutos ecclesiae festos dies celebrato.
[46v] II. Sacrum missae officium diebus festis reverenter audito.
III. Ieiunia certis diebus temporibusque indicta observato, ut in Quadragesima, quatuor anni temporibus et festorum quorundam solennium pridianis diebus, quos maiores nostri, quod iisdem temporibus in templis pervigilaretur, Vigilias appellarunt.
IIII. Peccata tua sacerdoti proprio annis singulis confitetor.
V. Sacrosanctam eucharistiam ad minimum
47r semel in an- ‖ no idque circa festum Paschatis sumito.

71 Quem fructum adfert horum praeceptorum observatio? 76

Haec et eiuscemodi reliqua ecclesiae tum instituta tum praecepta tot saeculis recepta magnoque piorum consensu et usu confirmata, pietati atque rationi valde consentanea, insignes secum adferunt commoditates. Quippe fidei, humilitatis et obedientiae christianae salutaria sunt exercitia, honestam disciplinam et concordiam popularem promovent, religionis pulchra extant symbola, notae
[47v] et indicia interio- ‖ ris nostrae pietatis, quibus ad aedificationem et bonis collucere et malis praelucere oporteat. Breviter, eo nos promovent, ut apostolicus ille canon: „Omnia honeste et secundum ordinem fiant" in vobis, ad unguem observetur.

72 Ubi necessaria est nobis ecclesiae autoritas? 77

Primum in eo quidem, ut scripturas canonicas et veras ab adulterinis certo discernamus. Unde testatur Hieronymus: Novum et vetus testamentum recipimus in illorum librorum numero, quem sanctae ecclesiae catholicae tradit autoritas. Et Augustinus: Ego ‖ vero, inquit, evangelio non crederem, nisi 48r
me catholicae ecclesiae conmoveret autoritas.

Deinde, ut constet de vero scripturae sensu et apta interpretatione, ne alioquin sine fine dubitemus vel disceptemus de verborum sententia. Omnes enim haeretici, ut scripsit idem Augustinus, ex sacris scripturis falsas atque fallaces opiniones suas conantur defendere. Atqui non in legendo, sed in intelligendo scripturae consistunt, Hieronymo teste.

Tertio, ut in gravioribus de fide quaestionibus atque controversiis, quae possunt incidere, iudex et moderator adsit. Verissimum est enim, quod contra haereticos docet Epiphanius, a divina scriptura non posse accipi [48v]
omnia, et sicut Augustinus affirmat: Palam est, quod in re dubia ad fidem et certitudinem valeat autoritas ecclesiae catholicae. Non enim deesse potest ecclesiae Spiritus, qui ipsam ‚in omnem ducat veritatem,' sicut Christus ipse promisit. Rursus, ut pro ratione personarum, locorum et temporum canones constituantur, disciplina integra conservetur ac iura dicantur. ‚Dedit' enim hanc ‚potestatem Deus ecclesiae ad aedificationem et non ad destructionem.'

Praeterea, ut quam Christus instituit coërcendi et excommunicandi potestatem, qua Paulus ‖ etiam est usus, pervicaces sentiant 49r
ipsaque corrigantur et comprimantur. Hinc Augustinus: Eis, inquit, per quos ecclesia regitur, adest salva pace potestas disci-

---

A **14** sq. Paschae *A*2.3*BCDEF* *B* **25** ducit *A*2.3*BCD*<5*EF*

A **1** Concil. Lugd. *ap. Ivonem parte* 4 *c.* 14 *PL 161*, 266 D *sq.* Gr. *c.* 1 *D. 3 de cons.* **2** Ex can. 47 et 21 concil. Agath. Msi *8*, 332 E 328 B sq. Hi *pg.* 335 333 **4** ssq. Ex 68 can. Ps. Apost. Msi *1*, 43 C *(Hervet)* Fu *I*, 584 *sq. can.* 69 Concil. Gangr. *can.* 19 Msi 2, 1103 C Tur *II/2*, 208 *sq.* Hi *pg.* 266; Gr. *c.* 8 *D. 30* — Concil. Mogunt. *can.* 34 *et* 35 Msi *14*, 73 A *et* B *MG. LL. s.* 3 *tom. II*, 269 — Concil. Salegunstad. *c.* 1 *et* 2 Msi *19*, 196 C *et* D *ssq.* Tertull. ad uxorem li. 2 *PL 1*, 1294 A sq. (1406 C sq.); in apologet. *c.* 2 *PL* 272 A sq. (321 A sq.) **11** Ex concil. Lateran. III. c. 21 Msi 22, 1007 E ssq. **13** Ibid. Msi 22, 1007 E ssq. **25** 1 Cor. 14, 26-40 Phil. 4, 8. 24 ssq. **29** Matth. 5, 16 Rom. 15, 2 Phil. 2, 3. 4. 14 sq. **31** 1 Cor. 14, 40

B **2** ssq. *Ps.* Hier. in symb. ad Damas. *PL 30*, 176 B (181 D) ep. 16 = *Ps. August. Libellus fidei Pelagii PL 45*, 1718 A *app. n.* 8 — August. in li. Macc. = *De civ. Dei li.* 18 *c.* 36 *PL 41*, 596 B: *CV 40/II*, 326 *et c. Gaudent. PL 43*, 729 C *ssq. n.* 38 **5** ssq. August. c. ep. Man. = *fundam. c.* 5 *PL 42*, 176 B: *CV 25/I*, 197 *sq.* **8** sq. Vincent. Lir. c. novat. *PL 50*, 639 C-641 B 665 A sq. 670 A-C 671 B sq. 674 B-676 B 677 B sq. 686 A **12** August. de Trin. li. 1 *c.* 3 *PL 42*, 823 D *n.* 6 **14** ssq. Hieron. adv. Lucif. *PL 23*, 182 A sq. (190 C sq.) *n.* 28 **17** Deut. 17, 8-13 **18** Act. 15, 1-41 **20** Epiphan. c. apost. haer. 61 *PG 41*, 1048 B: *CB 31*, 386 **21** ssq. Aug. c. Man. = *c. Faust. li.* 11 *c.* 2 *PL 42*, 245 D ssq.: *CV 25/I*, 314 sq. **25** Joh. 14, 16 sq. 26 16, 12 sq. **28** Can. Ps. Apost. 33, 36, 38 Hi 29 Fu *I*, 572-575 *can.* 32, 35, 37 Tur *I/1*, 22 24 *sq.* **29** ssq. 2 Cor. 10, 8 **32** Matth. 18, 15. 17 sq. Ex can. Ps. Apost. 10, 11, 12 Hi 28 Fu *I*, 566 sq. *can.* 9-11 Tur *I/1*, 12 *sq.* **36** August. li. de fide et op. *c.* 5 *PL 40*, 201 D *n.* 7: *CV 41*, 43

plinae adversus improbos aut nefarios exercendae.

Iam ut caetera omittamus, in omnibus his profecto, quae dicta sunt, ecclesiae autoritatem non solum utilem, sed etiam necessariam esse adeo constat, ut sine illa nihil aliud christiana res publica, quam confusio babylonica possit existimari. Proinde sicut scripturae propter testimonium divini Spiritus in illa loquentis credimus, adhaeremus ac tribuimus [49v] maximam autoritatem, sic ecclesiae fidem, reverentiam obedientiamque debemus, quod eo ipso Spiritu a Christo capite sponsoque suo informata, dotata simul et confirmata sit, ut non possit non esse, quod dicitur ‹columna et firmamentum veritatis.›

73 Quis est doctrinae totius de ecclesiae praeceptis et traditionibus usus ac fructus? 78

Multus profecto atque inter caeteros primus est, ut intelligamus nos solis divinis literis vel scripturis minime alligari. Quid 50r enim ‖ (ut IRENAEI verbis utamur) si neque Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt iis, quibus committebant ecclesias? Nec minus luculenter scripsit BASILIUS: Dogmata, quae in ecclesia servantur ac praedicantur, partim ex conscripta doctrina habemus, partim ex apostolorum traditione ad nos delata in mysterio recepimus. Quae utraque eandem ad pietatem vim habent et nemo his contradicit, qui vel modicam saltem ecclesiasticorum iurium experientiam habet. Sic BASILIUS. Neque dubium esse [50v] potest, quin ‹Christus ‖ et apostoli multa tum egerint tum docuerint, quae etsi scripta quidem non sint,› ad nos tamen posterosque maxime pertineant. Audi Christum in Apostolo suo loquentem: ‹De caetero, fratres, quaecunque sunt vera, quaecunque pudica, quaecunque iusta, quaecunque sancta, quaecunque amabilia, quaecunque bonae famae, si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate.›

Proximus est recte uti christiana libertate, quam homines otio luxuque capti, si unquam alias, nunc maxime ‹dant in occasionem carnis,› ut Apostolus loquitur. Illius praetextu foedis voluptatibus inserviunt et quicquid fere libet, etiam circa religionis instituta, id 51r licere sibi arbitrantur. Atqui ab ista temeritate nos revocant, tuentur, deterrent apostolica et ecclesiastica dogmata, frenum iniiciunt humanae licentiae, docent convenienter uti christiana libertate; ita nimirum, ut a iure peccati et a servitute veteris legis per Christum effecti liberi, ultro libenterque praestemus christianum officium, ‹serviamus Deo in iustitia et sanctitate,› ducem sequamur spiritum in lege charitatis, iustitiae servi, obedientiae filii, humilitatis cultores, patientiae custodes, paenitentiae et crucis amatores. ‹Vos› inquit Apostolus ‹in libertatem vocati estis, fratres, tantum ne libertatem in occasionem [51v] detis carnis, sed per charitatem Spiritus servite invicem.› Ad quam Spiritus charitatem sanctae servitutis obsequio et alendam et conservandam cum honesta cuncta prosunt, tum ingens pondus adferunt pie observatae ecclesiae traditiones.

Postremus est, ut verum inter legitimos et notos ecclesiae filios seu inter catholicos et haereticos discrimen inde accipiamus. Illi enim simpliciter in doctrina ecclesiae sive scripto tradita, ut ea in biblicis literis extat, sive patrum traditione conprobata acquiescunt. Sequuntur enim verbum Dei: ‹Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt pa- 52r tres tui.› Hi vero, qui vocantur haeretici, ab hac simplicitate fidei et a venerandae matris ecclesiae sanctorumque patrum probata sententia discedunt nimiumque sibi vel desertoribus ecclesiae fidunt adeoque ne moniti

A **1** aut] ac *E*6 **18** Quis] Quid *E*5 **24** neque] ne *E*6
B **10** Atque *F*4 **12** dogmata] simul et instituta *add.* *A*2.3*BCDE*<6*F*,] atque instituta; haec enim *add.* *E*6 **15** et *om.* *C*4.5 **34** ea] quae *E*6 **38** vocantur] sunt *A*2.3*BCDEF*

A **8** sq. 2 Petr. 1,19-21 2 Tim. 3,16 sq. **11** sq. Matth. 18,17 sq. **13** Joh. 14,16 sq. 26 16,12 sq. **14** Act. 2,1-4 Eph. 4,3-7 **15** sq. 1 Tim. 3,15 **22** sq. Vide VINCENT. LIR. *Commonit. PL 50*, 637-686 *passim* **24** IRENAEUS *adv. haer.* li. 3 c. 4 *PG 7*, 855A *ssq. n.* 1,2 **29** BASIL. M. li. de Spir. s. c. 27 *PG 32*, 188A-189B *n.* 66 **37** ssq. Joh. 20,30 21,25 — AUGUST. ep. 108 ad Seleuc. *PL 33*, 1087B *ep.* 265 *n.* 4: *CV 57*, 641 **41** ssq. Phil. 4,8 sq.
B **4** Gal. 4,31 2 Petr. 2,19 **6** Gal. 5,13 **10** ssq. AUGUST. ep. 118 *PL 33*, 200B *ep.* 54 *c.* 1 *n.* 1: *CV 34/II*, 159 **14** 1 Petr. 2,16 Rom. 6,18.22 Gal. 3,13 4,31 Rom. 8,2 **17** sq. Col. 3,23 sq. Luc. 1,74 sq. Rom. 8=6,18.20.22 Gal. 5,5 1 Cor. 9,19 1 Petr. 1,22 **20** sq. 2 Petr. 1,6 Luc. 21,19 Matth. 3,2 16,24 **21** ssq. Gal. 5,13 **33** sq. BASIL. M. de Spir. s. c. 27 *PG 32*, 188A-189B *n.* 66 **36** ssq. Prov. 22,28 **38** ssq. ORIGENES in Tit. 3 *PG 14*, 1303C

quidem resipiscunt. Quare Paulus de iis serio sanxit, dum ait: „Haereticum hominem post unam et secundam correptionem devita, sciens, quia subversus est, qui huiusmodi est." Atque ut cum CYPRIANO concludamus: Quisquis ab ecclesiae unitate discesserit, cum haereticis necesse est inveniatur.

[52v] *74* **Quae demum est summa omnium superiorum?** *79*

Quae a principio quidem hucusque tractata sunt de summa christianae doctrinae, eo nimirum spectant, ut vera christiani hominis sapientia constituatur, quae tribus illis virtutibus ‚fide, spe et charitate' comprehenditur. Fide quidem veritati Dei firmiter assentitur eique innititur anima; spe autem proprius adhuc apprehendit bonitatem Dei fide iam cognitam atque conceptam; charitate demum Deo proximoque propter Deum coniungitur et unitur. De fide nos docet symbolum
53r apostolicum, dum ‖ ea proponit, quae maxime sunt credenda et profitenda christiano. De his vero, quae speranda et desideranda, precatio nos instituit dominica. Ad charitatem demum spectant, quae duabus tabulis decalogus exhibet. Praeclare igitur ORIGENES: Puto, inquit, quod prima salutis initia et ipsa fundamenta fides est; profectus vero et augmenta aedificii spes; perfectio autem et culmen totius operis charitas. Illi demum „beati, qui audiunt et custodiunt verbum Dei," quique voluntatem Patris cognoscunt et faciunt, in fide, spe et charitate perseverantes. Et hactenus, pro instituti quidem nostri ratione, sa- ‖ tis de sapientia christiana. [53v]

75 **Anne aliud quicquam ad hanc doctrinae christianae partem spectat?** *80*

Etiam; huc enim plane spectat doctrina de sacramentis, ut norint christiani, quibus veluti instrumentis divinitus institutis habeant opus ad fidem, spem et charitatem accipiendam, exercendam, augendam et conservandam. Adde, quod non sapientia modo, sed etiam iustitia christiana tum accipi tum retineri absque sacramentis non potest, sine quibus religionem universam extingui prorsus necesse sit. Habent igitur ea subli- ‖ mem in 54r doctrina christiana locum et necessariam quoque tractationem.

A **11** a *om. E* 5 **13** christiani hominis] christiani *E* 3-6.8 **16** Fide] Et fide *A* 2.3 *BCDEF* **24** iis *E* 6 desideranda] sunt *add. E* 6

B **3** sq. augmenta] et *C* 3-5 **18** spem et] praecipue *add. A* 2.3 *BCDEF* **19** et conservandam] aut etiam separandam *A* 2.3 *BCDEF* **21** accipi] constitui *A* 2.3 *BCDEF*: tum . . . tum . . . non potest] neque . . . neque . . . potest *E*; tum — tum] cum — tum *D* **22** sine] ut sine *E*

A **2** ssq. Tit. 3, 10 **5** CYPRIAN. ad Pomp. *PL 3*, 1136 A (1182 B) *c.* 11: *CV 3/II*, 808 sq. ep. 74 **14** AUGUST. retr. li. 2 *c.* 63 *PL 32*, 655 C: *CV 36*, 202 *c.* 89 **15** 1 Cor. 13, 13 2 Tim. 2, 22 **16** sq. Hebr. 11, 1 **17** ssq. Gal. 5, 5 sq. **19** sq. Rom. 8, 38 sq. Joh. 14, 21. 23 Rom. 13, 8 **24** sq. AUGUST. Ench. *c.* 7 *PL 40*, 234 A

B **1** ORIGENES in Rom. 4 *PG 14*, 981 A **5** ssq. Luc. 11, 28 Rom. 2, 13 Luc. 6, 46 ssq. Matth. 7, 21 sq. 24. 26 19, 17 25, 42 ssq. **8** ssq. Joh. 15, 2 Matth. 10, 22 24, 13 **15** ssq. AUGUST. in Joh. tr. 120 *PL 35*, 1953 A **22** ssq. AUGUST. c. Faust. li. 19 *c.* 11 *PL 42*, 355 A: *CV 25/I*, 510

CAPUT QUARTUM.

DE SACRAMENTIS.

76 Cur de sacramentis docendi sunt christiani? 81

Quia sacramentorum cognitio et usus facit, ut acceptis Christi meritis et donis, quae per sacramenta ipsa in nos transfunduntur, legitime exerceamur, conservemur atque promoveamur in divino cultu.

[54v] 77 Quid et quotuplex est cultus divinus? 82

Cultus divinus dicitur, quem christianus tanquam praecipuum ac summum obsequium debet creatori ac salvatori suo Deo optimo maximo. Hominem enim non sua potissimum causa, sed ut Deum pure integreque colat et initio conditum et postea redemptum atque omnino destinatum esse docet christiana religio.

Est autem divinus cultus duplex: interior et exterior. Interior, quo per intellectum et affectum Deo coniungimur fide, spe et charitate, ut antea dictum est, perficitur. Ex-
55r terior est ‖ professio quaedam cultus interioris, quem externis quibusdam et visibilibus signis ritibusque declaramus. Deus enim, qui ‹bonorum nostrorum non eget,' alioquin ‹beatus' per se totusque ‹perfectus,' tamen sicut totum ipse hominem, tum corpore tum animo constare voluit, sic eundem quoque totum, hoc est secundum omnem sui partem exigit, a quo syncere studioseque colatur, anima quidem secundum interiorem, uti docuimus, corpore vero secundum exteriorem cultum cum interiore coniunctum, sicut praecipue et saluberrime fit in usu sacramentorum.

78 Quid est sacramentum? 83

Est divinae et invisibilis gratiae externum [55v] et visibile signum a Christo institutum, ut in eo fidelis homo Dei gratiam accipiat ac sanctificationem. Quare non simpliciter signa sunt, quae ecclesiae sacramenta dicuntur, sed certa sacrosancta et efficacia signa, christianis ex divina institutione et promissione commendata. Signa quidem idcirco, quoniam externa quadam specie et similitudine id nobis referunt et declarant, quod per ipsa Deus nobiscum invisibiliter atque spiritualiter agit. Certa vero sacrosancta simul et efficacia signa, quoniam indubitatum ‖ praebent testi- 56r monium praesentis et operantis illic gratiae Dei ad nostram sanctificationem. Sacramenta enim, quantum in se est (ut CYPRIANUS loquitur) sine propria esse virtute non possunt nec ullo modo divina se absentat maiestas mysteriis, quamvis etiam ab indignis administrentur.

Ut exempli causa in sacramento baptismi exterior ablutio, quae sordes corporis purgat, efficax est symbolum interioris ablutionis, cui testimonium praebet indubitatum et qua spiritualiter anima purificatur. Sic res aliae visibiles et externae ut oleum, panis, vinum, quarum in sacramentis necessarius est u- ‖ sus, [56v] apte nobis constituuntur, tum ad significandum tum ad conferendum homini divinam

---

A **6** ssq. acceptis — promoveamur] illi accepta ex Jesu Christi meritis gratia, quae per sacramenta ipsa confertur legitime exerceantur (et *add. E*) conserventur atque promoveantur *A* 2. 3 *BCDEF* **16** sq. non sua — Deum] ea potissimum causa, et Deum *E* **18** atque] ad id *add. A* 2. 3 *BCDEF* **22** fide] et *add. F* **30** anima *E* 6

B **3** sicut] quod *E* **8** sq. ut in eo — signa] ut per id quisque Dei gratiam accipiat atque sanctificationem. Quare non quaevis signa *E* **9** fidelis homo] quis *A* 2. 3 *BCDEF* **10** sanctificationem] significationem *Cx* **19** ssq. indubitatum — Dei] indubie quam gratiam significant etiam continent conferuntque *A* 2. 3 *BCDEF* **21** sanctificationem] significationem *Cx* **28** ssq. cui — purificatur] utpote testimonium praebens indubitatum, quod spiritualiter anima purificetur *EF* 3. 4 **31** panis — quarum] panis vinique species quarum *EF* 3. 4

A **6** Tit. 3,5 **6** ssq. Joh. 3,5. 6,51 sq. 56-58 20,22 sq. **13** ssq. AUGUST. de civ. Dei li. 10 *c.* 1 *PL 41*, 279 B: *CV 40/I*, 445-447 **16** ssq. Prov. 16,4 Gen. 1,26 2 Cor. 5,15 1 Thess. 5,9 sq. **22** AUGUST. de doctr. christ. li. 1 *c.* 37 *PL 34*, 35 A *n.* 41 **24** AUGUST. Ench. *c.* 3 *PL 40*, 231 C sq. **25** sq. Matth. 5,16 Rom. 12,17 1 Cor. 14,40 **27** Ps. 15,2 **28** 1 Tim. 6,15 sq. Matth. 5,48 **29** Gen. 2,7 **30** Prov. 16,4 **32** sq. Luc. 10,27 Matth. 22,37 **34** 1 Cor. 6,19 sq. Ps. 83,2 sq.

B **7** AUGUST. de doctr. christ. li. 3 *c.* 9 *PL 34*, 71 A *n.* 13; de catech. rud. *c.* 26 *PL 40*, 344 D sq. — AMBROS. de sacrament. li. 4 *c.* 4 *PL 16*, 439 A (458 C) *n.* 13 — Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1054 C — Concil. LATERAN. IV. MSI 22, 981/82 D **18** AUGUST. in Ps. 73 *PL 36*, 931 A *n.* 2; c. Faust. li. 19 *c.* 11, 13, 16 *PL 42*, 355 AC 356 D: *CV 25/I*, 510 513 **22** *Ps.* CYPRIAN. de coena Dom. *Ed. Antverp.* 1568 *tom. III*, 468 *col.* 2 *n.* 2 *in fine* **25** AUGUST. c. Donatist. *de bapt.* li. 3 *c.* 10 et li. 5 *c.* 20 *PL 43*, 144 D *n.* 15 et 190 B *n.* 27: *CV 51*, 205 285 **28** Tit. 3,5 sq. Rom. 6,3.7 1 Cor. 6,9-11 **33** sq. AUGUST. in Ps. 73=142 *PL 37*, 1854 D=PROSPER sent. 69 *PL 51*, 437 B

gratiam animaeque salutem, modo ad haec non indigne accedat. Per baptismum etenim ‹regeneramur et renovamur,' per confirmationem augemur et roboramur, per eucharistiam nutrimur et reficimur, per poenitentiam restituimur et sanamur in vita spirituali, in qua per reliqua itidem sacramenta pro sua cuiusque ratione iuvamur atque provehimur, ut suo deinde loco aperiemus.

79 Quibus partibus constat unumquodque sacramentum? *84*

57r Verbo et elemento. Per verbum hic intellige certa quaedam et determinata verba, in quibus ipsa consistit forma, quam vocant, sacramentorum. Per elementum accipe res externas, quae vera materia sunt sacramentorum, ut aqua, oleum, panis, vinum et eiusmodi. Iam his partibus perfecte sumptis adiunguntur reliqua, quae ad cuiusque sacramenti tum idoneam collationem tum dignam susceptionem spectant, utpote institutio divina, minister idoneus, intentio recta in ministro, fides in suscipiente et si quae sunt huius generis alia.

80 Quot sunt sacramenta? *85*

[57v] Septem, quae a Christo et apostolis accepta conservavit ac fideliter dispensavit hucusque Christi ‹sponsa' et ‹columna veritatis ecclesia.' Sunt autem haec: baptismus, confirmatio, eucharistia, poenitentia, extrema unctio, ordo et matrimonium. Nec refert sane, si eiusmodi vocabula in scripturis non extent omnia, de re modo ipsa constet ac sacramentorum veritas et virtus divinis testimoniis approbetur. Quanquam ea, quae universalis ecclesia ex apostolorum traditione retinet atque conservanda commendat, etiam sine scriptura, plenam apud nos fidem, ut antea docuimus, habere merentur. ‖ Ac de singulorum quidem 58r sacramentorum institutione postea suo loco.

Vis autem eorum, ut fidissimus scripturae interpres Augustinus inquit, inenarrabiliter valet plurimum et ideo contempta sacrilegos facit. Impie quippe contemnitur, sine quo non potest perfici pietas. Atque ut idem alibi docet: Contemptor visibilis sacramenti invisibiliter sanctificari nullo modo potest.

81 Quare instituta sunt sacramenta? *86*

Primum, ut sint praesentissima remedia contra peccatum, qui mor- ‖ bus est animae pe- [58v] stilentissimus. Quam ob rem longe praestant legis antiquae sacramentis, virtute utique maiora, utilitate meliora, numero pauciora, intellectu augustiora, observatione faciliora, significatione praestantiora, quae praeterquam quod significant etiam sanctificant ac salutem dant, ut e scripturis Augustinus optime deprehendit.

Secundo, ut habeamus certa efficaciaque signa divinae erga nos gratiae et voluntatis, quae, dum in sensus externos incurrunt, non solum excitant fidem, qua apprehendamus misericordiam et bonitatem Dei nobis partam in Christo, sed etiam ‖ viva sunt instrumenta, per 59r quae visum est Deo salutem nostram efficaciter operari, ut praeclare dictum sit iam olim, per se ipsum quoque sacramentum multum valere.

Tertio, ut extent velut symbola et externae notae christianae professionis, quibus Dei et ecclesiae filii se mutuo agnoscant, tum in unione, humilitate et obedientia se fructuose exerceant et contineant atque ita unius religionis necessariis quasi nexibus et foederibus inter se invicem maneant colligati. Alioquin sine sacramentis nec constare neque discerni satis potest ulla religio.

A **5** reficimur] et sanamur *add. E* 5 **22** utpote] videlicet *E* **28** et apostolis] per apostolos *A* 2.3 *BCDEF* **29** dispensavit *om. Cx* **31** baptisma *D* 5 **38** ex *om. E* 2.7

B **13** peccatum — pestilentissimus] quod laethalis est animae morbus aut pestilens *A* 2.3 *BCDEF* **25** ssq. qua apprehendamus — viva] in Christum Deique misericordiam et bonitatem verum etiam vivifica *A* 2.3 *BCDEF* **32** externae] extremae *D*

A **3** Joh. 3,5 Tit. 3,5 sq. Act. 8,14-17 **4** sq. Joh. 6,52.56.58 sq. **5** sq. Joh. 20,23 **13** Conc. Florent. Msi *31/I*, 1054 E sq. **18** De his singillatim postea **28** Conc. Florent. Msi *31/I*, 1054 C — Constantiense Msi *27*, 754 C *sess.* 15,8 *art. damnatus Joh. Hus* **30** Cant. 4,9 1 Tim. 3,15 **31** ssq. Matth. 28,19 Act. 8,17 Matth. 26,26-28 Joh. 20,20.23 Jac. 5,14 sq. 1 Tim. 4,14 Eph. 5,32 **37** sq. August. c. Donatist. *de bapt. li.* 2 *c.* 7 *li.* 4 *c.* 24 *et li.* 5 *c.* 23 *PL 43*, 133 D 174 D 192 D: *CV 51*, 186 *sq.* 259 289 Ep. 118 ad Jan. *PL 33*, 200 B *ep.* 54: *CV 34/II*, 159

B **4** August. c. Faust. li. 19 *c.* 11 *et* 16 *PL 42*, 355 A 356 D sq.: *CV 25/I*, 510 513 **7** August. li. 4 *qu.* 84 s. Lev. *PL 34*, 712 C ssq.: *CV 28/II*, 305 sq. **12** sq. August. in Ps. 46 *falso cit.* **13** Sap. 16,14 **20** Aug. c. Faust. li. 19 *c.* 13 *PL 42*, 355 C: *CV 25/I*, 510. De doctr. christ. li. 3 *c.* 9 *PL 34*, 71 A **25** sq. Rom. 9,23 **26** sq. 2 Cor. 5,6 ssq. **28** sq. Tit. 3,5 Joh. 6,55.59 20,23 **29** sq. August. c. Donat. *de bapt.* li. 4 *c.* 24 *PL 43*, 175 A *CV 51*, 259 **32** sq. August. c. Faust. li. 19 *c.* 11 *PL 42*, 355 A: *CV 25/I*, 510; de vera relig. c. 17 *PL 34*, 136 B

[59v] *82* **Quid vero sentiendum est de sacramentorum ministris?** *87*

Ita plane sentiendum est de illis ‹tanquam ministris ecclesiae et dispensatoribus mysteriorum Dei,' qui portant ‹vasa Domini' tabernaculoque deserviunt et sacris ex professo praesunt. Non enim omnibus indifferenter, sed sacerdotibus et episcopis incumbit sacramenta conficere, dispensare vel administrare.

De his ministris porro regulam praescribit AUGUSTINUS: Non ideo veriora et sanctiora sunt sacramenta, inquit, quia per meliores ministrantur. Illa namque per seipsa vera et
60r sancta sunt propter ve- ‖ rum et sanctum Deum, cuius sunt. Et rursus: Memento sacramentis Dei obesse nihil mores malorum hominum, quo illa vel omnino non sint vel minus sancta sint. Suffragatur his AMBROSII sententia: Non merita personarum consideres, sed officia sacerdotum puta in administratione sacramentorum. Nam et per indignos consuevit Deus operari et nihil propter sacerdotis vitam sacramenti gratia laeditur CHRYSOSTOMO teste.

83 **Quid iudicandum de caeremoniis, praecipue quarum solennis est usus in sacramentis?** *88*

[60v] Caeremoniae ab ecclesia probatae ritus quidam sunt externi, religiose ac decenter instituti; primum ut signa, testimonia et exercitia sint cultus interioris, quem Deus inprimis requirit; deinde ut viva extent religionis incitamenta, quibus fragilitas humana ceu adminiculis fulciatur et ad sacra mysteria tum capessenda tum retinenda veluti manuducatur; postremo ut quae ad cultum divinum promovendum et ad disciplinam concordiamque conservandam publicam pertinent, ‹honeste ac decenti quodam ordine,' sicuti Apostolus iubet, in ecclesia peragantur. Eae vero, quarum est usus in sa- ‖ cramentorum 61r administratione quasque veluti per manus traditas et commendatas nobis a patribus accepimus, ingenti praecipue studio retineri et observari debent. Nam praeterquam quod decorem illae sacramentis adferunt et reverentiam quandam conciliant, singulari quoque antiquitatis commendatione nobis sunt venerandae. Habent praeterea institutionem non solum vetustissimam et apostolicam verum etiam mysteriorum gravitate atque dignitate plenam, ut sanctissimi doctissimique patres annotarunt. De his demum aliisque id genus praeclare ita DAMASCENUS: Quae christiana religio ‖ erroris nescia suscipit et in tot se- [61v] cula servat inconcussa, minime vana sunt sed utilia, Deo placita salutique nostrae conducibilia plurimum.

Iam de caeremoniis, quae sacramentis omnibus adhibentur, sigillatim admonere ut longum est, ita difficile et huic quidem instituto haud necessarium videtur. Quin et aperte fatetur ORIGENES in ecclesiasticis huiusmodi observationibus esse nonnulla, quae omnibus quidem facere necesse sit, rationem autem, cur ita fiant, nondum satis esse compertam.

A **12** inquit *om. E* 6 meliora *E* 3-5. 8 **18** Ambrosii] illa *add. E*
B **22** suscepit *D* 5 **31** nonnulla] nulla non *Cx*

A **3** ssq. 1 Cor. 4, 1 **5** Is. 52, 11 Num. 1, 48-51 2=3 Reg. 8, 4 **7** sq. Conc. NICAEN. I. can. 14 MSI 2, 690 C TUR *I/2*, 138 *sq.* 230 *ssq.* 270 *sq.* HI 259 **11** AUGUST. c. Cresc. li. 4 *c.* 20 *PL 43*, 562 A *n.* 24: *CV 52*, 524 **15** AUGUST. c. lit. Petil. li. 7=2 *c.* 47 *PL 43*, 298 B *n.* 110: *CV 52*, 85 **18** AMBROS. de init. myst. *c.* 5 *PL 16*, 397 B (414 B) *n.* 27 **23** CHRYSOST. ho. 8 in 1 Cor. 3 *PG 61*, 69 B **28** sq. Matth. 5=8, 3 14, 19 Rom. 12, 1 **31** Is. 1, 14 Matth. 15, 8
B **1** sq. Rom. 1, 20 **3** ssq. LEO M. ep. 82=81 *ad Diosc. PL 54*, 626 A *ep.* 9 *c.* 1 — INNOCENT. I. ad Eugub. *PL 20*, 551 C sq. *ep.* 1 *n.* 1 HI 527 **6** 1 Cor. 14, 40 Phil. 4, 5-8 **10** Jer. 6, 16 Prov. 22, 28 BASILIUS M. de Spir. s. *c.* 27 *PG 32*, 188 A *n.* 66 **15** TERTULL. de cor. milit. *c.* 3 *PL* 78 C-80 A (98 B ssq.) **19** AUGUST. c. Donatist. ? **21** JOH. DAMASCEN. περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων *PG 95*, 249 C *n.* 3 **30** ORIGEN. ho. 5 in Num. *PG 12*, 603 B ssq.: *CB 30*, 26 — BASIL. M. de Spir. s. *c.* 27 *PG 32*, 188 B sq.

1. DE BAPTISMI SACRAMENTO.

62r *84* **Quid est baptismus?** *89*

Est novae legis primum et maxime necessarium sacramentum in ablutione corporis exteriore et legitima verborum enuntiatione iuxta Christi institutionem consistens. Nec solum adultis sed etiam parvulis necessarium est et efficax ad salutem aeternam consequendam. Sic enim generatim Legislator

A **2** Act. 2, 38 Marc. 16, 16 Joh. 3, 5. 22 Tit. 3, 5-7 Matth. 28, 19
B **3** Concil. LATERAN. IV. MSI 22, 981/82 D *sq. c.* 1 — VIENNENSE MSI 25, 411 C=*c.* 2 *(§ 2) Clem. (I 1)* — MILEVIT. MSI 4, 327 A *ssq. can.* 2; HI 317; GR. *c.* 153 *D. 4 de cons.* — *Ps.* DIONYS. AR. de eccl. hier. *c.* 7 *PG 3*, 568 A ssq.

edixit: „Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei." Et alibi quoque: „Non est voluntas ante Patrem, qui in coelis est, ut pereat unus de pusillis istis." Perirent autem non bapti- [62v] zati, etiam par- ‖ vuli, sicut olim in synagoga incircumcisi. Iam cum sit „unum baptisma" Christi fidelium, hoc semel acceptum nefarium est prorsus iterare.

85 Quae circa hoc sacramentum *90* praecipue sunt notanda?

Elementum abluens eiusque significatio, verbum et effectus baptismi. Elementum est aqua simplex, materia ad hoc necessaria, quae natura sua sordes omnes abluere solet. Cui respondet significatio, quae per aquam nobis ostendit baptismi proprium esse animam emundare peccatis et hominem, uti dicemus, iustum reddere. Verbum quo sa- [63r] ‖ cramenti forma consistit, ex Christi praecepto sic habet: „Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti."

86 Quem fructum et effectum *91* praestat baptismus?

Eum plane, quem b. Petrus apostolus hisce verbis monstrat: „Baptizetur" inquit „unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum et accipietis donum Spiritus sancti." Hinc duplicem sacramenti huius effectum ac utrumque praeclarum intelligemus, nimirum per bap- [63v] tismum et peccata remitti et ‖ Spiritum dari, ut illic et „vetus homo" aboleatur et ‚nova fiat in Christo creatura.' Quippe susceptus in fide baptismus non hoc modo largitur, ut plene peccata omnia condonentur atque tollantur, sed etiam ut baptizatus plane innovetur ac vere innocens, iustus, sanctus et coelesti gloria dignus in Christo efficiatur. Unde et Apostolus dixit baptismum esse „lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti," — „lavacrum" etiam „aquae in verbo vitae," ita ut hominem ‚abluat, mundet, sanctificet, iustificet,' peccata remittat ac filios Dei reddat, quemadmodum scriptura testatur. Et rursus idem Apostolus: „Qui- ‖ cun- [64r] que in Christo baptizati estis" inquit „Christum induistis." Scite Bernardus effectum utrumque complectitur: Lavamur in baptismo, inquit, quia deletur chirographum damnationis nostrae et gratia haec nobis confertur, ne iam nobis concupiscentia noceat, si tamen a consensu abstineamus.

87 Quid a nobis requirit acceptum *92* tanti sacramenti beneficium?

Primum a nobis summam postulat et assiduam animi gratitudinem, ut praedicemus, amemus et celebremus eum, qui „secundum suam misericordiam salvos nos fecit per la- [64v] vacrum hoc regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum dominum nostrum, ut iustificati gratia ipsius haeredes simus secundum spem vitae aeternae."

Deinde sic huius sacramenti mysterium rememorandum est, ut identidem se ipsum quisque admoneat praeclarae illius suae sponsionis et christianae professionis, quam in sacro lavacro per sponsores edidit. Cogitet

---

A **3** Et alibi quoque] Alibi vero *E* **19** peccatis] a peccatis *E*6 **27** ssq. b. Petrus — intelligemus] docente Christo ac testibus apostolis Petro et Paulo discimus *A*2.3 *BCDEF* **35** ut illic] quo *E*

B **1** in fide] rite *A*2.3 *BCDEF* **4** et coelesti] coelesti *E*6 **5** sq. Unde — dixit] Ut hinc (iure *E*) a Paulo dictum sit omnibus baptizatis: Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis in nomine Domini nostri (nostri *om. E*) Jesu Christi et in Spiritu Dei nostri. Tum (Atque *E*<6; Quemadmodum et *E*6) alibi testatur idem Apostolus *A*2.3 *BCDEF* **9** ssq. ita — testatur *om. A*2.3 *BCDEF* **12** Et rursus idem Apostolus] Qui et alio loco sic inquit *E*6; idem Apostolus] ille scribit *A*2.3 *BCDEF* **13** inquit *om. E*6 **14** Scite] etiam *add. E*6 **14** sq. effectum utrumque] ac breviter sacramenti huius (huius *om. F*3.4) effectus praecipuos *A*2.3 *BCDEF* **27** hoc *om. D*

A **1** ssq. Joh. 3,5 **3** ssq. Matth. 18,14 **5** Augustin. de nupt. et concup. li. 1 *c.* 20 *PL 44*,427A *n.* 22: *CV 42*,235 **6** Gen. 17,14 **7** Eph. 4,5 Concil. Nicaen. I. Msi 2,992A *can.* 35 *(ex* 84 *vers. arab.)* Hebr. 6,4-6 **14** ssq. Joh. 3,5 Eph. 5,26 **16** ssq. Tit. 3,5 1Cor. 6,11 **20** sq. Concil. Lateran. IV. Msi 22,981/82E *sq. c.* 1 — Flor. Msi *31/I*, 1055B sq. **22** sq. Matth. 28,19 **28** ssq. Act. 2,38 **33** sq. 1Cor. 6,11 **35** sq. Rom. 6,3-11 2Cor. 5,17 Basil. M. *ho.* 13 in exhortat. ad bapt. *PG 31*,433A — Augustin. ad Bonifac. c. duas ep. Pelag. *li.* 1 *c.* 13 *et li.* 3 *c.* 3 *PL 44*,562D *n.* 26 *et* 590C *n.* 5: *CV 60*,445 *et* 490 — Joh. Damascen. orth. fidei li. 4 *c.* 10 *PG 94*,1121C

B **6** sq. Tit. 3,5 **8** sq. Eph. 5,26 **9** sq. 1Cor. 6,11 **10** sq. Rom. 6,3 sq. Act. 2,38 1Petr. 3,21 sq. **12** ssq. Gal. 3,27 **14** Bernard. ser. in coena Do. *PL 183*,272B *sq. n.* 3: *XB I/3*,327 **25** ssq. Tit. 3,5-7 **34** *Ps.* Augustin. de rect. cath. convers. *PL 40*, 1169D *ssq. app. n.* 2 — Ambros. de initiand. myst. *li.* 1 *c.* 2 *PL 16*,390B (407B) *n.* 5

igitur christianus illic se ‚ex irae filio' et satanae servo Dei filium Christique membrum et cohaeredem vivumque templum Spi-
65r ritus sancti factum esse. ‖ Ingressus es regenerationis sacrarium, inquit AMBROSIUS, repete, quid interrogatus sis, recognosce, quid responderis. Renunciasti diabolo et operibus eis, mundo et luxuriae eius ac voluptatibus. Memor esto sermonis tui et nunquam tibi excidat tuae series cautionis. Et praeclara Pauli baptizatos omnes adhortantis vox est: „An ignoratis, fratres, quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus."

B **4** simus *E*6 **6** cum] in *E*6 *om. E*<6

A **1** *Eph.* 2,3 **2** Rom. 8,1.2.14-17 Gal. 4.4-7.28.31 **3** 2 *Cor.* 6,16 *1 Cor.* 6.19 **5** AMBROS. de initiand. myst. *li.* 1 *c.* 2 *PL 16*, 390B (407B) *n.* 5 — AMBROS. de sacramentis li. 1 *c.* 2 *PL* 419B sq. (437B) *n.* 5-7
B **2** ssq. Rom. 6,3 sq. Gal. 3,27

[65v]

2. DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO.

88 Quod est alterum a baptismo sacramentum? *93*

Confirmatio, quae sacramentum est novae legis aeque sacrosanctum, ut AUGUSTINUS inquit, ac ipse baptismus, quod baptizatis confertur cum impositione manuum episcopalium et sacri chrismatis inunctione.

89 Unde nobis comprobatur hoc sacramentum? *94*

Testimonium habet a divina scriptura se-
66r cundum patrum et ‖ ecclesiae concordem sententiam atque interpretationem. Huc enim spectat, quod Lucas evangelista semel atque iterum scribit de apostolis, qui super baptizatos manus imposuerunt; hoc signo utentes visibili divinitusque instituto, per quod Christo iam initiatis nova et amplior Spiritus sancti gratia conferretur. Quare cum apostoli manus illis imposuissent, acceperunt, ut Lucas de iisdem baptizatis refert, Spiritum sanctum, uberius scilicet ac excellentius, quam in sacro lavacro accepissent. Nunc vero, ubi apostolorum vicem episcopi gerunt et locum tenent,
[66v] non fraudat Deus ecclesiam suam ‖ hac tam salutari gratia, sed per eosdem episcopos in hoc sacramento efficaciter operatur, ut adsit CYPRIANO teste et veritas signo et Spiritus sacramento; atque huc pertinet veteris ecclesiae CANON: Omnes fideles per manus impositionem episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut pleni christiani inveniantur, quia cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam et constantiam dilatatur.

90 Quae necessaria sunt ad conficiendum hoc sacramentum? *95*

Tria praecipue ad hoc requirun- ‖ tur: sa- 67r
cramenti propria materia, certa verborum forma et minister idoneus. Materia ex oleo et balsamo mixta est, quae ab episcopo consecrata sacri chrismatis nomen iam olim obtinuit et in hoc sacramento fronti haud temere illinitur. Forma verborum haec praescripta est: Consigno te signo sanctae crucis et confirmo te chrismate salutis in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Minister sacramenti huius solus est episcopus, ut apostolorum exemplum, forma et traditio retineatur. Qua

A **7** cum *om. E*6 **23** sq. uberius — accepissent] cum accessione scilicet ac exuberantia quadam gratiae spiritualis *A*2.3 *BCDEF*
B **5** vetus *E* **17** ministerio *E*3-5 **20** haud temere] solenni ritu *A*2.3 *BCDEF* **22** sanctae *om. E* **26** retineantur *E*6

A **5** AUGUST. c. lit. Petil. li. 2 *c.* 104 *PL 43*, 341C 342B *n.* 239: *CV 52*, 152 sq. — Concil. AUREL. I. MSI *8*, 364D *c.* 5 GR. *c.* 6 *D. 5 de cons.* — MELDENSE *immo Paris. IV. c.* 33 MSI *14*, 560C sq. GR. *c.* 7 *D. 5 de cons.* — FLORENT. MSI *31/I*, 1055D sq. **15** Act. 8,14-17 **21** Ibid.
B **2** sq. HIERON. c. Lucif. *PL 23*, 163C-164C (172A ssq.) *n.* 8.9 **4** *Ps.* CYPRIAN. de unct. chrism. *Ed. Antverp.* 1568 *t. III*, 475 *col.* 2-476 *col.* 2 *n.* 1,2 **5** sq. *Ps.* URBAN. pont. et m. ante annos 1300 sub Alex. Sev. HI 146; GR. *c.* 1 *D. 5 de cons.* **18** sq. *Ps.* CYPRIAN. de unct. chrism. *Ed. Antverp.* 1568 *l. c.* — BASILIUS M. de Spir. s. *c.* 27 *PG 32*, 188B-189B *n.* 36 — *Ps.* FABIAN. ante annos 1290 *ep.* 2 HI 160 sq. GR. *c.* 18 *D. 3 de cons.* **22** ssq. Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1055E — VORMATIENSE MSI *15*, 871C *can.* 8 **25** sq. Act. 8,14-17

de re iam olim ita sancitum accepimus. Manus impositionis sacramentum magna [67v] ‖ veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus, nec tempore apostolorum ab aliis, quam ab ipsis apostolis legitur et scitur esse peractum.

91 Cur autem baptizati sacro chrismate inunguntur? *96*

Quia per Spiritum sanctum apostoli ita nobis tradiderunt, sicuti Clemens et Dionysius, Petri Paulique apostolorum discipuli probant. Tradiderunt autem illi, quod a Domino ipso utique acceperant de chrismate conficiendo, ut gravis est testis Fabianus 68r idem et Chri- ‖ sti martyr et pontifex ecclesiae. Sacrosanctae etiam synodi praeceptum de hoc tale extat: Oportet baptizatos post baptismum sacratissimum chrisma percipere et coelestis regni participes fieri. Rationem Cyprianus reddit, nimirum ut accepto chrismate, id est unctione, christianus esse unctus Dei et habere in se Christi gratiam possit teneatque sanctitatem. Atqui unguentum hoc visibile, quo ecclesia baptizatos ungit, ut Augustinus docet, significat invisibilis gratiae donum, quo Spiritus sanctus Christum in primis, qui et a chrismate nomen suum trahit ac [68v] deinde christianos omnes interna ‖ unctione imbuit confirmatque. Unde pulchre Tertullianus, velut ad olei naturam alludens, de hoc sacramento scripsit: Caro ungitur, ut anima consecretur. Caro signatur, ut et anima muniatur. Caro manuum impositione adumbratur, ut anima Spiritu illuminetur.

92 Quis sacramenti huius est usus et fructus? *97*

In baptismo regeneramur ad vitam; post baptismum autem in hoc sacramento confirmamur ad pugnam. In baptismo abluimur, hoc vero post baptismum roboramur, ut regeneratis custos et con- ‖ solator et tutor adsit Spi- 69r ritus sanctus. Haec summi et pontificis et martyris Melchiadis est doctrina nec dissentit ab eo, quod Clemens testatur se ab apostolis ipsis accepisse. Cum regeneratus, inquiens, quis fuerit per aquam, postmodum septiformis Spiritus gratia ab episcopo confirmetur, quia aliter perfectus christianus esse nequaquam poterit etc. Prodest igitur hoc sacramentum mirifice, ut qui fidei mysteriis initiati sunt, sicut geniti modo infantes et adhuc imbecilles, in Christo adolescant atque corroborentur. Hos ceu christianae militiae tyrones episcopus admonet inunctione, ut adversus ‖ tot [69v] hostes et quotidiana pericula ‚Spiritu principali confirmentur;' consignat illis cruce frontem, quae pudoris est sedes, ut constanter et intrepide nomen Domini confiteantur; impingit et alapam, ut christianam militiam invicta patientia exercendam et ornandam esse sibi perpetua memoria retineant.

A **18** sacratissimum *om. D* 5 **20** nimirum] hanc *E* **23** tenetque *C*<1 **30** alludens] ita *add. E*
B **1** ut et] ut *BE* 5.6 **5** est *om. D* **3**-5 **14** ab ea *Cx* **17** confirmatur *D* 5 **19** etc. *om. A* 2.3 *BCDEF*

A **1** *Ps.* Euseb. pont. et mart. sub Dioclet. *PL 7*, 1114 A *app.* 3 Hi 242; Gr. *c.* 4 *D. 5 de cons.* **5** sq. Act. 8, 14-17 19, 5 sq. **9** Basil. M. de Spir. s. *c.* 27 *PG 32*, 188 B-189 B *n.* 66 **10** *Ps.* Clemens ep. 4 *ad Jul. et Julian.* Hi 63 sq. — *Ps.* Dionys. Ar. de eccl. hier. *c.* 2 *et* 4 *PG 3*, 396 D 404 C sq. *et* 472 D sq. 476 C 477 C 484 C 485 A **14** *Ps.* Fabian. in ep. 2 ad orient. episc. Hi 160 sq. Gr. *c.* 18 *D. 2 de cons.* **16** Synod. Laodic. Msi 2, 572 D *can.* 48 *PL 130*, 290 C Hi 275 **20** Cyprian. li. 1 ep. 12 *c.* 2 *PL 3*, 1040 A (1078 A) *CV 3/II*, 768 *ep.* 70 et *Ps.* Cypr. de unct. chrism. *Ed. Antverp.* 1568 *t. III*, 475 *col.* 2-476 *n.* 1. 2 **25** Aug. de Trin. li. 15 *c.* 26 *PL 42*, 1093 B ssq. **26** sq. In sentent. Prosp. *PL 51*, 482 A *sent.* 346 **29** Tertull. li. de carnis resurrect. *c.* 8 *PL 2*, 806 A sq. (852 A): *CV 47*, 36 sq.
B **7** Joh. 3, 3.5 **13** *Ps.* Melchiades *(al. Miltiades)* ad Hisp. episc. Hi 245 sq. Gr. *c.* 2 *et* 3 *D. 5 de cons.* **14** *Ps.* Clemens vixit apost. temp. ep. 4 Hi 63 sq. **20** *Ps.* Dionys. Ar. de eccl. hier. *c.* 2 *PG 3*, 396 D sq. 404 sq. **25** sq. Ps. 50, 14 **26** ssq. August. in Ps. 30 *PL 36*, 244 C *ser.* 2 *n.* 8 252 B *ser.* 3 *n.* 7 Matth. 10, 32 1 Petr. 2, 21 ssq. Luc. 21, 15. 16. 19 **27** ssq. Vide Alegrum de hoc sacram. scribentem *PL 180*, 737-856

3. DE EUCHARISTIAE SACRAMENTO.

93 Quid significat nomen Eucharistiae? *98*

Summum illud et longe sacratissimum sacra- 70r mentum, quo nihil ‖ habet ecclesia dignius, admirabilius, efficacius salubriusve, hoc uno nomine designatur. Et recte quidem eucharistia tanquam bona gratia seu gratiarum actio dicta est, quia praecipuum et maximum Dei

B **2** sq. hoc — designatur *om. E* 6

B **5** ssq. Origenes c. Celsum *li.* 8 *PG 11*, 1565 C 1604 A *n.* 33, 57: *CB 3*, 249 273 — August. c. advers. leg. et prophet. li. 1 *c.* 18-20 *PL 42*, 625 A-627 C 629 B *n.* 37-39, 42

donum ipsumque omnis gratiae fontem et autorem comprehendit summorumque nos bonorum admonet pro quibus acceptis gratiarum actionem, laudem et gloriam summam Deo summo debemus. Maius enim beneficium optare non potuissemus, quam quod Christus Iesus dominus noster de Virgine natus, cruci affixus et ‚in gloriam assumptus' se nobis totum ita largitur, ut etiam nunc corpus san- [70v] gui- ‖ nemque suum vere sumamus illique per hoc divinum sacramentum prorsus incorporemur.

94 Quae in hoc sacramento praecipue continentur? 99

Tria continet eucharistia: species visibiles, veritatem corporis et sanguinis dominici et spiritualis gratiae virtutem. Quod enim oculis nostris apparet, species sunt visibiles, panis videlicet et vini; quod autem sub speciebus iisdem fides nostra, non ratio, comprehendit, id verum corpus et sanguis est Christi salvatoris. Caeterum, quod participatione sacra- 71r menti huius con- ‖ sequimur, fructus et effectus est salutaris eucharistiae, uti ostendemus.

95 Quae sunt praecipua de hoc sacramento capita scitu necessaria? 100

Ea quinque potissimum sese offerunt: primum de veritate eucharistiae; alterum de panis et vini transsubstantiatione; tertium de adoratione eius; quartum de eiusdem oblatione et sacrificio; postremum de sumptione ipsius sub altera vel utraque specie. De his enim praecipue hac quidem tempestate scire magnum est operae precium.

96 Quid igitur de veritate eucharistiae sentiendum? 101 [71v]

Id plane, ut cum tota ecclesia contra omnes Capharnaitas certo credamus sub speciebus panis et vini veram Iesu Christi carnem ac verum eius sanguinem in eucharistia exhiberi ministerio quidem sacerdotis, virtute autem ac potentia domini nostri Iesu Christi ‚apud quem impossibile non est omne verbum.' — „Ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt." Dixit autem in coena illa pridie quam pateretur instructa, cum panem primum ac deinde calicem suis manibus apprehendis- ‖ set cumque de huius sacramenti tum 72r institutione tum veritate certos omnes reddere vellet, dixit inquam planissime: „Hoc est corpus meum," dixit: „Hic est sanguis meus." De qua institutione dixit et antea: „Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus," dixit: „Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi; si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita." Nec obscura sunt alia tum evangelistarum tum apostoli Pauli testimonia, quae nobis hanc fidem luce clarius adstruunt, in eucharistia Christum totum secundum ‖ divinam huma- [72v] namque naturam existere et ‚nobiscum manere usque ad saeculi consummationem.'

97 Sacerdotis vero praescripta illa verba, quibus panis vinumque consecrantur, quid efficiunt? 102

Hoc videlicet, ut omnipotenti Christi virtute per illa ipsa operante panis quidem in corpus, vinum autem in sanguinem Domini subito

A **2** comprehendit] continet *A* 2.3 *BCDEF* **9** largiatur *A* 2.3 *BCDEF* **20** Quot *E* 3-5.8 **24** sq. fructus — ostendemus] eximia quaedam est Spiritus sancti gratia fructus nimirum et effectus uti ostendemus salutaris eucharistiae *A* 2.3 *BCDEF*

B **16** dixit] Item *E* 6 **17** dixit] dixerat *E* 6 **20** dixit] Item *E* 6 **21** descendit *C* 3-5 **31** ssq. Sacerdotis — efficiunt?] Quid autem verba efficiunt consecratoria (consecraria *E*) quibus panis et vinum a sacerdote vice Christi consecrantur? *A* 2.3 *BCDEF* **34** Hoc videlicet] Hoc certo efficiunt *A* 2.3 *BCDEF* **35** illa ipsa] verba illa *A* 2.3 *BCDEF*

A **8** 1 Tim. 3, 16 **9** Joh. 6, 54 **14** CYRILL. ALEX. in Joh. li. 10 *c.* 15 *PG 74*, 341 B-344 C — HILARIUS de Trin. li. 8 *PL 10*, 246 A *n.* 13 **16** Matth. 26, 26-28 Luc. 22. 17-20 **20** sq. AMBROS. de sacrament. li. 4 *c.* 4 *PL 16*, 442 B sq. (462 A) *n.* 19 sq. — JOH. DAMASCEN. *orth. fidei* li. 4 *c.* 13 *PG 94*, 1140 B-1153 C **22** Matth. 26, 26-28 AUGUST. tr. 26 in Joh. 6 *PL 35*, 1611 C *n.* 11

B **5** Joh. 6, 53 ssq. 60 sq. et ibidem CYRILL. ALEX. *PG 73*, 600 B ssq. — Concil. EPHES.: *Cyrilli ep.* 3 *ad Nestor.* MSI *4*, 1078 A sq. *c.* 26 *n.* 7: *ACOe. tom. I. vol. I/1 pg.* 37 *sq. n.* 7 — LATERAN. IV. MSI 22, 981/82 D *c.* 1 — CONSTANTIENSE MSI 27, 632 E *sess.* 8 *art.* 1-3 **8** sq. Luc. 1, 37 **10** sq. Ps. 148, 5 — AMBROS. de sacram. li. 4 *c.* 4 *et* 5 *PL 16*, 439 B-445 A (458 C-462 C ssq.) *n.* 14-25 **11** ssq. Matth. 26, 26-28 Marc. 14, 22-24 **19** ssq. Joh. 6, 51. 52. 56 Vide HILAR. de Trin. li. 8 *PL 10*, 247 A *sq. n.* 14 **24** Marc. 14, 24 Luc. 22, 19 **25** 1 Cor. 10, 16. 17. 21 11, 23-30 **28** sq. Matth. 28, 20 **34** AMBROS. de sacram. li. 4 *c.* 4 *PL 16*, 440 A-443 A (459 A-462 B) *n.* 14-20: GR. *c.* 55 *D.* 2 *de cons.* — THEOPHYLACT. in 26. Matth. *PG 123*, 649 D sq. — Synod. VERON. VIII = VIENNENSE *c. unicum Clem. (III, 16)* — Synod. VERCELL. MSI *19*, 773 D-778 E. *cfr. Guitm. li.* 1 *PL 149*, 1427 A-1494 D *praesertim* 1429 D ssq. 1486 D ssq. — LATERAN. IV. MSI 22, 981/82 D *c.* 1 — FLORENTIN. MSI *31/I*, 1046 C 1057 C

et supernaturaliter transmutetur. Haec vere stupenda transmutatio non immerito transsubstantiatio tum a synodis tum a patribus appellata est, quod panis vinique substantia in
73r corpus sang- ‖ uinemque Christi convertatur sive, ut IRENAEUS ait, transmutetur. Si enim valuit tantum sermo Christi, ut ignem de coelo devocaret, non valebit Christi sermo (sic enim colligit AMBROSIUS) ut species mutet elementorum? Atqui Christi sermone nihil apertius, dum ait: „Hoc est corpus meum" — „hic est sanguis meus," ne quis omnino putet post consecrationem esse panem et vinum in eucharistia.

98 Estne venerandum nobis *103* adorandumque hoc sacramentum?

Est maxime, sic postulante a nobis officio
[73v] religionis, ut quem ‖ adesse in eucharistia credimus, cultu quoque debito prosequamur creaturae creatorem, servi Dominum atque redemptorem optimum maximum. De quo scriptura ipsa pronuntiat: ‚Adorent eum omnes angeli eius.' Et rursus: „Adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes servient ei." Laudantur ergo Magi similesque nonnulli apud evangelistas, quod Christo adhuc in carne mortali honores divinos exhibuerint, coram eo procidentes eumque adorantes. Atqui nobis idem nunc est Christus in eucharistia non mortalis, sed immortalis, omni gloria et virtute prorsus admirabilis. Quam fi-
74r dem religio- ‖ so corporis animique cultu iure testamur, dum nostrae humilitatis et debitae gratitudinis officium coram tremenda illa semperque reverenda Dei maiestate exhibemus.

99 Quid porro de altaris sacrificio *104* credendum est?

Id procul dubio institutam esse eucharistiam non in eum usum tantum, ut a christianis velut alimentum salutare sumatur, unde cibus, potus, vivus ac vitae panis dicitur, sed etiam ut tanquam summum et proprium novi testamenti sacrificium offeratur, ut ‖ hinc iam olim no- [74v]
men acceperit hostiae, sacrificii, victimae, oblationis, holocausti. Offertur autem in iugem passionis dominicae memoriam et gratiarum actionem atque ut credentibus prosit ad huius et futurae vitae mala depellenda bonaque impetranda neque solum vivis, sed etiam defunctis prosit in remissionem peccatorum, sicut e scriptura divina et traditione apostolica gravissimi patres asseverant.

Hoc est demum illud „iuge sacrificium," quod antichristus tandem ecclesiae auferet, Daniele teste, hoc est sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, quod etiam David in Christo futurum prae- ‖ dicat, haec oblatio 75r
munda, quae iudaicae legis sacrificiis quam plurimis unice succedens apud gentes in omni loco, id est toto orbe terrarum, ad celebrandum Dei et redemptoris nostri nomen offertur atque sacrificatur, ut apud Malachiam legimus. Haec est missae oblatio, sacrifi-

---

A **7** Christi] Eliae *E* 6 **10** Atqui] Atque *F* 4 **19** ut] aut *F* 1.2; in *om. D* 5 **24** eius *om. BCF*
B **24** sq. antichristus — hoc est] aliquando ablatum (oblatum *CxDE*) iri Daniel testatur; ad hoc spectat *A* 2.3 *BCDEF*

A **6** IRENAEUS adv. haer. li. 4 *c.* 17,18 *PG 7*, 1023 C sq. 1027 B-1029 A *n.* 4,5 **9** AMBROS. de sacram. li. 4 *c.* 4 *PL 16*, 439 A-43 A (458 C-62 B) *n.* 13-20: GR. *c.* 55 *D.* 2 *de cons.* — JOH. DAMASCEN. orth. fidei li. 4 *c.* 13 *PG 94*, 1154 A sq. **11** sq. Matth. 28 = 26, 26.28 Marc. 14, 22.24 et ibidem THEOPHYLACT. *PG 123*, 649 D sq. **18** AUGUST. in Ps. 98 *PL 37*, 1264 CD *n.* 9 **20** sq. Deut. 6, 2 10, 13 Matth. 4, 10 sq. Apoc. 14, 7 **23** sq. Ps. 94 = 96, 7 Hebr. 1, 6 **24** sq. Ps. 71, 11 et 21, 28 sq. **26** ssq. Matth. 2, 11 Joh. 9, 38 Matth. 14, 33 28, 9.17 Luc. ult. = 24, 51 sq. *Ps.* AMBROS. in or. a. missam *PL 17*, 753 A *n.* 4 **31** sq. Ps. 94, 1 ssq. **33** ssq. BASIL. M. = CHRYSOST. In Dial. de dignit. sacerd. *li.* 3 *et* 6 *PG 48*, 643 A *n.* 5 681 B sq. *n.* 4 — GREGOR. M. 4 Dialog. *c.* 58 *PL 77*, 426 A

B **10** sq. Joh. 6, 51.52.56.59 1 Cor. 10, 16 11, 26 — AUGUST. ep. 120 *c.* 24-27 *PL 33*, 563 D-567 D *ep.* 140 *n.* 61-67: *CV 44*, 206-215; de civ. Dei li. 17 *c.* 20 *PL 41*, 555 D *sq.*: *CV 40/II*, 260 sq.; c. Faust. li. 20 *c.* 21 *PL 42*, 384 C 385 C *sq.* *CV 25/I*, 562 564 **13** ssq. CYPRIAN. li. 2 ep. 2 = 3 *PL 4*, 385 B sq. 386 B sq. (397 B 398 B-399 A) *ep.* 63 *c.* 14,16,17 *CV 3/II*, 713 sq. et ep. 9 *PL 4*, 399 A sq. (411 A sq.) *ep.* 66 *c.* 2: *CV 3/II*, 466 *sq. ep.* 1 **15** ssq. AUGUST. or. c. Iudaeos *c.* 9 *PL 42*, 60 D-62 C *n.* 12.13 — CHRYSOST. in ep. ad Hebr. 9 ho. 17 *PG 63*, 131 B sq. — *Ps.* AMBROS. in ep. ad Hebr. *Ed. Paris.* 1569 *t. V*, 2091 D-3014 B *passim* — JOH. DAMASCEN. orth. fidei li. 4 *c.* 13 *PG 94*, 1149 C sq. ISIDORUS de div. offic. *li.* 1 *c.* 18 *PL 83*, 754-757 A *n.* 1-11 **23** Dan. 12, 11 Num. 28, 6 **26** Gen. 14, 18 **26** sq. Hebr. 7, 1.11 sq. Ps. 109, 4 **27** ssq. Sic Malachiam 1, 10 sq. interpretantur *Ps.* MARTIALIS *B. SS. PP. t. I*, 49 C sq. — IRENAEUS *adv. haer. li.* 4 *c.* 17 *sq. PG 7*, 1023 C-1024 C sq. 1026 C-1029 A *n.* 5,6,18 — ORIGENES *in Lev. ho.* 7 *PG 12*, 477 B sq. *n.* 1: *CB 29*, 373 sq. — AUGUST. *de civ. Dei li.* 18 *c.* 35 *et li.* 19 *c.* 23 *PL 41*, 594 B *n.* 3 655 A *n.* 5: *CV 40/II*, 322.418 — EUSEB. CAES. de demonstr. ev. li. 5 c. 3 *PG 22*, 365 C *ssq.*: *CB 23*, 222 **33** Missae nomen legis apud *Ps.* CLEMENT. *li.* 6 *Const. apost. c.* 23 *PG 1*, 972 C sq. FU *I*, 361 363 — IGNATIUS *ep. ad Philadelph. c.* 4 *PG 5*, 700 B FU *I*, 266 — *Ps.* ALEX. I. *ep.* 1 HI 99 GR. *c.* 1,8 *D.* 2 *de cons.*

cium, liturgia, cui testimonium omni exceptione maius praebent CANONES APOSTOLORUM, sanctae SYNODI, magnus consensus et usus perpetuus totius ecclesiae graecae et latinae, orientalis et occidentalis.

Quod missae officium seu sacrificium, si rem omnem aeque perpendimus, aliud sane [75v] nihil est, quam ‖ dominicae passionis et illius cruenti sacrificii, quod in cruce pro nobis est oblatum, sancta quaedam et viva representatio et oblatio efficax. Ex qua fit primum, ut memoria, fides et gratitudo nostra in redemptorem ipsum vivida excitetur confirmeturque secundum illud: „Hoc facite in mei commemorationem." Quorum verborum ecclesia tam sedula interpres fuit, ut omnem incruenti huius sacrificii externum ornatum, vestes sacras, vasa, ritus actionesque omnes ita instituerit, ut ob oculos circumstantium nihil aliud quam commemoratio illa sancta obversetur. 76r Est et alia missae utilitas, ut ‖ oblationis Christi in cruce factae et redemptionis fructus nobis atque credentibus itidem omnibus tam defunctis quam vivis applicetur. Quare CYPRIANUS hoc sacramentum ad sanandas infirmitates et purgandas iniquitates tum medicamentum tum holocaustum esse testatur. MARTIALIS vero, apostoli Petri discipulus, ita scribit: Quod Iudaei per invidiam immolaverunt, putantes se nomen eius a terra abolere, id causa salutis nostrae in ara sanctificata proponimus, scientes hoc solo remedio nobis vitam praestandam et mortem effugiendam. Omittimus interim eiusdem fidei ac sententiae testes patres alios, ‖ ut instituta nobis [76v] brevitas retineatur.

Ex quibus liquido constat Christum dici et esse nobis sacrificium duplici modo, cruento videlicet ac incruento. Nam in cruce cruentum ille sacrificium pro nobis obtulit sese, ut typo paschalis agni, qui apud Iudaeos immolabatur, verus ipse „agnus sine macula" id est figurae veritas, responderet. In coena vero, sicut et in altari, modo cultuque incruento, quemadmodum et CYRILLUS vocat, idem offerri voluit, ut oblatio Melchisedech, quae sub specie panis vinique celebrabatur, consummationem suam acciperet maneretque verus „sa- ‖ cerdos secundum ordinem Melchi- 77r sedech" et illius sacerdotium esset in aeternum, nullo unquam alio succedente. Illic semel et uno duntaxat in loco Iudaeae peregit sacrificium, de quo Paulus Hebraeis disserit; hic vero saepius „et omni in loco' seu per omnem passim ecclesiam sacrificatur, ut Malachias propheta confirmat; illic in mortem offertur, hic in mortis illius iugem recordationem et salutiferam eius, quae inde velut a capite ad membra dimanat, participationem.

100 Estne sub altera tantum, panis *105* scilicet, an vero sub utraque panis ac vini specie sumenda eucharistia? [77v]

De sacerdotibus quidem seu sacrificantibus

A **6** officium seu *om. A* 2.3 *BCDEF* **7** sq. aliud — quam] est revera *A* 2.3 *BCDEF* **8** et *om. D* 3-5 **11** et oblatio efficax] atque simul incruenta et efficax oblatio *A* 2.3 *BCDEF* Ex qua fit primum] Hinc fit *A* 2.3 *BCDEF* **12** in *om. D* 3-5 **21** Est — utilitas] Hinc fit itidem *A* 2.3 *BCDEF* < 3 Hinc fit etiam *EF* 3 **25** Cyprianus] sermone de coena Domini *add. BCDF*

B **5** liquide *D* 5 **13** Cyrillus] contra Nestorium *add. BCDF* **15** celebratur *D* **18** et illius] eiusque *E*

A **2** Canon. PS. APOST. 3 et 8 HI 27 sq. FU *I*, 564-567 *can.* 2, 8 TUR *I/1*, 9. 11 **3** Concil. NICAEN. I *can.* 14 MSI 2, 690 C HI 259 TUR *I/2*, 269 — Conc. EPHES. MSI *4*, 1078 A *sq. c.* 26 *n.* 7: *ACOe t. I vol. I/1*, 37 *n.* 7 — AUGUST. c. adversar. leg. et prophet. *li.* 1 *c.* 19, 20 *PL 42*, 625 A-627 C 629 B *n.* 38, 39, 42 **4** Vide missam BASIL. *PG 31*, 1032 D sq. — *Ps.* CHRYSOST. *PG 63*, 912 AD sq. 914 B 917 B sq. — AMBROS. *de myst. c.* 8 *sq. PL 16*, 403-10 (420-26) *et de sacr. li.* 4 *sq. PL 16*, 435-54 (455 B-74 B) — GREGOR. M. *li. de sacr. PL 78*, 25-264 — ISIDOR. *de div. offic. li.* 1 *c.* 14-18 *PL 83*, 751-57 **14** Luc. 22, 19 1 Cor. 11, 24 **17** ssq. de caerem. missae vide *Ps.* DIONYS. AR. de eccl. hier. c. 3 *PG 3*, 426 B ssq. — ISIDOR. *de Offic. eccl. li.* 1 *c.* 14 *ssq. PL l. c.* — REMIGIUS *tr. de dedicat. eccl. PL 131*, 845-866 — RUPERT. TUIT. *de div. offic. li.* 1 *et* 2 *PL 170*, 26 C-48 C — JOH. DAMASC. *orth. fid. li.* 4 *c.* 13 *PG 94*, 1149 C *Ps.* DIONYS. AR. de eccl. hier. c. 7 *PG 3*, 552-584 *passim* — EPIPH. c. Aërium *haer.* 75 *PG 42*, 508 A 513 B *sq.* 516 A *sq. n.* 3, 8, 9 **25** ssq. *Ps.* CYPRIAN. ser. de coena Domini *Ed. Antverp.* 1568 *tom. III*, 467 *col.* 1 *in fine n.* 1 **28** ssq. *Ps.* MARTIALIS ad Burdigal. *B. SS. PP. t. I*, 49 C *sq. c.* 3 — Vide locos comm. Hoffmeisteri fol. 102v-114r

B **6** sq. Concil. EPHES. I MSI *4*, 1078 A *sq. c.* 26 *n.* 7: *ACOe tom. I vol. I/1*, 37 *n.* 7 — AUGUST. c. Faust. li. 20 *c.* 21 *PL 42*, 348 C 385 C *sq.*: *CV 25/1*, 562 564 **8** ssq. Eph. 5, 2 Hebr. 10, 14 **10** Ex. 12, 3-7. 13 **13** CYRILL. ALEX. c. Nestor. *PG 77*, 113 C *sq. ep.* 17 **14** sq. Gen. 14, 18 sq. Hebr. 5, 6 7, 1. 11 HIER. in Matth. 26 *PL 26*, 195 B (202 C sq.) et in Tit. 1 *PL 26*, 603 B **17** sq. *Ps. 109*, 4 *Hebr. 5*, 6 7, 11 **21** Hebr. 9, 25-28 10, 14 et *Ps.* AMBROS. = ALCUIN. in idem cap. 9 et 10 ad Hebr. *PL 100*, 1070-1084 **23** Mal. 1, 11 **25** sq. Hebr. 10, 14 et ibid. CHRYSOST. *ho.* 17 *PG 63*, 131 B sq. — PHOTIUS *ap. Oecumen. PG 119*, 324 A **32** GELASIUS *ap.* GR. *c.* 12 *D.* 2 *de consecr.* Hinc toties in CONCIL. fit mentio de commun. laicali seu peregr.

constat ambas sacramenti species illis esse sumendas, sine quibus etiam neque rite consecrare neque offerre possent unquam eucharistiam. Cuius rei causam ex sacrificio ipso pendentem reddere, hic iam necesse non est. De aliis vero fidelibus non sacrificantibus illud fatendum est, nunc unam tantum, nunc utramque speciem aliquando eis dispensatam fuisse in ecclesia, sicut et scriptura, ubi de hoc sacramento disserit, modo panis et calicis, modo panis solius meminit. Neque vero
78r Chri- ‖ sti nobis hic exemplum deest, qui in Emmaus cum duobus discipulis agens sub una solum specie porrexit illis eucharistiam [1]) ac postea statim illinc sese subduxit, sicut evangelicum hunc locum patres interpretantur. Proinde damnandi non sunt, sive qui nunc unica contenti specie ab usu calicis abstinent et multis ab hinc saeculis prius abstinuisse leguntur, sive qui olim, cum ita probaret ecclesia, utramque speciem in usu publico habuere.

At magister rerum usus paulatim docuit maiore cum populi commoditate ac minore periculo multisque de causis frugifere fieri
[78v] posse, si ‖ omisso calicis usu alterius tantum speciei communio retineretur. Atque ita faciendum iam diu decrevit ecclesia non discedens quidem a sponsi sui instituto praeceptove („columna" enim „et firmamentum veritatis" est ‚et mysteriorum Dei fida dispensatrix') sed potestatem a sponso acceptam in dispensandis mysteriis ad aedificationem communemque fidelium utilitatem convertens, prout temporum hominumque conditio postulare videtur.

Quod ut rectius etiam intelligatur, evangelii certe nobis verba declarant Christum in coena cum illis egisse, quibus potestatem fe-
79r cit non sumendae modo, sed etiam ‖ consecrandae offerendaeque eucharistiae, immo et ordinandae et administrandae totius ecclesiae. Horum iudicio, prudentiae et autoritati reliquit, cum de aliis plerisque ad rem christianam spectantibus, tum de modo ordineque dispensandae fidelibus eucharistiae ius in posterum constituendi atque pro ratione temporum rite disponendi. Id probat etiam ex Paulo Augustinus et multis apostolorum institutis evinci facile potest.

Nec est cur plebeis iniuria irrogari ulla putetur, si ut in plerisque quoque aliis hac in parte non aequantur sacerdotibus. Nam in confesso est Christum non esse dissectum in partes duas secundum duo sacramenti huius [79v]
signa, sed tam sub una quam sub utraque specie, immo sub unius etiam hostiae consecratae particula Christum totum exhiberi atque sumi, videlicet secundum carnem, animam, sanguinem, divinitatem. Ubi autem Christus totus sumitur, illic deesse non potest integer quoque fructus et gratia tanti sacramenti. Quapropter nulla hic laici utilitate fraudantur, sive rem ipsam in sacramento contentam, Christum scilicet Deum et hominem spectes, sive fructum et gratiam, quae eucharistiam sumentibus ad animarum salutem donatur, quaeras, sed tantum hi ‖ sub altera accipiunt, 80r
quantum alii digne huc accedentes sub utraque percipere possunt.

Qua de re vel ambigendi vel disceptandi amplius nullus iam relictus est locus, posteaquam Spiritus sanctus, qui iuxta promissionem Christi docet ac regit ecclesiam, certam nobis et explicatam sententiam edidit editamque confirmavit sacrosanctae synodi non violanda autoritate. Eius sententiae verba si quis requirit, breviter sic habent.

Fideles laici sive clerici communicantes et non conficientes non astringuntur ex praecepto Domini ad suscipiendum sub ‖ utraque [80v]

A **2** etiam *om. E* *B* **11** quoque] itidem *A* 2. 3 *BCDEF* **25** et *om. E* 5 **28** alii — accedentes] quidem *E* 6 digne huc accedentes *om. E* ⟨6 *F* 3 huc *om. D* 5 **29** percipere possunt] perciperent *A* 2. 3 *BCDEF*] si liceret specie essent percepturi *EF* 3 **38** et *om. Cx*

A **9** Joh. 6, 52 ssq. 1 Cor. 10, 16 11, 26 ssq. Act. 2, 42 20, 7 **13** ssq. Luc. 24, 30. 35 et ibid. Theophylact. *PG 123*, 1120 A et Beda *li.* 6 *PL 92*, 628 B — *Ps.* Chrysost. in Matth. *op. imperf. ho.* 17 *PG 56*, 729 C sq. — August. de cons. evangelist. li. 3 *c.* 25 *PL 34*, 1206 A *ssq. n.* 72: *CV 43*, 571 *sq.* — Euseb. Caes. hist. eccl. li. 6 *c.* 44 *PG 20*, 629 B-633 A: *CB 9/II*, 624 *sq.* — Cyprian. de lapsis ser. 5 *c.* 26 *PL 4*, 486 B (501 A): *CV 3/I*, 256 **29** 1 Tim. 3, 15 Cyprian. de simpl. praelat. *c.* 4-7 *PL 4*, 498 B-505 B (481 A-486 A): *CV 3/I*, 213-216 **30** 1 Cor. 4, 1 **38** Matth. 26, 20. 26-28 Marc. 14, 17. 22-24 Luc. 22, 14. 17. 20 **40** sq. Act. 20, 28 1 Petr. 5, 2-4 Luc. 10, 16 Eph. 4, 11-17
B **7** 1 Cor. 11, 34 **8** August. ad inquisit. Jan. = *Ep.* 54 *c.* 6 *PL 33*, 203 C *sq. n.* 8: *CV 34/II*, 167 **11** sq. Matth. 18, 18 Joh. 20, 23 1 Tim. 3, 2 ssq. 4, 13-16 Tit. 1, 5 **16** ssq. Cyrill. Alex. in ep. ad Calosyr. *PG 76*, 1073 *sq.* Gr. c. 75 et 77 D. 2 de cons. **30** August. ep. 118 ad Jan. *c.* 5 *PL 33*, 202 D *sq. ep.* 54 *n.* 6: *CV 34/II*, 165 **22** sq. Joh. 14, 16-20 16, 12 sq. Luc. 22, 31 sq. **35** Synod. Basil. sess. 30 Msi *29*, 158 C ssq.

[1]) *Quae opinio doctis viris hodie minus placet.*

specie, panis scilicet et vini, sacrum eucharistiae sacramentum. Sed ecclesia, quae regitur „Spiritu veritatis" secum manente in aeternum et cum qua Christus manet „usque ad consummationem saeculi" (sicut ait divina scriptura) ordinare habet, quomodo ipsis non conficientibus ministretur, prout pro reverentia ipsius sacramenti et salute fidelium viderit expedire. Et rursus in alia synodo: Cum huiusmodi consuetudo (communicandi laicum populum sub una specie) ab ecclesia et sanctis patribus rationabiliter introducta et diutissime observata sit, habenda est pro lege, 81r quam non licet repro- ‖ bare aut sine ecclesiae autoritate pro libito mutare.

Haec sacrosanctarum synodorum doctrina est ac sanctio non leviter promulgata, quam christianus etiam orbis agnoscit, recipit ac retinet magno consensu populorum; iamque tot saeculis in usu habet, ut eiusmodi communionis initium nequeat commonstrari. Quare mirum est adhuc reperiri, qui privatae pietatis specie ducti aliter statuant et hac in parte cum novis ecclesiae contemptoribus adversus venerandam totius ecclesiae autoritatem conspirent. His verendum est sane, ne dum ex- [81v] terna sacramenti signa tantopere ur- ‖ gent, fructum ipsum internum adeoque Christum totum amittant. Quandoquidem neque fides neque sacramenta ulla prosunt nisi persistentibus in ecclesiae unitate. Cuius quidem unitatis maximum est symbolum eucharistia, nullum idcirco fructum praebens haereticis atque schismaticis, quod hanc scindant unitatem.

101 Quem fructum exhibet rite *106* sumpta eucharistia?

Plurimum sane maximumque praebet. Hoc enim sacrum est convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia et futurae gloriae nobis pignus datur, ‖ ut praeclare horum fructuum 82r sensu experientiaque excitata decantat ecclesia. „Hic est panis, qui de coelo descendit' et dat vitam mundo nostrosque animos in vita spirituali sustentat atque confirmat. Haec sacra synaxis sive communio, quae fideles tanquam eiusdem corporis membra inter se iungi ac sanctorum piorumque omnium meritis associari significat atque praestat. Tum, quod augustius est, eosdem capiti suo Christo arctissime unit, ut in eo illi maneant et ipse in illis atque ita vitam aeternam consequantur. Hoc est viaticum nostrae peregrinationis, quod in huius vitae deserto militiaque versantibus et hinc ad coelestem Hierusalem conten- ‖ dentibus veluti manna patribus datum [82v] adfert consolationem, delectationem, virtutem et gratiam longe efficacissimam. Hoc est corpus Christi (ut egregie docet Bernardus) aegris medicina, peregrinantibus vita, quod debiles confortat, valentes delectat, languorem sanat; per hoc homo mansuetior ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionem devotior.

102 Quaenam ad eucharistiam *107* digne sumendam eiusque fructus consequendos requiruntur?

Expedita est Apostoli responsio: „Probet seipsum homo et sic de pane illo edat," quem- 83r admodum et Augustinus dixit: In Christi corpore vita nostra consistit; mutet ergo vitam, qui vult accipere vitam.

Haec autem probatio sui et vitae mutatio in quatuor potissimum rebus versatur, ut adsit fides, poenitentia, mentis attentio et christiani hominis habitus decens. Fides hoc postulat, ne de his, quae diximus, aliisque si-

A **9** expedire] etc. *add. A* 2.3 *BCDEF* in *om. F* 3 **26** verendum] venerandum *F* 1.2 **29** Quandoquidem] Quam quidem *F* 1.2

B **7** Haec] est *add. E* 6 sacra] illa *add. E* 6 **9** iungit *D* 4.5 **22** vita] via *A* 2.3 *BCDEF* **23** languores *E* 6 **24** hoc] fit *add. E* 6

A **3** Joh. 14,17 16,13 17,17.19 1 Tim. 3,15 **4** sq. Matth. 28,20 **9** Concil. Constantiense sess. 13 Msi 27, 727 C-728 B **24** 1 Tim. 3,15 Matth. 18,17 **26** ssq. August. c. Crescon. li. 1 *c.* 33 *PL 43*, 466 A n. 39 *CV 52*, 357 **29** ssq. August. c. lit. Petil. li. 2=3 *c.* 40 *PL 43*, 372 A *sq. n.* 46: *CV 52*, 200 et de civ. Dei li. 21 *c.* 25 *PL 41*, 741 D: *CV 40/II*, 565

B **5** Joh. 6, 38. 51. 52. 54. 55. 59 et ibid. Theophylact. *PG 123*, 1308 B sq. 1309 C ac Cyrill. Alex. *PG 73*, 565 BD sq. 577 A-580 D 581 BD sq. 584 B sq. *c.* 2 Item Origenes in Matth. 26 *PG 13*, 1734 A-1737 B *n.* 84-86 **7** ssq. 1 Cor. 10,17 **12** sq. Hilar. de Trin. li. 8 *PL 10*, 246 A *sq. n.* 13 — Chrysost. ho. 9 et 10 ad pop.=60 *et* 61 *Ed. Paris.* 1570 t. *V*, 331 D-335 D 338 C-339 D *(dub.)* **13** sq. Joh. 6,57 **15** *Ps.* August. de visit. infirm. *li.* 2 *c.* 4 *PL 40*, 1154 C **18** Ex. 16,6-35 Deut. 8,3 Sap. 16,20 Joh. 6,31.32.59 **21** Bernard. *ser. de coena Domini PL 183*, 272 C *sq. n.* 3: *XB I/1*, 327 **31** sq. 1 Cor. 11,28 **33** *Ps.* August. ser. de adv. Dom.=*ser.* 1 *de temp. PL 39*, 1973 B *app. ser.* 115

milibus ad hoc mysterium pertinentibus quidquam dubites. Id fiet, si simpliciter quidem in fide atque sententia eccle- ‖ siae, ut est [83v] sane necessarium, per omnia acquiescas. Poenitentia, de qua mox plura dicemus, peccatorum detestationem et explicatam coram sacerdote confessionem impetratamque absolutionem exigit. Animus deinde praesens accedat necesse est, qui sese per meditationes et orationes pias ad hoc tantum sacramentum convertat. Demum christiani decens habitus et compositio postulat, ad sacram synaxim neminem nisi ieiunum, modestum, humilem, supplicem minimeque sordidum accedere oportere. ‚Qui vero sacram eucharistiam indigne sumunt, non vitam, sed iudicium sibi sumunt' et ‚rei sunt cor- ‖ poris et sanguinis Domini' 84r Apostolo teste.

A **8** deinde] in *add. F* 1.2 accedet *Cx* *B* **6** vere *B* 6

A **3** 1 Tim. 3,15 **3** sq. Origenes περὶ ἀρχῶν li. 1 *PG 11*,115-182: *CB 22*,16-105 — Chrysost. ho. 3 in Matth. *PG 58*,31-40 — August. in Joh. tr. 26 *PL 35*,1606 D-1615 D et in Ps. 98 *PL 37*,591 C-595 C **4** ssq. Ambros. in orat. a. missam prec. 1 *PL 17*,751 B-755 A (829 C ssq) *n.* 1-8 *(dub.)* — *Ps.* Ambros. *in orat. a. missam prec.* 2 *PL 17*,755 A-762 D (833 C *ssq.*) *n.* 1-19

B **3** sq. August. ep. 118 ad Jan. *c.* 6 *PL 33*, 203 B *ssq. ep.* 54: *CV 34/II*,106 *sq. n.* 7,8 — *Ps.* August. ser. de adv. Dom. = *ser.* 2 *de temp. PL 39*,1976 A *sq. app. ser.* 116 **6** ssq. 1 Cor. 11,27.29

4. DE POENITENTIAE SACRAMENTO.

103 Quid est poenitentiae sacramentum? *108*

Est, in quo sacerdotalis absolutio a peccatis, quae detestatus riteque confessus quis fuerit, impetratur. Quam absolvendi potestatem ut in ecclesia certam haberemus, divina promissio sacerdotibus facta haec fuit: „Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis [84v] peccata, remittuntur eis et quorum reti- ‖ nueritis, retenta sunt." Rursus vero: „Amen dico vobis" inquit Dominus „quaecunque alligaveritis super terram, erunt ligata et in coelo, et quaecunque solveritis super terram, erunt soluta et in coelo." Ex quibus verissimum cernitur, quod Chrysostomus palam affirmat: Nostris sacerdotibus non corporis lepram, verum animae sordes non dico purgatas probare, sed purgare prorsus concessum est, et Augustinus eadem ratione concludit: Quid facit ecclesia, inquiens, cui dictum est: Quae solveritis, soluta erunt? nisi quod ait Dominus ad discipulos: „Solvite illum et sinite abire."

85r *104* Cur opus est poenitentiae sacramento? *109*

Ut homo post baptismum relapsus et inimicus Dei factus Deo reconcilietur et, remissione peccatorum accepta, per hoc sacramentum resurgat et reviviscat ad vitam spiritualem. Unde patres poenitentiam non temere secundam post naufragium tabulam vocant, qua scilicet ex vortice mortalis peccati tanquam e naufragio subvehi et in gratiam amicitiamque Dei transferri unusquisque possit, quantumlibet multis magnisque criminibus sit praegravatus.

105 Quando hoc sacramentum rite accipitur et efficaciter operatur? *110* [85v]

Cum is, qui remissionem peccatorum implorat, tres illas partes seu actiones adhibet: contritionem videlicet, confessionem et satisfactionem, quae totam hominis ad Deum conversionem et renovationem complectuntur. De quibus ita Chrysostomus: Perfecta poenitentia cogit peccatorem omnia libenter ferre, in corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas. Hanc esse frugiferam poenitentiam Chrysostomus asserit, ut, quibus modis Deum offendimus, offendimus autem corde, ore ac opere, ‖ iisdem reconciliemur 86r Deo, corde quidem per contritionem, ore per confessionem ac opere per satisfactionem.

A **13** ligaveritis *E* 6 *B* **7** e *om. C*<1+*x* **22** toto *D* 4.5

A **8** ssq. Joh. 20,22 sq. **11** ssq. Matth. 18,18 **16** ssq. Chrysost. de sacerdot. li. 3 *PG 48*,644 A *n.* 6 **20** ssq. August. de verb. Dom. *ser.* 8 *PL 38*,434 B *sq. ser.* 67 *c.* 1 *sq.* **23** Joh. 11,44 **24** Ambros. de poenit. li. 1 et 2 *PL 16*,465-524 (485-546)

B **4** Tertull. de poenit. *PL 1*,1240 C-42 A (1351 B *ssq.*) *c.* 7 — Hieron. s. Dan. [I] = s. Is. *PL 24*,65 D *sq.* (66 C) *v.* 8 *sq.* Gr. *c.* 72 *D. 1 de poenit.* — *Ps.* Aug. de vera et falsa poenit. *PL 40*,1113-30 **9** sq. Ez. 18,21.30 ssq. 33,11-16 **14** ssq. Concil. Flor. Msi *31/I*,1057 E *sq.* — Aug. ho. 50 ex 50 *PL 39*,1537 A *ser.* 351 *c.* 2 1549 A *c.* 5 — Chrys. ho. 29 ad pop. = *ho. de poenit. Ed. Paris.* 1570 *tom. V*,767 B *ssq.(dub.)* Gr. *c.* 40 *D. 1 et c.* 8 *D.* 3 *de poenit. Petr. Lomb. li.* 4 *dist.* 18

Ad contritionem pertinet illud „sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum Deus non despicies." Confessionem his verbis Lucas indicat: „Multi credentium" inquit „veniebant confitentes et annuntiantes actus suos." Et Iacobus apostolus docet: „Confitemini alterutrum peccata vestra." Ad satisfactionem porro spectant ‚digni poenitentiae fructus' quos Ioannes Baptista postulat, inter quos et eleemosynae. De his autem Daniel propheta: „Peccata [86v] tua" inquit „eleemosynis ‖ redime et iniquitates tuas misericordiis pauperum." Grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem, ait AMBROSIUS.

106 Quid est contritio? *111*

Est animi dolor, qui de peccatis propter Dei offensam concipitur, ita ut ea ipsa homo detestetur ac vitam in melius commutare proponat. Haec contritio paratur, si quis peccatorum suorum foeditatem, magnitudinem ac multitudinem sedulo intueatur, si de summa bonitate offensa de Dei gratia caeterisque donis amissis sollicite cogitet, si mortis in- 87r certae ineluctabilem necessitatem, futuri iudicii severitatem ac paratas etiam peccatoribus poenas sempiternas expendat atque pertimescat. Huc pertinet illud Ezechiae: „Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae" et illud Davidis: „Iniquitatem meam ego cognosco et peccatum meum contra me est semper." Idemque alibi: „A iudiciis tuis timui." Quin et manifesta Dei vox est ad peccatorem: „Charitatem tuam primam reliquisti, memor esto itaque, unde excideris et age poenitentiam." Sed et Christus in evangelio: „Timete eum" inquit „qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam, ‖ ita dico vobis, hunc [87v] timete."

107 Estne confessio necessaria? *112*

Est utique, non solum autem, ut quidam falso autumant, interior, quae coram Deo quotidie facienda est Davidis exemplo, qui ait: „Dixi: confitebor adversum me iniustitiam meam Domino" verum etiam exterior illa, quae apud sacerdotem de criminibus peragitur omnibus, quae post examinatam sedulo conscientiam in mentem homini veniunt. Ita de hominibus ecclesiae primitivae scriptum est: „Multi credentium veniebant confitentes et annuntiantes actus suos." Quam ‖ confitendi 88r rationem esse necessariam non ecclesiae modo sacra iura et patrum veneranda scripta confirmant, sed etiam Christi divina verba concludunt declarantque, cum ait: „Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt." Atqui remittere vel retinere peccata (cum iudicis haec sint officia) nullus recte potest sacerdos, nisi illorum causa probe cognita atque perspecta sit. Quae causae cognitio prius fieri non potest quam is, qui expendendum se sacerdoti, ut iudici ac medico suo, absolvendumque constituit, spontanea confessione vulnera sua sigillatim detegat atque ita aperiat, ‖ ut sacerdos, quid ligan- [88v] dum sit quidve solvendum, explicate cognoscere queat.

A **18** ssq. qui] et quae *A* 2.3 *BCDEF* propter — proponat] concipitur detestatio cum proposito vitae in melius commutandae coniuncta *A* 2.3 *BCDEF* **22** sq. ac multitudinem *om. D* 5

B **6** timete] Jam vero contritionis hic dolor natus (natus *om. E*) ita demum ad remissionem peccatorum nos praeparat, si cum fiducia divinae misericordiae votoque praestandi ea, quae ad sacramentum hoc spectant, coniungatur *A* 2.3 *BCDEF* timete] timere *F* 1.2 **9** quidem *D* 2-4 *E* 2.7 **31** constituit] tradidit *E* **34** quidne *E* 6

A **1** ssq. Ps. 50,19 **4** ssq. Act. 19,18 **6** Jac. 5,16 et ibid. BEDA *PL 93*,40A **9** Matth. 3,8 Luc. 3,8 **11** ssq. Dan. 4,24 **13** ssq. *Ps.* AMBROS. ad virg. laps. *c.* 8 *PL 16*,378B (395A) *n.* 37 **16** ssq. *Ps.* AUGUST. de spir. et anima *PL40*,816B — AUG. de poenit. medicina *c.* 4 *PL 39*,1542D *sq. ser.* 351 **21** ssq. *Ps.* CHRYS. in Ps. 50 *PG 55*,581C *ssq. ho.* 2 *n.* 5,6 — CHRYSOST. de compunct. cordis li. 2 *PG 47*,421A-422A — BASIL. in Ps. 33 *PG 29*,350-386 **25** sq. Hebr. 9,27 Soph. 1,15-18 Matth. 25,31-46 Marc. 9,42 sq. **29** ssq. Is. 38,15 **31** ssq. Ps. 50,5 **34** Ps. 118,120 **35** ssq. Apoc. 2,4 sq.

B **3** ssq. Luc. 12,5 **9** De hac CHRYSOST. ho. 42 in Matth. *PG 57*,450A sq. **12** sq. Ps. 31,5 **13** ssq. AMBROS. de poenit. li. 1 *c.* 1 *PL 16*,466B (486B) *n.* 4: GR. *c.* 50 *D. 1 de poenit.* — *Ps.* AUGUST. de visit. infirm. li. 2 *PL 40*,1151-1158 *passim* — CHRYS. *ho.* 42 in Matth. *PG 57*,450A sq. **18** sq. Act. 19,18 **21** 6. Synod.[?]= *Concil.* LATERAN. IV. *can.* 21 MSI 22,1007E-1010C — Concil. FLOR. MSI *31/I*,1057E sq. — *Ps.* CLEM. *ep.* 1 ad Jac. *PL 130*,23D 35B HI 33 44 — LEO M. in ep. 89 et 57 *PL 54*,930A-931A *et* 861C *ssq.* — *Ps.* DIONYS. AR. *Ep.* ad Demoph. *PG 3*,1088B **23** ssq. Joh. 20,23 et in hunc locum GREGOR. M. ho. 26 *in evang. PL 76*,1199D sq. **25** ssq. CHRYSOST. de sacerdot. li. 3 *PG 48*,644A *n.* 6 — Concil. LATERAN. IV. MSI 22,1007E-1010C *can.* 21 — FLORENT. MSI *31/I*,1057E sq. **33** ssq. HIERON. in Matth. 16 *PL 26*,118A *sq.* (112C *sq.*) *v.* 19

108 **Quomodo patres de confessione scribunt?** *113*

Hi certe non modo confitendi utilitatem et usum, qui semper in ecclesia fuit, sed ius etiam atque necessitatem nobis magno consensu commendant comprobantque.

Ut autem e plurimis paucos et probatissimos illos testes producamus, sic habet in primis Magnus ille BASILIUS: Necessarium videtur his, quibus ‚dispensatio mysteriorum Dei'
89r commissa est, confitenda esse peccata. ‖ Sic enim et hi, qui antiquitus poenitebant, inveniuntur apud sanctos confessi esse peccata sua.

Tum CYPRIANUS: Confiteantur, inquit, singuli, quaeso vos fratres, delictum suum, dum adhuc qui delinquit in saeculo est, dum admitti eius confessio potest, dum satisfactio cuiusque et remissio facta per sacerdotes apud Dominum grata est.

Accedit his AUGUSTINI sententia, qui ait: Sunt, qui sufficere sibi ad salutem autumant, si soli Deo, cui nihil occultum est, quem nullius latet conscientia, sua confiteantur crimina. Nolunt enim aut erubescunt, sive dedignantur se ostendere sacerdotibus, quos ta-
[89v] men in- ‖ ter lepram et lepram discernere per legislatorem constituit Dominus. Sed nolo, ut ipsa decipiaris opinione, quatenus confundaris confiteri coram Domini vicario vel tabescens prae rubore vel cervicosus prae indignatione. Nam ipsius similiter subeundum est iudicium, quem Dominus sibi non dedignatur vicarium. Ergo ad te venire roges sacerdotem et fac ipsum conscientiarum tuarum penitus participem.

Nec minus est evidens, quod LEO ille Magnus scriptum reliquit: Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subvenit humanis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per
90r poenitentiae medicinam spes ‖ vitae reparetur aeternae, ut qui regenerationis donum violassent, proprio se iudicio condemnantes, ad remissionem criminum pervenirent, sic divinae bonitatis praesidiis ordinatis ut indulgentia Dei nisi supplicationibus sacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim Dei et hominum homo Christus Iesus hanc praepositis ecclesiae tradidit potestatem, ut et confitentibus satisfactionem poenitentiae darent et eadem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.

109 **Quid porro de satisfactione sentiendum est?** *114*

Id videlicet, quod alia Christi redemptoris propria, alia fidelium poenitentium communis sit satis- ‖ factio. Illa semel in corpore Chri- [90v]
sti crucifixi, dum agnus ille mundi peccata tulit, peracta est, ut qui „natura" sunt „irae filii" Deo reconcilientur. Haec vero, quae ad poenitentes pertinet, a Christi membris in ecclesia quotidie peragitur, cum poenitentes post confessionem ea, quae sacerdos absolvens iniunxit, perficiunt aut cum ultro quidem dignos poenitentiae fructus edimus. Quae vindicatoria simul et emendatoria quaedam est satisfactio et redemptoris Christi beneficium atque satisfactionem adeo non obscurat, ut magis etiam commendet illustretque. Illa enim praeeunte ac praecipue cooperante ‚iudicium ‖ facimus et iustitiam' iuxta divinam 91r
scripturam, delicta nostra contra nos ipsos vindicantes et residuas in nobis peccatorum reliquias diluentes Deique gratiam nobis pleniorem conciliantes atque promerentes. Cui rei luculentum praebent exemplum David et alii, quos in cilicio, cinere, gemitu, luctu, ieiuniis aliisque afflictionibus poenituisse constat et hinc Deo grati et approbati fuisse le-

A **7** autem] etiam *E* et *om. Cx* a plurimis *E* 6
B **5** nequeant *Cx* **6** enim *om. Cx* hominum] Deus et *add. E* 6 **18** sit] fit *A* 2.3 *BCxDEF* 1.2 **25** perficimus *EF* 3.4

A **3** *Ps.* CLEMENS ep. 1 ad Jac. *PL 130*, 23 D HI 33 — ORIGENES *ho.* 1 *et* 2 in Ps. 37 *PG 12*, 1369 C sq. 1385 D ssq. — CHRYSOST. de sacerdot. li. 3 *PG 48*, 644 A *n.* 6 **9** ssq. BASIL. M. in regula monach. *Quaest.* 288 *reg. brev. tract. PG 31*, 1284 D Instit. monast. *PG 31*, 1321-1428 **10** 1 Cor. 4, 1 **14** ssq. CYPRIAN. ser. 5 de lapsis *c.* 29 *PL 4*, 489 A (503 C): *CV 3/I*, 258 **20** *Ps.* AUGUST. de visit. infirm. li. 2 c. 4, 5 *PL 40*, 1154 C *ssq. app.* et li. 1 c. 2 *PL 40*, 1147 D-49 B *app.* Tum AUGUST. in Ps. 66 *PL 36*, 802 A-12 D *passim* **26** Lev. 14, 1-7. 19 sq. Luc. 17, 14 **36** ssq. LEO M. ep. 91 ad Theod. episc. *PL 54*, 1011 B-14 A *ep.* 108 *n.* 1-5
B **18** ssq. Hebr. 9, 25-28 Eph. 5, 2. 25 ssq. 1 Joh. 2, 2 Joh. 1, 29 **20** sq. Eph. 2, 3 1 Cor. 15, 3. 22 2 Cor. 5, 18 sq. CYPRIAN. li. 3 ep. 8 et 4 = 14 *PL 4*, 251 B *(4*, 369 C *ssq.) ep.* 9 *n.* 2 = *PL 3*, 1048 D *sq.* (1014 A) *et PL 4*, 256 A-259 B *CV 3/II*, 717 *ep.* 64 *c.* 1 *et* 517-20 *ep.* 16 — TERTULL. de poenit. *PL 1*, 1235 C sq. 1241 C sq. 1242 A 1243 B ssq. (1346 A 1352 B 1353 A 1354 B ssq.) *c.* 5, 7-9 **31** ssq. Is. 56, 1 Ez. 18, 21. 22. 27 2 Cor. 7, 9-11 Ps. 50, 1-6 et ibid. *Ps.* CHRYSOST. *PG 55*, 565 A-88 D *passim* CHRYSOST. in Matth. 3 *PG 57*, 190 D *sq. ho.* 10 *n.* 6
37 ssq. 2 Reg. 21 = 12, 13-17 Jon. 3, 5-10 3 Reg. 21, 27-29 Matth. 11, 21 sq. Judith 4, 8-17 Joel 2, 11-17

guntur. Huc etiam spectant illa: „Peccata tua eleemosynis redime." Item: „Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio et fletu et planctu." Et quod Paulus docet „tristitiam, quae secundum Deum est, operari [91v] vindictam' quodque idem scribit: „Si nos ipsos diiudicaremus, non utique iudicaremur a Domino." Ea propter non est, cur de satisfactionis nomine, quod certe patribus perquam familiare est, disceptemus, cum in scripturis res ipsa perspicue proponatur.

110 Profer aliquot patrum de satisfactione sententias. *115*

Cyprianus ille sanctissimus martyr et testis gravissimus in hunc modum docet: Deus, quantum Patris pietate indulgens est, tantum iudicis maiestate metuendus est. Alto vulneri 92r diligens et longa me- ‖ dicina non desit, poenitentia crimine minor non sit, orare oportet impensius, diem luctu transigere, vigiliis noctes ac fletibus insomnes ducere, tempus lachrymosis occupare lamentationibus, stratos adhaerere cineri, in cilicio volutari et sordibus. Idemque rursus: Rogandus est Deus et satisfactione nostra placandus, delicta nostra reputanda, actus nostri et animi secreta volvenda, conscientiae merita ponderanda. Nec multo post: Poenitentiae iter, quod ostendit antistes, amplectamur; remedia vitalia, quae de scripturis coelestibus ille depromit, assumamus et ex vulneribus etiam occultis, quo- [92v] rum ex- ‖ omologesin fecimus, exponentes apud eum conscientiae nostrae pondus, salutarem medicinam exquiramus nec cessemus in agenda poenitentia atque in Domini misericordia deprecanda, ne quod nimis esse in qualitate delicti videtur, in neglecta satisfactione cumuletur.

Et Augustinus clarissime dixit: Non sufficit mores in melius commutare et a factis malis recedere, nisi etiam de iis, quae facta sunt, satisfiat Deo per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium cooperantibus eleemosynis.—Tum alibi quoque sic idem habet: Quomodo nullus dies est, in quo homo possit esse sine peccato, sic nullo die ‖ debet 93r esse sine satisfactionis remedio.

Et apud Hieronymum legimus in hunc modum: Affligendum corpus, quod multis vacavit delitiis, longus risus perpeti compensandus est fletu, mollia linteamina et serica preciosissima asperitate cilicii conmutanda. Tum rursus: Peccator dormiat in sacco et praeteritas vitae delitias austeritate compenset.

Eodem spectans Ambrosius: Qui agit paenitentiam, inquit, non solum diluere lachrymis debet peccatum suum, sed etiam emendationis factis operire et tegere superiora facta, ut ei non imputentur. Atque idem alibi: Grandi plagae alta et prolixa opus est medicina. Grande ‖ scelus grandem necessariam habet [93v] satisfactionem.

111 Estne satisfactioni etiam post mortem locus? *116*

Ad hoc explicandum varia morientium conditio est observanda. Horum enim alii gratiam Dei vitaeque innocentiam ad finem usque conservant; ad quos pertinet, quod scriptura testatur, iustis et iis, qui non peccaverunt, ut Abraham, Isaac et Iacob, poenitentiam non esse positam. Alii peccaverunt quidem et ex accepta Dei gratia exciderunt, sed criminum sordes dignis poenitentiae fructibus expia- ‖ runt, ut David, Ezechias, Petrus, 94r Magdalena. Utrumque hoc genus nulla post mortem eget satisfactione, sed ab ea prorsus est liberum. At longe plures sunt homines medii generis morientes, nec valde boni nec valde mali, ut Augustinus vocat, qui peccatorum suorum poenitentiam in vita perfectam

A **20** non *om. E* **24** et *om. C*<1 **33** facimus *E* 4. 8
B **13** sacco] sacro *A* 3 *E* 1. 2. 7 **29** sq. quod — testatur] Manassis dictum *E* **39** nec valde boni *om. E* **40** vocat] indicat *A* 2. 3 *BCDEF*

A **1** sq. Dan. 4, 24 **2** ssq. Joel 2, 12 **4** ssq. 2 Cor. 7, 10 **6** ssq. 1 Cor. 11, 31 **15** ssq. Cyprian. de lapsis ser. 5 *PL 4*, 492 B (507 A) *n.* 35: *CV 3/I*, 262 Idem li. 1 ep. 3 *ad Cornel. PL 3*, 812 B-14 A (838 B-40 A) *ep.* 12 *n.* 12 *sq. CV 3/II*, 680 et li. 3 ep. 14 *ad clerum PL 4*, 250 C-52 A (257 B *ssq.*) *ep.* 9 *n.* 2: *CV 3/II*, 517 *ssq.* **25** ssq. Cyprian. de lapsis ser. 5 *PL 4*, 480 B 483 C-84 B 487 A 488 A sq. (494 B sq. 497 C-98 C 500 B sq. 503 A sq.) *n.* 17, 21-23, 26, 28: *CV 3/I*, 249 253 sq. 256-58 **40** ssq. August. de poenit. li. 2 *c.* 5 *PL 39*, 1549 A *ser.* 351 Gr. *c.* 63 *D. 1 de poenit.* et Ench. c. 65, 70 sq. *PL 40*, 262 D 265 CD — *Ps.* August. ho. 2 in Apoc. *PL 35*, 2420 C *app.*

B **8** Hieron. in epit. Paulae *PL 22*, 891 B *ep.* 108 *n.* 15: *CV 55*, 326 in Malach. = *Joel c.* 1 *PL 25*, 958 D (958 C) *v.* 13 Gr. *c.* 66 *D. 1 de poenit. et Petr. Lomb. li.* 4 *dist.* 17 *PL 192*, 881 A **15** Ambros. de poenit. li. 2 *c.* 5 *PL 16*, 506 A (527 A) *n.* 35 **19** *Ps.* Ambr. ad virg. laps. *c.* 8 *PL 16*, 377 B-79 A (394 A *ssq.*) *n.* 35-38 **29** sq. In or. Manassis poenit. **35** 1 = 2 Reg. 12, 13-17 Ps. 6, 3 ssq. Is. 38, 15 Matth. 27 = *26*, 74 sq. **36** Luc. 7, 37-50 **40** August. Ench. c. 110 *PL 40*, 283 B ssq.

non praestiterunt ideoque ‚per ignem salvandi' ut quod satisfactioni pro hac vita convenienti defuit, in altero saeculo iustitiae divinae persolvatur. ‚Nihil enim coinquinatum intrabit in sanctam illam civitatem.'

Huiusmodi ergo defunctis, ut ad quaestio-
[94v] nem propositam respon- ‖ deamus, subeunda est quaedam et gravis illa profecto post mortem satisfactio. Quam interim Deus pro ingenti clementia sua relaxare consuevit, pietate vivorum intercedente, ut defuncti suorum in ecclesia fratrum adeoque membrorum adiuti suffragiis a peccatis horrendisque peccatorum poenis releventur. Et huc spectat, quod sacrae scripturae tradit autoritas: „Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis orare, ut a peccatis solvantur." Unde laudatus est Iudas ille Machabaeus, quod singulari religione ductus ‚pro mortuorum peccatis non preces modo, sed etiam sacrificium offerri'
95r sollicite ‖ atque sumptuose curarit. In hanc sententiam concedunt venerandae synodi et patres, qui veram ecclesiae doctrinam tradiderunt. Ex quibus ut unus pro multis idemque fide dignissimus testis Augustinus proferatur. In secundo, inquit, Machabaeorum libro legimus oblatum pro mortuis sacrificium. Sed si nusquam omnino in scripturis veteribus legeretur, non parva est universae ecclesiae, quae in hac consuetudine claret autoritas, ubi precibus sacerdotum, quae domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio animarum. Et rursus alibi: Purgatorias poenas nullas ‖ futuras opinandum est, [95v]
nisi ante illud ultimum tremendumque iudicium. Et quid illis verbis luculentius? Orationibus sanctae ecclesiae, inquit, et sacrificio salutari et eleemosynis, quae pro eorum (defunctorum) spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuvari, ut cum eis misericordius agatur a Domino, quam peccata eorum meruerunt. Hoc enim a patribus traditum universa observat ecclesia. Sic Augustinus ante MCC annos, ut interim eo vetustiores etiam Cyprianum, Originem, Dionysium, Clementem in hac doctrina maxime consentientes praetermittamus.

Quocirca Chrysostomus palam hortatur, ut 96r
pro viribus et ipsi defunctos iuvemus et alios, qui pro ipsis orent, commonefaciamus. Non enim frustra ab apostolis sancitum est, ut in celebratione venerandorum mysteriorum memoria fiat eorum, qui hinc decesserunt. Noverunt illis multum hinc emolumenti fieri, multum utilitatis. Ita Chrysostomus. Hoc est demum, quod adversus Aërianos ecclesia, fida scripturae interpres, usque docuit ignem esse quendam purgatorium seu emendatorium, ut Augustinus appellat eoque poenas peccatorum, quas hic poenitentia non diluit, defunctis in Christo fidelibus ‖ luendas et expian- [96v]
das esse, nisi, prout Augustinus loquitur, ventium suorum pietate illi releventur.

112 **Quae commendatio ac dignitas est poenitentiae?** *117*

Haec est evangelicae praedicationis exor-

A **15** sacra *E* 5 **18** Iudas *om. E* 3-6

A **1** 1 Cor. 3,11-15 et ibid. Origenes *ho.* 12 *et* 13 *in Jer. PG 13*,445 A-48 A *ho.* 16 *n.* 5,6 281 A *sq. ho.* 2 *n.* 3: *CB 6*, 137 *sq. n.* 5,6 *et 6*,19 *sq. n.* 3; ho. 25 in Num. *PG 12*,769 B *ssq.: CB 30*,240 et 6 in Exod. *PG 12*,334 AC *ssq.: CB 29*, 194-96 – Ambros. *de Offic. li.* 3 *c.* 18 *PL 16*,174 D sq. (184 C-85 A) *n.* 103 *sq.*: Gr. *c.* 78 *D.* 1 *de poenit.* – Hieron. *in* Isaiam *li*, 4 *c.* 10 *PL 24*,138 D (142 A) — August. in Ps. 37 *PL 36*,397 B *sq.; de civit. Dei li.* 21 *c.* 26 *PL 41*, 746 A: *CV 40/II*,572; *de fide et operibus c.* 16 *PL 40*,215 D *ssq. n.* 27: *CV 41*,70 *sq. In Ps.* 80 *PL 37*,1045 D — Gregor. M. 4 *Dial. c.* 39 *PL 77*,393 D-96 D **4** sq. Apoc. 21,27 Ps. 14,1 ssq. 23,3 sq. **7** ssq. August. in Ps. 37 *PL 36*,397 B sq. **9** ssq. August. de civ. Dei li. 20 *c.* 26 *PL 41*,700 D *ssq.*: *CV 40/II*,5 — Joh. Damascen. ser. de his, qui ex hac vita migrarunt *PG 95*,249 B *sq.* 264 D *n.* 18,19 **15** ssq. 2 Macc. 15 = *12*,46 **19** sq. Ibid. *12*,43 **22** Concil. Carthag. IV. c. 79 et 95 Msi *3*,947 D 958 D *Ps. Isid. PL 130*,347 D sq. 348 C Hi 305 sq. – Braccar. I *(al. II.)* Msi *9* 779 A *can.* 16 *PL 130*,568 A Hi 422 et II *(al. III.)* Msi *9*,841 A *sq. can.* 10 *PL 130*,575 C *sq.* Hi 426 **25** ssq. August. de cura pro mort. ger. *c.* 1 *PL 40*,592 D *ssq. n.* 1-3: *CV 41*,622-24 **33** ssq. August. de civ. Dei li. 21 *c.* 16 *PL 41*,730 A *ssq.: CV 40/II*,546-48

B **3** ssq. August. de verb. apost. ser. 32 *PL 38*,936 A *ssq. ser.* 172 *et Ench.* c. 109 et 110 *PL 40*,283 B ssq. **12** sq. Cyprian. li. 4 ep. 2 *PL 3*,786 A (810 B *sq.*) *ep.* 10 *n.* 20: *CV 3/II* et li. 1 ep. 9 *PL 4*,399 A (411 A *sq.*) *ep.* 66 *n.* 2: *CV 3/II* — Origenes in Lev. *PG 12*,411 D-22 B *ho.* 2: *CB 29*,288-99 — *Ps.* Dionys. Ar. de eccl. hier. *c.* 7 *PG 3*,556 C *sq.* § 3 *n.* 2, 560 A § 4, 561 C-64 A § 6,7 — *Ps.* Clemens ep. 1 *PL 130*,35 B Hi 44 **15** ssq. Chrysost. in Phil. 1 *PG 62*,203 AD sq. et in 1 Cor. 15 *PG 61*,361 A *ssq. n.* 4,5 **23** sq. Epiphan. c. Aërium *haer.* 75 *PG 42*,508 A 513 B *sq.* 516 A *sq. n.* 3,8,9 **26** ssq. August. de haeres. *PL 42*,40 A haer. 53 in Ps. 37 *PL 36*,397 B sq. — Origenes in Jer. *PG 13*,445 A-48 A *ho.* 16 *n.* 5,6 *et* 281 A *sq. ho.* 2 *n.* 3: *CB 6*,137 *sq. n.* 5, 6,19,20 et Lev. *PG 12*,411 D-22 B *ho.* 2: *CB 29*,288-99 *n.* 3 **29** sq. August. Ench. c. 110 *PL 40*,283 B ssq. et de cura pro mort. ger. c. 1,4,18 *PL 40*,592 D ssq. 596 B ssq. 609 A *n.* 1-3,6,22: *CV 41*,622-24 629-31 658 **33** Matth. 3,1-8 Marc. 1,4.9

dium ‹angelorum in coelis gaudium' via in terris ‹arcta et angusta porta' per quam fideles ad vitam contendunt et ‹violenti rapiunt regnum coelorum.' Haec lapsos erigit, saucios curat, imbecilles roborat, mortuos vivificat, perditos restituit omniaque demum, quae peccatum viciat, poenitentia in nobis redintegrat. Hac daemones ‖ et vitiorum pestes superamus; hac meritas poenas avertimus, Dei placamus iram, conciliamus gratiam et gloriam aeternam comparamus. Hinc illae Christi voces in evangelio: „Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum coelorum."—„Non veni vocare iustos, sed peccatores" ad poenitentiam. „Nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis." At is demum veram poenitentiam agit, ut CYPRIANI verbis haec omnia concludamus, qui Dei et sacerdotis praeceptis obediens et obsequiis suis et operibus iustis Dominum promeretur. 97r

A **3** et] ut *D* 3-5 *B* **9** et *om. Cx*

A **1** Luc. 15, 7. 10 **2** Matth. 7, 13 sq. **3** sq. Matth. 11, 12 **4** ssq. *Ps.* AUGUST. de poenit. *c.* 1 *PL 40*, 1113 A *app.* **9** Jer. 18, 8 Ez. 18, 21-32 et 33, 11-16 Jonas 3, 5-10 Matth. 3, 7 sq. 2 Cor. 7, 10 Act. 11, 18

B **2** sq. Matth. 3 = *4*, 17 **3** sq. Matth. 9, 13 = *Luc. 5*, 32 **5** sq. Luc. 13, 3 **7** ssq. CYPRIAN. ser. 5 de laps. *PL 4*, 260 B (266 C) *ep.* 13 *c.* 1: *CV 3/II*, 525 *ep.* 19 *c.* 1

[97v]

5. DE SACRAMENTO EXTREMAE UNCTIONIS.

113 Quid de sacramento extremae unctionis credendum est? *118*

Id ipsum nempe, quod catholica ecclesia constanter docet, signum hoc esse sacrum in consecrato oleo institutum, ut per illud coelestis virtus ad salutem applicetur aegrotis ex divina institutione. Cui sacramento testimonium longe clarissimum praebet divus Iacobus apostolus, quum in haec verba scribit: „Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiae et orent super eum, ungentes eum oleo ‖ in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum et alleviabit eum Dominus et, si in peccatis fuerit, remittentur ei." 98r

114 Quid his verbis docet Apostolus? *119*

Primum sacramenti huius ostendit elementum seu materiam oleum esse, quod recte HIERONYMUS consecratum oleum vocat, quia solenni benedictione per episcopos consecratur. Significat autem hilaritatem animi et confortationem internam, quae per Dei gratiam sacramenti huius virtute ab aegroto percipitur. Deinde per Apo- ‖ stolum designatur sacramenti minister proprius, nimirum sacerdos, qui sacram hanc unctionem cum orationibus decenter exerceat. Ita non frustra de apostolis est scriptum: „Ungebant oleo multos aegrotos et sanabantur." Tertio, qui suscipiunt hoc sacramentum, a Iacobo dicti sunt infirmi, quoniam, ut ecclesiae mos est, in gravibus et periculosis infirmitatibus tantum sacra isthaec unctio celebratur. [98v]

115 Quis est sacramenti huius fructus et effectus? *120*

Confert primum ad remissionem peccatorum, quae quidem ab aegro- ‖ to poenitentiae remediis non sunt expurgata. Deinde prodest ad corporalem infirmitatem vel depellendam vel alleviandam, quatenus expedit eam aegroto recuperare. Postremo ad consolationem et fiduciam subministrandam iuvat, qua sane in supremo illo agone exituque animae opus est maxime, quando et cum doloribus maximis et cum horrendis daemonibus morituro est gravissime conflictandum. Atque hoc est, quod per Apostolum suum Deus promisit: „Oratio fidei salvabit infirmum et alleviabit eum Dominus et, si in peccatis fuerit, remittentur ei." Ad quos quidem designandos effectus etiam olei ‖ natura seu nativa vis pulchre congruit, ut explicat THEOPHYLACTUS. Quocirca retinendum est prorsus, quod saluberrime monet AUGUSTINUS: Qui aegrotat, aiens, in sola Dei misericordia confidat et eucharistiam cum fide ac devotione accipiat oleumque benedictum fideliter ab ecclesia petat, unde suum corpus ungatur et secundum Apostolum „oratio fidei salvabit infirmum et alleviabit eum Dominus." 99r [99v]

A **9** divus] Beatus *A* 2. 3 *BCF* Sanctus *CxD* *B* **4** celebretur *E* 6 **25** sq. aiens] inquiens *A* 2. 3 *BCDEF*

A **4** Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1058 A ssq. et BEDA in Marc. 6 *PL 92*, 183 B **11** ssq. Jac. 5, 14 sq. *Ps.* AUGUST. de visit. infirm. li. 2 *c.* 4 *PL 40*, 1154 B *sq. app.* **20** HIERON. = *Beda* in Marc. 6 *PL 92*, 183 B — INNOCENT. I. *ep.* 1 ad Eugub. episc. *c.* 8 *PL 20*, 559 B *ssq. n.* 11 HI 528 **26** ssq. CHRYSOST. de sacerdot. li. 3 *PG 48*, 644 C **29** sq. Marc. 6, 13 et ib. BEDA *PL 92*, 188 B — INNOC. I. *ep.* 1 ad Decent. *PL 20*, 559 B *ssq. n.* 11 HI 528 — Conc. FLOR. MSI *31/I*, 1058 A ssq.

B **9** ssq. TERTULL. ad Scap. *falso cit.* — *Ps.* AUGUST. de visit. infirm. li. 2 *c.* 4 *PL 40*, 1154 B *sq. app.* **19** ssq. Jac. 5, 15 **23** THEOPHYL. in Marc. 6 *PG 123*, 549 C **25** ssq. *Ps.* AUG. li. de rect. cath. conv. *PL 40*, 1172 D *sq. app.* **30** Jac. 5, 17 sq.

6. DE ORDINIS SACRAMENTO.

116 **Quid est ordinis sacramentum?** *121*

100r Est, quo singularis gratia ac ‖ potestas spiritualis quibusdam traditur, ut munus in ecclesia ex professo gerant. Hoc est sacramentum, per quod velut ostium necessario intrant legitimi „dispensatores mysteriorum" et eloquiorum „Dei," - „ministri Christi" et ecclesiae, episcopi, sacerdotes, „pastores et doctores" ac quotquot demum in ecclesiasticis muniis obeundis rite et cum autoritate versantur. ‚Nemo enim,' ut scriptura testatur, ‚sibi sumit honorem' exercendorum videlicet ministeriorum ecclesiae, ‚nisi qui vocatur a Deo tanquam Aaron,' hoc est, nisi sacramento visibilis ordinationis initiatus et ab
[100v] episcopo le- ‖ gitime ordinatus missusque fuerit ad opus certi ministerii, quod in ecclesia pro suo statu gerat iuxta leges divinae et apostolicae traditionis.

117 **Nonne omnes christiani ex aequo sunt sacerdotes?** *122*

Sicut scriptura teste non omnes missi sunt apostoli, ita, si proprie hoc sacerdotii nomen accipimus, non omnes christiani censendi sunt iure sacerdotum. Non enim quoslibet christianos misit Dominus baptizare, non quoslibet evangelizare aut peccata vel remittere vel retinere. Sacerdotum isthaec sunt munia,
101r de quibus et Paulus: ‖ „Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina." Id, quod congruere non potest mulieribus, quas in ecclesia idem Apostolus non docere iubet sed tacere, neque omnino plebeis convenit, quorum est ovium more pasci non pascere, regi non regere nec se praeferre, sed subiicere et ‚subiacere praepositis' et, quaecunque hi, sive boni sive mali, ‚in cathedra sedentes dixerint, audire, servare et facere,' ut verbo Dei praecipitur. Quapropter sicut in ecclesia triumphante angeli sunt ordine ac potestate differentes, qui iniuncta sibi munia decenti quadam serie obeunt ac fi- ‖ deliter [101v] exequuntur, sic militans etiam ecclesia, quae ‚domus Dei' et ‚velut castrorum acies quaedam ordinata est,' ministros habet sibi peculiares, a reliquis christianis seiunctos et pulchro ordine inter se dispositos ad publica et communia ecclesiae ministeria peragenda nimirum, ut pro christiano populo in his, quae ad Deum salutemque animarum spectant, suas illi operas ex professo ac pro dignitate praestent.

118 **Quo loco scriptura testimonium huic sacramento praebet?** *123*

Illic scilicet, ubi de apostolis legitur, quod in ecclesiae ministris ‖ deligendis, instituendis 102r atque ordinandis usi sunt manuum impositione. Hoc enim veluti symbolo certo et efficaci praesentis gratiae, quae in ordinum collatione exhibetur et accipitur, sacramentum illud nobis est commendatum. Quare Paulus ad Timotheum a se creatum episcopum scribens et acceptae in hoc sacramento gratiae illum admonens: „Noli" inquit „negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per

A **9** episcopi—doctores] episcopi, presbyteri, diaconi *A* 2.3 *BCDEF* **11** versentur *F* 1.2 **12** enim] autem *A* 2.3 *BCDEF* **14** ministeriorum] mysteriorum *F* 4 **16** sq. ab episcopo *om. A* 2.3 *BCDF* **24** ssq. Sicut—Paulus] Minime quidem. Etenim (Quippe *E*) si proprie nomen sacerdotii (sacerdotis nomen *E*) accipimus, duntaxat quadrat iis, quibus autoritas et potestas ex instituto Christi facta est consecrandi offerendique sacram eucharistiam, episcopalia item munia exercendi, peccata insuper tum remittendi tum retinendi in ecclesia. De quibus novae legis sacerdotibus seu presbyteris ita Paulus. *add. A* 2.3 *BCDEF*

B **18** ut] et *C* 4.5 **29** quae in] superiorum *add. A* 2.3 *BCDEF*

A **3** ssq. Concil. Florent. Msi *31/I*, 1058 D sq. — Ambrosiaster in 1 Cor. 12 *PL 17*, 245 D (259 A) *app. v.* 4 **7** sq. 1 Cor. 4,1 Mal. 1,11 *et* 2,7 **8** ssq. 1 Tim. 3,2-8 Eph. 4,11-14 1 Cor. 14,2.3.19.34 2 *Cor. 11*, 23 **12** ssq. Hebr. 5,4 Act. 1,24-26 Cyprian. li. 4 ep. 2 *PL 3*, 768 B (793 A *sq.*) *ep.* 10 *c.* 8; *CV 3/II*, 629 *ep.* 55 — Tertull de praescr. haeret. *PL 2*, 56 B sq. (68 B sq.) *c.* 41 **17** sq. Matth. 10,1-7 Luc. 9,1 sq. Marc. ult. = *16*, 15 Joh. 20,21 Act. 13,2-4 Tit. 1,5 ssq. **24** Marc. 3,13 1 Cor. 12,28-30 Hieron. c. Lucif. *c.* 8 *PL 23*, 175 C sq. (184 B) *n.* 21 1 Cor. 1,1.17 Rom. 10,15 1 Cor. 12,6-11 Joh. 20,21-23 **31** ssq. 1 Tim. 5,17 **34** ssq. 1 Tim. 2,11 sq. 1 Cor. 14,34-36

B **2** Joh. 21,15-17 1 Petr. 5,2-4 2,13-18.25 **5** Hebr. 13,17 Rom. 13,1-5 **6** sq. Matth. 23,2 sq. Luc. 10,16 1 Joh. 4,6 Eph. 1,20 ssq. Col. 1,16 Dan. 7,10 sq. *Ps.* Dionys. Ar. de coelest. hier. *c.* 10 *PG 3*, 273 A *sq.* § 2 **13** 1 Tim. 3,15 **13** sq. Cant. 6,3.9 *Ps.* Anaclet. *ep.* 1, 2, 3 *sec. Ps. Isid. PL 130*, 60 D 72 D-74 A 75 D-78 C Hi 67 79 82 sq. — Isid. *Ethym. li.* 7 *c.* 12 *PL 82*, 290 C-293 B *cfr.* Gr. *c.* 1 *D. 21* **18** ssq. Hebr. 5,1 2 Cor. 5,20 Hebr. 13,17 **25** ssq. Act. 6,6 13,3 14,22 **27** 1 Tim. 4,14 2 Tim. 1,6 **30** sq. *Ps.* Ambros. de dignit. sacerdot. *li.* 3 *c.* 5 = *Gerbert: Ser. de informat. episc. PL 139*, 175 D **34** ssq. 1 Tim. 4,14 et ibidem Theophyl. *PL 125*, 60 C

prophetiam cum impositione manuum presbyterii;" et rursus ad eundem: „Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae in te est per impositionem manuum mearum." Quo-
[102v] niam vero permagni refert, qua- ‖ les in ecclesia quibuscunque muniis praeficiantur et ecclesiasticam potestatem ex hoc sacramento accipiant, ad omnem episcopum dicitur: „Manus cito nemini imposueris neque communicaveris peccatis alienis."

119 Quot gradus in se continet *124* hoc sacramentum?

Generatim quidem minores ordines maioresque continet; minores scilicet quatuor: ostiariorum, lectorum, exorcistarum et acoluthorum; maiores vero tres nempe: subdiaconorum, diaconorum ac presbyterorum. Ex presbyteris porro alii maiores, alii minores
103r a ‖ Christo instituti inveniuntur. Maiores enim presbyteri apostoli sunt eorumque successores episcopi magna sane potestate et reverenda dignitatis praerogativa excellentes. Nam horum est (scriptura teste) ‚attendere sibi et universo gregi,' quem a Spiritu sancto curandum pascendumque accipiunt, regere ecclesiam, ea quae desunt corrigere ‚per civitates item presbyteros constituere.' Minores vero presbyteri sub episcopis, sicut ‚septuaginta duo illi discipuli' sub apostolis, in ecclesiae ministerio deserviunt ‚dona et sacrificia pro peccatis offerunt' atque ‚in curanda dominica messe tanquam operarii' secundum illos exi-
[103v] stunt. ‖ Verum praesentis instituti non est, quae singulis ordinibus functiones et leges praescriptae sint, enucleare. Illud sane constat magno in pretio cunctos ordines habendos ac sedulo retinendos esse. Firmum enim testimonium illis praebet sacra traditionis apostolicae ecclesiasticaeque observationis disciplina, quae ad nos usque transmissa perdurat.

120 Quomodo veteres patres de *125* hoc sacramento scribunt?

Certe Augustinus, doctor vere catholicus, suam et ecclesiae sententiam his verbis manifeste declarat: Quod insufflasse in di- ‖ sci- 104r
pulos Dominus legitur post dies paucos resurrectionis suae et dixisse: „Accipite Spiritum sanctum" ecclesiastica potestas collata intelligitur esse. Quia enim omnia in traditione dominica per Spiritum sanctum aguntur, idcirco cum regula eis et forma traditur huius disciplinae, dicitur eis: „Accipite Spiritum sanctum;" et quia vere ad ius ecclesiasticum pertinet, statim subiecit dicens: ‚Cuius tenueritis peccata, tenebuntur, et cuius remiseritis, remittentur ei.' Inspiratio ergo haec gratia quaedam est, quae per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendatiores habeantur. Unde Apostolus ‖ dicit ad Timotheum: [104v]
‚Noli negligere gratiam, quae est in te, quae data est tibi per impositionem manuum presbyteri.' Semel ergo fieri oportuit, ut de caetero traditio ista non sine dono Spiritus sancti esse crederetur.

Extant et apostolorum canones publico ecclesiae iudicio recepti, in quibus hoc modo statuitur: Episcopus a duobus aut tribus episcopis ordinator; presbyter ab uno episcopo ordinator; ita diaconus et reliqui clerici. Tum infra: Si quis episcopus aut presbyter aut diaconus aut hypodiaconus aut lector aut cantor sacram Quadragesimam non ieiunaverit aut quartam feriam ‖ aut Parasceven (hoc est [105r]
sextam feriam) ordine movetor, nisi forte infirmitas corporis impediat.

A **1** presbyteri *EF* 4 **21** eorumque] quorumque *E* 3-5 **22** episcopi] ac *add. D* 5
B **24** presbyteri] presbyterii *B* 6 *DF* 1-3*x* **27** crederetur] Hucusque Augustinus *A* 2. 3 *BCDEF* **31** ordinetur *E* 2. 5. 7 **32** ordinetur *E* 2. 5. 7 **37** moveatur *E* 2. 7

A **2** ssq. 2 Tim. 1, 6 Concil. Basil. *falso cit.* **8** ssq. 1 Tim 5, 22 Leo M. in ep. 65 = 87 *PL 54*, 647 B *sq.* 650 A *sq. ep.* 12 *c.* 2, 4 **14** ssq. Concil. Carthag. IV. Msi *3*, 951 C-E *c.* 6-9 *Ps. Isid. PL 130*, 344 A sq. Hi 302 sq. et Laodic. Msi 2, 579 C *can.* 24 Hi 275: Gr. *c.* 2 *D. 44* — *Ps.* Ignat. ad Antioch. *PG 5*, 908 A *n.* 12 Fu *II*, 170 *Ps.* Dionys. Ar. eccl. hier. *c.* 3 *PG 3*, 425 C *n.* 2 **19** ssq. Luc. 9, 1 10, 1 **20** ssq. Cyprian. li. 1 ep. 3 *PL 3*, 801 A-805 A (826 B-31 A) *ep.* 12 *c.* 4-6: *CV 3/II*, 670-74 *ep.* 59 et li. 3 ep. 9 *PL 4*, 396 B (408 C) *ep.* 65 *n.* 3: *CV 3/II*, 471 *sq. ep.* 3 — Ignatius ad Philadelph. *PG 5*, 825 B *sq. n.* 4 Fu *I*, 266 **24** sq. Act. 20, 28 1 Petr. 5, 1-4 Hebr. 13, 17 **27** sq. Tit. 1, 5 **29** sq. Luc. 10, 1 *Ps.* Anaclet. ep. 3 *PG* 2, 812 A *n.* 1; Hi 82; Gr. *c.* 3 *D. 80* **31** sq. Hebr. 5, 1 **32** sq. Matth. 9, 37

B **1** ssq. Ambrosiaster in Eph. 4 *PL 17*, 387 C-88 C (409 C-10 C) *v.* 11 *sq. app.* **6**/$_{27}$ *Ps.* August. li. quaest. vet. et novi test. qu. 93 *PL 35*, 2290 B *app.: CV 50*, 163 *sq.* — August. c. lit. Parmen. li. 2 *c.* 13 *PL 43*, 70 C-72 C *n.* 28, 30 *CV 51*, 79 81 **10** sq. Joh. 20, 22 **15** sq. *Ibid.* **17** ssq. *Joh.* 20, 23 **22** ssq. 1 Tim. 4, 14 **28** In 6. Synodo = *Concil. Quinisext. (in Trullo)* Msi *11*, 939 B *ssq. can.* 2 Gr. *c.* 4 *D. 16* **30** ssq. Can. Ps. Apost. *can.* 1 *et* 2 Gr. *c.* 4 *D. 16* Hi 27: Fu *I*, 564 *sq.* Tur *I/1*, 9 *et can.* 68 Msi *1*, 43 B Fu *I*, 584 *sq. can.* 69

Gaius vero ante annos MCC pontifex et martyr illustris hos ipsos gradus et ordines sigillatim recenset, quum ait: Si quis episcopus esse meruerit, primo ostiarius, deinde lector, post exorcista, deinde sacretur acoluthus, dehinc vero subdiaconus, diaconus et postea presbyter; exinde, si meretur, episcopus ordinetur.

Laudat igitur Cyprianus Cornelium episcopum ac bonis omnibus tum in clero tum in populo eundem laudabili praedicatione commendari scribit: Quia non iste ad episco- [105v] patum subito pervenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus et in divinis administrationibus Dominum saepe promeritus ad sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit, tum deinde episcopatum ipsum nec postulavit nec voluit nec vi invasit, sed quietus, modestus, castus, humilis, verecundus, demum et coactus excepit. Quos igitur ordines vetus et apostolica probavit ecclesia, sicut Dionysii, Anacleti Ignatiique scripta declarant, eosdem aetas omnis complexa posterior suo etiam iure conservat.

121 Quis est ordo in ecclesia magis celebratus? *126*

[106r] Presbyterorum ordo sive sacerdotium, de cuius ingenti semperque reverenda dignitate Chrysostomus et Ambrosius libros integros ediderunt. De quo magnus etiam ille Ignatius: Sacerdotium, inquit, summa est omnium honorum, qui in hominibus consistunt, quod si quis inhonoraverit, Deum inhonorat et dominum Iesum Christum primogenitum totius creaturae et solum natura principem sacerdotem Dei. Sic ille. Quin et dilucide testatur divinum oraculum: „Labia sacerdotis custodient scientiam et legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est." Et rursus: „Qui superbierit nolens obedire sa- [106v] cerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille et auferes malum de Israel cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia." Hinc et Apostolus iubet: „Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus." Idque ad Timotheum Ephesiorum episcopum scribitur, sicut et illud: „Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime, qui laborant in verbo et doctrina."

122 Quid vero de malis sacerdotibus est sentiendum? *127* [107r]

Divina isthaec est ordinatio, quae non potest aboleri, ut non boni modo, sed mali quoque sacerdotes in ecclesia honorentur. Vult enim in suis ministris agnosci, ‚recipi,' — ‚audiri' atque observari ille, qui dixit: „Super cathedram Mosi sederunt scribae et pharisaei; omnia ergo, quaecunque dixerint vobis, servate et facite, secundum autem eorum opera nolite facere. Dicunt enim et non faciunt." Iam inter malos delectus quidam habendus est, ut, quod ad munus autoritatemque docendi spectat, illis tantum ‖ fidem obedientiamque de- [107v] beri intelligamus, qui ab episcopis legitime ordinati ac missi sanam ecclesiae doctrinam profitentur. Qua de re sapientissime monet atque hunc in modum docet antiquissimus Irenaeus: Iis, qui in ecclesia sunt, presbyteris obaudire oportet et, qui successionem habent ab apostolis et qui cum episcopatus successione charisma veritatis acceperunt, reliquos vero, qui absistunt a principali successione, quocunque loco colliguntur, suspectos habere vel quasi haereticos et malae sententiae vel quasi scindentes et elatos. Nec multo post:

A **3** quis *om. E* 2. 7 **33** honorum] bonorum *E* 6 **38** custodiunt *F* 4
B **34** et *om. E* 6 **37** vero *om. E* 6

A **1** Gr. insig. canones Gr. c. 1-19 D. 61 — *Ps.* Gaius *PL 5*, 190 A *sq. n.* 6 Hi 218 Gr. *c.* 1 *D.* 77 **9** Cyprian. li. 4 ep. 2 *PL 3*, 768 B (793 A *sq.*) *ep.* 10 *c.* 8: *CV 3/II*, 629 — Gr. c. 2 D. 36 **22** *Ps.* Dionys. Ar. de eccl. hier. *c.* 5 *PL 3*, 509 A *sq. n.* 2 et ad Demoph. *PG 3*, 1088 D *sq. ep.* 8 *§* 1 — Gr. c. 2 D. 21 — *Ps.* Ignatius ep. ad Antioch. *PG 5*, 108 A *n.* 12 *app. FU II*, 170 **31** ssq. *Ps.* Ignat. ep. ad Smyrn. *PG 5*, 853 B *FU II*, 152 **38** ssq. Mal. 2, 7 et Gr. c. 1 D. 43

B **1** Deut. 17, 12 sq. Cyprian. li. 1 ep. 3 *PL 3*, 801 A-805 A (826 B-31 A) *ep.* 12 *c.* 4-6: *CV 3/II*, 670-74 *ep.* 59 et *li.* 3 ep. 8 = 9 *PL 4*, 394 B-96 C (407 A-409 A) *ep.* 55 *c.* 1-3: *CV 3/II*, 469-72 *ep.* 3 **7** ssq. 1 Tim. 4 = *5*, 19 Vide *Ps.* Fabian. ep. 2 *ad episc. orient. PL 130*, 159 B ssq. Hi 165 sq. Gr. *C. 4 q.* 4 *c.* 1 **10** ssq. 1 Tim. 4 = *5*, 17 **17** ssq. Eccli. 7, 31-33 Chrysost. *ho.* 65 in Gen. *PG 54*, 564 A sq. 565 A — August. ep. 137 *PL 33*, 269 D 271 A *et* D *ser.* 187 *c.* 6, 8: *CV 34*, 340 sq. 342-44 **20** Matth. 10, 40 Luc. 10, 16 **21** ssq. Matth. 23, 2 *sq. et* Gr. c. 8 D. 19 — Cyprian. li. 1 ep. 3 *PL 3*, 796-829 (822-56) *ep.* 12: *CV 3/II*, 656-91 *ep.* 59 **28** Chrysost. ad Hebr. 6 *ho.* 11 *in fine* — Gr. c. 2 D. 42 et c. 19 C. 16 q. 1 **32** Irenaeus *c. haer.* li. 4 c. 43 *PG 7*, 1053 C *sq. c.* 26 *n.* 2 et li. 3 c. 2 *PG 7*, 847 A *n.* 2

Ab omnibus talibus absistere oportet, adhae-
[108r] rere vero ‖ his, qui apostolicam, sicut praedi-
ximus, doctrinam custodiunt et cum presbyterii ordine sermonem sanum et conversationem sine offensa praestant ad confirmationem et correctionem reliquorum. Haec Irenaeus ille, qui sancti Ioannis evangelistae discipulum Polycarpum praeceptorem audivit. Et haec TERTULLIANO causa fuit, cur haereticis exprobrans diceret: Ordinationes eorum temerariae, leves, inconstantes. Nunc neophytos collocant, nunc saeculo obstrictos, nunc apostatas nostros, ut eos gloria obligent, quia veritate non possunt. Nusquam facilius proficitur, quam in castris rebellium, ubi ipsum
[108v] esse ‖ illic promereri est. Itaque alius hodie episcopus, cras alius, hodie diaconus, qui cras lector, hodie presbyter, qui cras laicus. Nam et laicis sacerdotalia officia iniungunt. Hucusque Tertullianus.

123 Quae virtus est huius sacramenti et quis effectus? *128*

Eximia certe virtus est et effectus multiplex. Nam qui septem his ordinibus, quos diximus, rite initiantur, Dei consequuntur gratiam et potestatem spiritualem, ut quae ad ordinum ipsorum functiones proprias pertinent, salubriter exequantur ac inter Deum Dei-
[109r] que populum idonei ministri sint constituti. Unde AMBROSIUS: In loco ordinis officii ecclesiastici positus gratiam habet qualisvis sit, non utique propriam, sed ordinis per efficaciam Spiritus sancti. Habent praeterea iidem ordinati certum ex eo et illustre testimonium, quo se ministeriaque sua commendent et comprobent aliis. Ita fit, ut iis ordinibus insignes et in ministerium ecclesiae segregati recte cognoscantur et suo in loco habeantur meritoque honorentur. Vae autem iis, quos non Aaronis a Deo vocati exemplum impellit, sed animi tumor atque superbia, ad instar Oziae regis, ad sacerdota- ‖ lis dignitatis munera [109v]
quomodocunque occupanda obtinendave praecipitat. In quos divinus ille sermo recte competit: „Non mittebam prophetas, et ipsi currebant, non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant." — „Quomodo autem praedicabunt, nisi mittantur?" ut segregatus ille in ministerium Paulus inquit.

Certe ordine confuso et sublato sacerdotio veri et legitimi ecclesiae ministri haud internoscerentur, docendi munus et autoritas vilesceret, sacramentorum dispensatio infide praepostereque curaretur ac vana etiam foret, functiones ecclesiasticae perturbarentur atque, sicut res nunc ipsa docet, ‖ novae falsaeque [110r]
doctrinae passim spargerentur, gravibus demum et exitialibus motibus identidem ecclesia concuteretur. Quapropter apostolus Paulus non modo gradus ministrorum in ecclesia diversos posuit, verum etiam quam salutares ac necessarii essent, adiunxit, ut affirmet divinitus eos esse datos ecclesiae „ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi" et „ut iam non simus parvuli fluctuantes et circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris."

Eoque magis ministrorum isthaec ‖ institu- [110v]
tio, tanquam nexus firmissimus ecclesiae et conservandae unitatis pulcherrimum vinculum sedulo retinenda et in malis etiam ecclesiae ministris (uti diximus) propter divinam ordinationem est usque honoranda. Unde scripsit AUGUSTINUS: In illum, inquiens, ordinem episcoporum, qui ducitur ab ipso Petro usque ad Anastasium, qui nunc eandem cathedram sedet, si quisquam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil praeiudicaret ecclesiae et innocentibus christianis, quibus Dominus providens ait de praepositis malis: ‚Quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite.' Sic Augustinus.

A **3** presbyteri *E*
B **7** in *om. B* 1.2 ministerium] misterium (mysterium) *CD* **36** nunc] super *add. D* 4.5 *F* **37** si] etiamsi *BCDF* **41** Sic] Haec *E*

A **1** ssq. IRENAEUS *c. haer.* li. 4 c. 44 *PG 7*, 1054 C *sq. n.* 4 **9** TERTULL. li. de praescript. haeret. *PL 2*, 56 sq. (68 B sq.) **24** ssq. Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1058 *E* — AUGUST. c. lit. Parm. *li.* 2 *c.* 13 *PL 43*, 70 C 72 C *n.* 28, 30: *CV 51*, 79 81 **31** AMBROSIASTER in 1 Cor. 12 *PL 17*, 245 D (259 A) *app. v.* 4 **34** ssq. Act. 6, 3-10 13, 2-5 14, 20-22 15, 2. 41 1 Tim. 4, 14 Tit. 1, 5 — CYPRIAN. li. 1 ep. 4 *PL 3*, 1028 B-31 A (1065 A-68 A) *c.* 6: *CV 3/II*, 740 sq. et 6 *PL 3*, 1140 B-45 B (1187 B-93 A) *c.* 3-10: *CV 3/II*, 752-58 *ep.* 69 **40** sq. Num. 17, 8 Hebr. 5, 4 **42** 2 Chron. 26, 16-21
B **4** ssq. Jer. 23, 21 **6** sq. Rom. 10, 15 **9** LEO M. *ep.* 12 *ad episc. Africae PL 54*, 647 A *c.* 2 GR. c. 5 D. 61 — GREGOR. M. li. 5 ep. 54 *PL 77*, 785 C *sq. MG Epp. 1*, 371 *(V, 59)* GR. c. 7 D. 89 **18** ssq. 1 Cor. 12, 28-30 **22** ssq. Eph. 4, 12. 14 **34** ssq. AUGUST. ep. 165 de schism. Donat. *PL 33*, 196 B *ssq. ep.* 53 *c.* 1 *n.* 2, 3: *CV 34/II*, 153 sq. GR. *c.* 86 C. 1 q. 1 **40** sq. Matth. 23, 3

[111r] # 7. DE MATRIMONII SACRAMENTO.

124 **Quid est matrimonium?** *129*

Matrimonium est legitima viri feminaeque coniunctio, quae consuetudinem vitae individuam retinet. Cuius quidem coniugalis coniunctionis si primarium autorem quaeris, Deus est optimus maximus; sin finem institutionis spectas, est humani generis propagatio ac deinde fornicationis in hac naturae corruptae imbecillitate devitatio.

125 **Qua ratione matrimonium est sacramentum?** *130*

[111v] Quatenus ea coniunctio, quae inter virum et uxorem arctissima intercedit, congruum et sacrum est signum divinitus institutum, quo Christi sponsi et ecclesiae sponsae coniunctio sanctissima firmissimaque designatur. Hoc ipsum signum christianis coniugibus, quando matrimonium rite auspicantur, ad gratiam Dei prodest accipiendam; nimirum ut ‚duo sint maneantque in carne una' secundum suam vocationem et fiat in eis, quod Apostolus docet: „Honorabile connubium in omnibus et torus immaculatus." Proinde Paulus idem, ubi coniunctionis eiusmodi tractat mysterium, per-
[112r] spicue dixit: ‖ „Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia." Sic et Augustinus: Non tantum, inquit, foecunditas, cuius fructus in prole est nec tantum pudicitia, cuius vinculum est fides, verum etiam quoddam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Unde dicit Apostolus: „Viri diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam." Et rursus: Foedus illud initum nuptiale cuiusdam sacramenti res est, ut nec ipsa separatione irritum fiat.

126 **An dirimi unquam potest matrimonium?** *131*

[112v] Matrimonium dirimi non posse ‖ Christus dominus aperte testatur, cum ait: „Omnis, qui dimiserit uxorum suam et alteram ducit, moechatur et, qui dimissam a viro ducit, moechatur." Ac rursus alibi: „Quod Deus coniunxit, homo non separet." Hanc Dei legem et inviolabilem ordinationem Paulus porro illustrans: „His" ait „qui matrimonio iuncti sunt, praecipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere; quod si discesserit, manere innuptam aut viro suo reconciliari; et vir uxorem non dimittat." Ac postea subiicit: „Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius vivit." Et si igitur nulla ‖ etiam proles [113r]
consequatur et quaelibet vitae accedant incommoda durissimique casus, tamen contractum semel matrimonium valet adeoque ratum et firmum est, ut usque indissolubile in omni vita perseveret. Cuius rei causam in Christo ipso statuemus, qui summa, perpetua et inseparabili prorsus unione ecclesiam, sponsam illam unicam semperque charissimam sibi adiunxit atque copulavit. Neque solum haec ipsa, quae inter virum et uxorem est coniunctio, vinculi coniugalis habet firmitatem, verum etiam omnem inde polygamiam, ne uni videlicet plures nubant, penitus excludit. Quare
Christus, ‖ ut matrimonium et certius confir- [113v]
maret et ad puriorem primaevumque illum statum revocaret, significanter dixit: „Erunt duo in carne una" et: „Iam non sunt duo, sed una caro."

127 **Estne permissum omnibus matrimonium?** *132*

Minime. Tradiderunt enim sancti apostoli, ut Epiphanius inquit, peccatum esse post decretam virginitatem ad nuptias converti. Idque tale ac tantum esse peccatum asserit Hieronymus, ut dicat virgines, quae post consecrationem nupserint, non tam adulteras esse

A **7** est *om. F* 3. 4 **36** nec] ne *E* 6
B **5** Quod] Quos *C* 3-5 **16** contractum] consummatum *A* 2. 3 *BCDEF*

A **3** Gr. c. 1 C. 27 q. 2 **6** Gen. 2, 21-24 Matth. 19, 4-8 1 Cor. 7, 2-6. 10 sq. Eph. 5, 22-33 Gr. c. 2 C. 32 q. 2 **9** sq. 1 Cor. 7, 2-6. 10 sq. **13** ssq. Ambrosiaster in Eph. 5 *PL 17*, 399 B (421 C) *v. 32 sq. app.* — Concil. Constantiense *sess.* 15 *art.* 8 Msi 27, 754 B — Florent. Msi *31/I*, 1058 E sq. — Hieron. in Matth. ap. Gr. *c.* 4 *C. 32 q.* 2 **20** sq. Gen. 2, 24 **23** sq. Gr. c. 4 C. 32 q. 4 Hebr. 13, 4 **26** sq. Eph. 5, 32 **28** August. de nupt. et concup. li. 1 *c.* 10 *et* 21 *PL 44*, 420 A *ssq. n.* 11 427 C *n.* 23: *CV 42*, 222 sq. 236 **33** sq. Eph. 5, 25 **35** ssq. August. li. de bono coniug. *c.* 18 *PL 40*, 388 B *n.* 21: *CV 41*, 215

B **1** ssq. Luc. 16, 18 Matth. 5, 32 **5** sq. Matth. 19, 6 **8** ssq. 1 Cor. 7, 10 sq. **13** sq. Ibid. 7, 39 **15** ssq. August. de adult. coniug. *li.* 2 *c.* 5 *et* 9 *PL 40*, 473 B ssq. 476 B *sq. n.* 8: *CV 41*, 386 *sq.* 391 et de voto et voti redemptione in 6 *Decr. li. III tit.* 34 **21** sq. Eph. 5, 23-27. 29 sq. 33 Cant. 5, 1. 2. 9 **30** sq. Gen. 2, 24 **31** sq. Matth. 19, 5 sq. Marc. 10, 8 **36** ssq. Epiphan. c. sect. Angelinorum = Apostolicorum *haer.* 61 *c.* 6 *PG 41*, 1048 B sq.: *CB 31*, 386 **38** Hieron. c. Jovin. li. 1 *PL 23*, 229 C (240 A) *n.* 13

[114r] quam incestas. Et AUGUSTINUS ait: Virgo, quae si nuberet, non peccaret, sanctimonialis si nupserit, Christi adultera reputabitur. Proinde quod Apostolus habet: „Melius est nubere quam uri," prout AMBROSIUS diserte pronuntiat, ad non pollicitam, ad nondum velatam pertinet. Caeterum quae se spopondit Deo et sanctum velamen accepit, iam nupsit, iam immortali nupta est viro et, si iam voluerit nubere communi lege coniugii, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Sic Ambrosius. Unde semper laudatum fuit IOVINIANI imperatoris rescriptum et a Iustiniano imperatore in Codicem relatum, quod sic habet: [114v] Si quis, non ‖ dicam rapere, sed attentare tantum iungendi causa matrimonii sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali poena feriatur. Iam de monachis et sacerdotibus eadem ratio, idem iudicium est prorsus; damnationem enim habent, si laxatis libidini habenis, primam fidem Deo et ecclesiae datam fefellerint seu, ut Apostolus loquitur, ‚irritam fecerint.' Qui ultro se abdicarunt coniugio, dum servandum perpetuo caelibatum aut voto expresse nuncupato firmarunt aut sacrorum ordinum susceptione saltem tacite comprobarunt atque testati sunt. Audiant igitur verbum Dei: „Vo- [115r] vete et red- ‖ dite domino Deo vestro." Tum illud: „Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere;" et quod Christus ipse docet: „Nemo mittens manum ad aratrum et respiciens retro aptus est regno Dei."

128 Cogit igitur ad caelibatum quosdam ecclesia? *133*

Non cogit sane pia providaque mater, quae legem caelibatus nemini imponit; ab iis vero, qui legem eam, uti dictum est, ultro receperunt, exigit, ne solvant religionem neve conventionem, quam cum Christo et eius ecclesia sancte inive- ‖ runt, violent atque rescindant. [115v] Merito igitur urgentur illi stare promissis et servare, quod semel amplexi sunt consilium evangelicum, de quo Paulus: „Et qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit" (quam diu scilicet Deo dicata non est) „et qui non iungit, melius facit." Ac rursus: „Bonum est homini mulierem non tangere;" quocirca laudantur a Christo et in ecclesia semper apprime laudati fuerunt „eunuchi" evangelici sive, uti TERTULLIANUS vocat, spadones voluntarii, qui seipsos propter Dei regnum castraverunt, ut sint ‚sancti corpore et spiritu' Deo ‚in carne sine carne militantes.' Reliqua vero huc spectantia in locum alium [116r] commodiorem, qui consilia evangelica declarabit, servabimus.

129 Quae est summaria doctrina superiorum? *134*

Quae pro instituta dicta sunt hactenus brevitate, eo sunt demum referenda, ut habeant simplices assertionem catholicam de septem ecclesiae sacramentis. Quae duplicis quidem esse generis inveniuntur. Alia enim, ut priora quinque singularem uniuscuiusque fidelis salutem promovent; alia vero, duo videlicet posteriora, multiplicando Dei populo et ecclesiae propagan- ‖ dae deserviunt. Utrunque au- [116v] tem illud ex divina nobisque necessaria institutione efficiunt. Enimvero baptismus ad spiritualem vitam, quae in Christo est, regenerat. Confirmatio vires porro ac robur addit regi est peregrinanti, poenitentia praesens adverso nerato, eucharistia cibus, potus ac viaticum sus omnes animi morbos pharmacum, lapsum hominem erigit curatque vulneratum. Succedit extrema unctio, quae in postrema cum

A **38** neve conventionem *om. D* 5 *B* **2** sancta *E* 6 **7** quam diu] quando *D* < 1 **10** laudatur *E* 6

A **1** ssq. AUGUST. in Ps. 82 = 83 *PL 37*, 1058 sq. et in Ps. 75 *PL 36*, 967 B *ssq. n.* 16 **4** sq. 1 Cor. 7, 9 **5** *Ps.* AMBROS. li. ad corrupt. virg. *c.* 5 *PL 16*, 372 A-73 A (388 A *ssq.*) *n.* 19, 21 **12** ssq. Lex 5 C I 3: GR. *c.* 6 *D. 1 de poenitent.* **18** ssp. LEO M. ep. 92 *ad Ru. c.* 14 *PL 54*, 1207 B *ep.* 167 — Can. Ps. APOST. 26 *PL 130*, 17 A HI 28 FU *I*, 571 *c.* 25 TUR I/*1*, 18 — Conc. CONSTANTINOP. = QINISEXT. *c.* 13 MSI *9*, 943 B 947 B-E; GR. *c.* 6 *C. 27 q.* 1 *et c.* 13 *D. 31* — Conc. CHALCEDON. can. 16 MSI *7*, 377 D *ssq. PL 130*, 312 A HI 286 **22** 1 Tim. 5, 12 AUGUST. de bono viduit. *c.* 8 *PL 40*, 437 B *n.* 11: *CV 41*, 317 — Conc. TOLET. II. et V. = *IV.* MSI *8*, 785 A *ssq. c.* 1; *et 10*, 627 B *c.* 27 *c.* 1; *et 3*, 471 A-D *c.* 20-23 *PL 130*, 439 B-40 B HI 352 sq. — Conc. CARTHAG. II MSI *3*, 692 D *sq. c.* 2 *PL 130*, 325 D sq. HI 295 GR. *c.* 3 *D. 31* **27** sq. Ps. 75, 12 **29** Eccle. 5, 3 Deut. 33 = *23*, 21-23 **30** ssq. Luc. 9, 62 **35** LEO M. ep. 92 *c.* 13-15 *PL 54*, 1207 B 1208 A *ep.* 167 — Conc. CONSTANTINOP. = QUINISEXT. sub Justiniano II. *c.* 13 et 46 MSI *9*, 943 B 947 B-E: GR. *c.* 6 *C. 27 q.* 1 *et c.* 13 *D. 31*

B **5** sq. 1 Cor. 7, 38 et ibid. THEOPHYLACT. *PG 124*, 649 D 656 A — AMBROS. de virginitate *c.* 6. 7 *PL 16*, 275 A-77 A (286 C-90 C) *n.* 27-41 li; de viduis *c.* 12 *PL 16*, 256 B-57 B (269 B-70 B) *n.* 72-74 — HIERON. c. Jovin. li. 1 *PL 23*, 229 C (240 A) *n.* 13 **8** sq. 1 Cor. 7, 1 **11** Matth. 19, 10-12 *Ps.* BASIL. M. li. de virginitate *PL 30*, 784 C 785 A 672 B *n.* 2, 57 — EPIPHAN. c. Angel. haer. 61 *c.* 4 *PG 41*, 1045 A *sq.*: *CB 31*, 384 *sq.* **14** 1 Cor. 7, 34 **15** 2 Cor. 10, 3 **31** sq. Joh. 3, 5 Tit. 3, 5 **33** Act. 8 17 **34** Joh. 6, 52. 58 **35** Joh. 20, 23 Ez. 18, 21. 30 **38** Jac. 5, 14 sq.

morte lucta munit atque consolatur emigrantem. Ordo deinde ministros praebet ecclesiae, qui sacris praesint ac superiora omnia rite
[117r] procurent, dispensent, conservent et ‖ applicent. Denique matrimonium christianam gentem propagat et humanae providet incontinentiae.

Haec sunt igitur antidota divinaque remedia, quae misericordia plenus ille Samaritanus instituit et ecclesiae praepositis dispensanda concredidit, nimirum ad probe curandos aegros, id est peccatores omnes in ecclesia, quoad illi, si velint, veram perfectamque sanitatem adipiscantur. Quae quidem remedia rite cognoscere, salubriter accipere atque fideliter etiam aliis applicare, non artis profecto humanae, sed christianae est sapientiae. De qua cum satis dictum sit hactenus, quem-
admodum praesentis insti- ‖ tuti ratio tulit, [117v]
reliquum est, ut ad alteram huius operis partem, quae christianam iustitiam continet, porro transeamus.

Ecclesiastici IIII

„Sapientia filiis suis vitam inspirat et suscipit inquirentes se et praeibit in via iustitiae et, qui illam diligit, diligit vitam."

A **11** concredit *F* 1. 2

B **10** ssq. Ecclesiastici — vitam *om. E* 2. 6. 7

A **2** Tit. 1, 5 1 Cor. 4, 1 sq. **5** Eph. 5, 22-32 1 Cor. 7, 2-4 **9** Luc. 10, 33 sq. **10** 1 Cor. 4, 1 sq. Joh. 20, 23 **13** sq. Luc. 10, 33 sq.
B **10** Eccli. 4, 12 sq.

[118r]

Iuſtus pro iniuſtis mortuus.

1. Petri 3.



Ibidem.

Vt peccatis mortui, Iuſtitiæ viuamus.

„Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi in sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris." Luc. *1.*

[118v]

DE IUSTITIA CHRISTIANA.

130 **Quaenam pertinent ad iustitiam christianam?** *135*

Summatim duo, quae his verbis continentur: „Declina a malo et fac bonum," sicut et Esaias docet: „Quiescite agere perverse et discite bene facere." Prius est in cognoscendis fugiendisque peccatis positum, quoniam ea ipsa maxima sunt mala mortalibus; posterius vero in bonis expetendis atque consectandis versatur.

131 **Quid est peccatum?** *136*

[119r] Augustino teste peccatum voluntas est retinendi vel consequendi, quod iustitia vetat et unde liberum est abstinere. Ambrosius vero: Quid est peccatum, inquit, nisi legis divinae praevaricatio et coelestium inobedientia praeceptorum?

132 **Quare peccatum est fugiendum?** *138*

Quia „stipendium peccati mors" est, Apostolo teste. Et sicut per prophetam ait Dominus: „Anima, quae peccaverit, ipsa morietur." Rursusque scriptum est: ‚Homo per malitiam occidit animam suam.' Nihil autem ea morte infelicius, qua homo a sanctorum

A **20** versatur] Ut autem iustitiae (hoc *add. E*) officium utrumque praestemus per Christum Jesum Dei gratia nobis parta et promissa semperque necessaria est. Ea (vero *add. E*) praeeunte et adiuvante perficitur (atque cooperante efficitur id nobis *E*) quod Joannes affirmat: Qui facit iustitiam, iustus est, sicut et ille (Deus *add. E*) iustus est. Addit porro: Qui facit peccatum, ex diabolo est. *add. A* 2. 3 *BCDEF*

A **2** 1 Petr. 3, 18 **3** Ibidem 2, 24 **9** Luc. *1, 74 sq.* **14** Ps. 36, 27 **15** sq. Is. 1, 16 sq. **23** August. retr. li. 1 *c.* 13, 15 *PL 32*, 604 A sq. 609 D 610 C: *CV 36, 60 sq. n.* 6 *pg.* 75 76 78 *n.* 5, 6, 9

B **12** Amb. li. de parad. *c.* 8 *PL 14*, 392 D (309 B) *n.* 39: *CV 32/1*, 296 **18** Rom. 6, 23 **20** Ez. 18, 4 **21** sq. Sap. 16, 14

[119v] omnium ‖ consortio, ab angelorum et coelitum gaudio atque tum ab ipso summo et aeterno bono, in cuius cognitione ac fruitione sane omnis salus et perfecta hominis beatitudo consistit, in aeternum separatur. Neque solum a Deo Deique gratia et gloria peccatum nos excludit, sed praeterea etiam in potestatem tradit daemonum, ut cum his torqueamur et malis omnibus in gehenna ignis inextinguibilis addicamur. Atque id est demum vere mori ac damnari, ‹morte secunda› scilicet in sempiternum. Quapropter tam serio iubet Ecclesiasticus: „Quasi a facie colubri fuge peccatum." Et senior ille Tobias: „Omnibus
[120r] die- ‖ bus vitae tuae" ait „in mente habeto Deum et cave, ne aliquando peccato consentias et praetermittas praecepta Domini Dei nostri."

Hinc notanda sunt in scripturis sacris, quae passim de punitis peccatoribus exempla proferuntur, ut de Cain, Pharaone, Nabuchodonosore, Sodomitis, Aegyptiis, Israëlitis etc. eoque praecipue sunt referenda, ut peccatorum vindicem Deum ipsum quisque cognoscat, cognoscendo timeat, timendo caveat saluti suae et cavendo poenas evadat horribiles peccatorum. Graviter sane dixit Esaias: „Hic est omnis fructus, ut auferatur peccatum."

[120v] *133* **Quae via ad peccati foveam ducit?** *139*

Tribus praecipue gradibus ad peccatum pervenitur: suggestione, delectatione, consensu. Suggestione quidem, dum nobis prava ingeritur cogitatio sive tentatio a mundo, carne, satana; delectatione autem, dum animo vel carni nostrae nimium adlubescit, quod prava suggessit tentatio; demum et consensu quoque, dum in peccatum ipsum voluntas allecta consentit deliberate. Ex quo sane consensu peccatum iam consummatur et coram Deo gehennae obnoxium facit hominem, etiamsi
[121r] non semper opere ‖ perpetretur. Unde non temere dictum est illud: In suggestione semen, in delectatione nutrimentum, in consensu perfectionem inesse peccati.

Quod si exactius quoque consideremus, oritur ex suggestione cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione consensus, ex consensu operatio, ex operatione consuetudo, ex consuetudine desperatio, ex desperatione peccati defensio, ex peccati defensione gloriatio, ex gloriatione damnatio. Haec est demum longa illa et horrenda peccatorum catena; hi funes atque compedes, quibus astrictum hominem satanas non solum in omne genus malo- ‖ rum, [121v]
sed etiam in tartaream abyssum praecipitat. Atque idcirco plurimum refert peccatorum gradus eiusmodi atque propagines, ne fallamur atque periclitemur, studiose discernere et observare.

134 **Quomodo peccata facile devitantur?** *140*

Eo sane, quum illorum initiis pravisque desideriis, quibus ad peccandum sollicitamur, statim occurrimus atque repugnamus. Sicut Ecclesiasticus monet his verbis: „Post concupiscentias tuas non eas et a voluntate tua avertere. ‖ Si praestes animae tuae concupi- [122r]
scentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis." Unde divinum etiam oraculum pronuntiat: „Nonne si bene egeris, recipies? sin autem male, statim in foribus peccatum aderit; sed sub te erit appetitus eius et tu dominaberis illius."

135 **Quae sunt peccata praecipue animadvertenda?** *141*

Ea nimirum, quae dicuntur capitalia, tum quod sint veluti fontes vel capita reliquorum, tum quod ex illis, velut ex corrupta radice, pestiferi plane fructus nascantur et ‖ longa [122v]
quasi stirpe omnis generis vitia, scandala, damna, corruptelae ac pestes humani generis descendant.

A **2** atque—summo] atque ab ipso denique summo *E* **5** separetur *F* 1. 2 **22** Israelitis etc.] Israeliticis et caeteris *E* **40** et *om. E* 2. 7

B **10** ex gloriatione] certa *add. A* 2. 3 *BCDF* **22** quum] si *E* **24** statim] Christo iuvante *add. A* 2. 3 *BCDF* Christo adiuvante *add. E* occurrimus atque repugnamus] occurremus atque repugnabimus *E* **31** peccatum] tuum *add. F* **33** illi *F* 3. 4 illius] De septem peccatis capitalibus (Caput I *add. B* 3) *add. B* 4-6 *E* 2. 7 **36** tum *om. E* **38** tum quod ex illis] et e quibus *E* **39** nascuntur *E* **42** descendant] descendunt atque profluunt *E*

A **2** Is. 65, 11-16 **3** sq. Joh. 7. 37 sq. Ps. 16, 15 1 Joh. 4, 6-8 **5** sq. Rom. 2, 1-6 **8** Matth. 18, 9. 34 **9** sq. Matth. 25, 41 Marc. 9, 42 **11** Apoc. 2, 23 21, 8 **13** Eccli. 21, 2 **14** ssq. Tob. 4, 6 **21** Gen. 4, 10-12 Ex. 14, 27 sq. Dan. 4, 28 ssq. **22** Gen. 19, 24 sq. Ez. 16, 49 sq. Ex. c. 8. 9. 10. 12. 14 *passim* Deut. 32, 22-26 1 Cor. 10, 8 ssq. **27** sq. Is. 26 = 27, 9 **31** AUGUST. de serm. Dom. in monte li. 1 *c.* 23 *PL 34*, 1246 A *ssq. c.* 12 *n.* 33-35 et GR. *c.* 21 *D.* 2 *et c.* 2 *D.* 6 *de poenit.* **39** sq. Jac. 1, 14 sq.

B **1** ssq. GR. c. 2 D. 6 **4** ssq. Ex GREGOR. M. Moral. *li.* 4 *c.* 27 *PL 75*, 661 B sq. **25** ssq. Eccli. 18, 30 sq. **30** ssq. Gen. 4, 7

136 Quot sunt peccata eiusmodi *142* capitalia?

Septem, quae sic numerantur: Superbia, avaritia, luxuria, invidia, gula, ira, acedia. Sed ut haec maximo semper odio prosequenda fugiendaque, sic virtutes septem, quae peccatis illis opponuntur, summo quidem studio et amore, si vitam animae quaerimus, sunt consectandae. Superbiae contraria est humilitas; avaritiae liberalitas, luxuriae castitas, cum
[123r] invidia pugnat ‖ charitas, gulae opponitur abstinentia, irae patientia, demum acediae devotio seu pia sedulitas sedulaque pietas adversantur.

137 Quid est superbia et quas *143* gignit filias?

Superbia est inordinatus appetitus excellentiae, sive intus lateat in animo, sive extrinsecus etiam sese prodat. Haec vitiorum quidem omnium mater princeps ac regina est, praecipue tamen infelicem hanc sobolem gignit: inobedientiam, iactantiam, hypocrisin, contentionem, pertinaciam, discordiam, curio-
[123v] sitatem. Iam ut ‚delictum hoc ‖ maximum' caveatur, Tobiae sententia usque observanda est: „Superbiam" inquit „nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas; in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio" et apostolica doctrina: „Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam."

138 Quid est avaritia et quarum *144* filiarum mater?

Avaritia est habendi appetitus inordinatus. Avarus enim recte iudicatur, non solum qui rapit, sed etiam qui concupiscit aliena vel cupide servat sua. Filiae sunt huius pessimae
[124r] matris: proditio, fraus, ‖ fallacia, periurium, inquietudo, violentia, immisericordia seu inhumanitas et cordis durities. Damnat hoc vitium Apostolus, ubi sic ait: „Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et laqueum diaboli et desideria multa et inutilia et nociva, quae mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas;" et Christus ipse testatur: „Non potestis Deo servire et mammonae." Et iterum: „Nolite solliciti esse in crastinum."

139 Quid est luxuria qualemque *145* sobolem gignit?

Luxuria est appetitus inordi- ‖ natus impurae [124v]
et libidinosae voluptatis. Gignit autem ex se mentis caecitatem, inconsiderationem, inconstantiam, praecipitationem, amorem sui, odium Dei, desiderium huius vitae nimium, mortis autem et eorum, quae illam horrenda sequuntur, ingentem metum fere cum desperatione coniunctum. „Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat" inquit Apostolus. Et ut idem testatur alibi: „Fornicatio et omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo aut stultiloquium aut scurrilitas, quae ad ‖ rem non pertinent, sed magis gratiarum [125r]
actio."

140 Quid est invidia et quas *146* procreat filias?

Invidia est tristitia de bono alterius et odium alienae felicitatis respectu superiorum, quia eis non aequatur et respectu inferiorum, ne sibi aequentur et respectu parium, quia sibi aequantur, ut Augustinus inquit. Filias vero procreat odium, susurrationem, detractionem, in adversis aliorum rebus exultationem, in prosperis afflictionem. Sic Cain Abel germano fratri et Saul Davidi destinato regi
cerni- ‖ tur invidisse. Quod execrandum cri- [125v]
men scriptura taxat, quia legimus: „Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum; imi-

A **13** adversatur *E* **29** sq. et apostolica doctrina] Hinc apostolica illa doctrina *E*
B **16** ssq. mortis—coniunctum] mortis horrorem futuri (autem *add. E*) iudicii ac aeternae beatitudinis (foelicitatis aeternae *E*) desperationem. Adversus hoc peccatum nos munit Apostolus, cum ita scribit: *A* 2. 3 *BCDEF* Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis. Ac rursus: *add. E*
21 inquit Apostolus *om. A* 2. 3 *BCDEF* **22** idem] Paulus *add. A* 2. 3 *BCDEF* ut idem testatur *om. E*
36 detractationem *B* 1-5 *CD* 3 *F* **38** Sic *om. E* **41** scriptura] ita *add. E* quia legimus *om. E*

A **3** ssq. Gregor. M. li. 31 Moral. *c.* 31 *PL 76*, 620 D-22 A *v.* 45 *n.* 87-89 — Cassian. de octo princip. vitiis. *collat.* 5 *PL 49*, 610 D-42 C: *CV 13/II*, 121-51 **20** ssq. Gregor. M. *li.* 31 Moral. *c.* 31 *PL 76*, 620 D-22 A *c.* 45 *n.* 87-89 **25** Ps. 18, 14 **27** ssq. Tob. 4, 14 Eccli. 10, 14 **30** sq. Jac. 4, 6 1Petr. 5, 5 **38** ssq. Gregor. M. *li.* 31 *Moral. c.* 31 *PL 76*, 621 B *c.* 45 *n.* 88 **42** ssq. 1Tim. 6, 9 sq.
B **6** Matth. 6, 24 **7** *Ibid.* 6, 34 **13** ssq. Gregor. M. *Moral. li.* 31 *c.* 31 *PL 76*, 621 B *c.* 45 *n.* 88 **19** ssq. 1Cor. 6, 18 **22** sq. Eph. 4 = 5, 3 *sq.* **31** Gregor. M. *Moral. li.* 31 c. 45 *PL 76*, 621 B *n.* 88 **38** Gen. 4, 3 ssq. **39** 1Reg. 20, 30 **41** ssq. Sap. 2, 24 sq.

tantur autem illum, qui sunt ex parte illius." Recte igitur Apostolus monet: „Non efficiamur inanis gloriae cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes."

141 Quid est gula et quaenam *147* illius filiae?

Gula est appetitus inordinatus cibi et potus. Filias habet: ineptam laetitiam, multiloquium, scurrilitatem, spurciciem et sensuum ad intel- [126r] lectum hebetudinem. Prohibet ‖ hoc vitium Christus, cum ait: „Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate." Nam ut alibi quoque scriptura testatur: „Propter crapulam multi obierunt; qui autem abstinens est, adiiciet vitam."

142 Quid est ira et quae soboles *148* ex illa nascitur?

Ira est cupiditas puniendi alterius, a quo laesum se quis arbitratur. Nascuntur ex illa detestandae filiae: rixae, tumor mentis, contumeliae, clamor, indignatio atque blasphemia. Sed adversus hoc animi virus nos praemunit [126v] apostolica me- ‖ dicina hisce verbis: „Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a vobis cum omni malicia. Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem sicut et Deus in Christo donavit vobis." Nec temere dixit supremus ille iudex: „Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio; qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio; qui autem dixerit fatue, reus erit gehennae ignis."

143 Quid est acedia et quas *149* gignit filias?

Acedia est remissi animi languor ad bene [127r] operandum; praesertim vero tristitia est de re spirituali. Gignit eiusmodi filias: maliciam, rancorem, pusillanimitatem, desperationem, torporem circa praecepta necessaria mentisque vagationem circa res illicitas. Huius peccati grave periculum ex his Christi verbis ostenditur: „Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur." Hinc idem sic alibi: „Videte, vigilate et orate, nescitis enim quando tempus sit."

Et hactenus quidem haec pro instituta brevitate satis, ut saltem praecipuos humani generis morbos ‖ atque execrandas pestes non [127v] solum cognoscant et observent, sed etiam fugiant ex praescripto divinae legis, qui christianae iustitiae, ut debent, sunt studiosi.

A **10** ad intellectum] et intellectus *A* 2. 3 *BCDEF* **13** in crapula] crapula *E* 6 **16** vitam] Ad ebrios autem haec Dei tum indignantis tum maledicentis verba spectant: „Vae qui potentes estis ad bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrietatem." *[Is. 5,22]* Unde Paulus etiam: „Nolite inebriari vino, in quo est luxuria." *[Eph. 5,18]* „Neque enim ebriosi regnum Dei consequentur:' *[1Cor. 6,10] add. E* **20** alterius] eius *E* **27** a *om. E* 1. 3-5] e *E* 6

B **3** sq. Nec temere — iudex] Et plena gravitatis vox est Salvatoris *E* **6** dixit *Cx* **13** Gignit — filias] Quae has gignit filias *E* **15** sq. mentisque — illicitas] mentisque circa res varias evagationem *A* 2. 3 *BCDF* **19** mittetur] Tum alibi: „Inutilem servum eiicite in tenebras exteriores" *[Matth. 25,30] add. E* **23** saltem] qui iustitiae christianae sunt ex animo studiosi, hos: *A* 2. 3 *BCDEF* **24** pestes] quas ostendimus *add. A* 2. 3 *BCDEF* **25** fugiant] ac depellant *add. A* 2. 3 *BCDEF* **26** sq. qui—studiosi *om. A* 2. 3 *BCDEF*

A **2** ssq. Gal. 5,26 **9** ssq. Gregor. M. *Moral. li.* 30 *c.* 18 *PL 76*, 556D-57D *n.* 60 *sq.* Gr. *c.* 22 *D.* 5 *de cons. et li.* 31 *c.* 45 *PL 76*, 621B *n.* 88 **12** sq. Luc. 21,34 **15** sq. Eccli. 37,34 **21** ssq. Gregor. M. *Moral. li.* 31 *c.* 45 *PL 76*, 621B *n.* 88 **25** ssq. Eph. 4,31 sq. Col. 3,8. 12 *sq. 8*, 12 *sq.*

B **4** ssq. Matth. 5,22 **13** ssq. Gregor. M. *Moral. li.* 31 *c.* 45 *PL 76*, 621B *n.* 88 **18** sq. Matth. 7,19 **20** sq. Marc. 13,33

DE PECCATIS ALIENIS.

144 Quae peccata dicuntur aliena? *150*

Ea, quae aliorum quidem manibus operaque perficiuntur et interim nobis merito imputantur nostrasque conscientias damnant coram Deo. Quamobrem de his accipi potest, quod scriptura imperat: „Ne communicaveris pec- [128r] catis alienis;" et quod orat propheta ‖ regius: „Ab occultis meis munda me" Domine „et ab alienis parce servo tuo." Eodem refert Basilius Magnus, quod Ephesiis scriptum est a Paulo: „Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite." Tum illud eiusdem Apostoli: „Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem, quam accepistis a nobis."

A **7** sq. 1 Tim. 5,22 **9** Ps. 18,13 sq.

B **3** *Ps.* Basil. M. tr. *de bapt. li.* 2 *qu.* 9 Quomodo ex Apostoli sententia cum operibus infructuosis non sit communicandum *PG 31*, 1613C-17B *n.* 3 *sq.* **4** sq. Eph. 5,11 **6** ssq. 2 Thess. 3,6

145 Quot numerantur eiusmodi aliena peccata? *151*

Novem, sicut novem fere modis committun-
[128v] tur, utpote consilio, ‖ iussione, consensu, irritatione, laudatione seu adulatione, reticentia culpae alienae, conniventia vel indulgentia, participatione criminis ac prava defensione.

146 Quando peccatum alienum consilio perpetratur? *152*

Cum mali scilicet consilii, quod alii sequuntur vel sequi possent, ipsi sumus autores et administri. Exemplo sit Cayphas, qui consilio suo senatum iudaicum in mortem Christi concitavit atque permovit. Contra vero laudatur Ioseph ab Arimathaea et „vir bonus
[129r] iustusque" dicitur, quia non consenserat ‖ consilio et actibus eorum, pontificum scilicet et pharisaeorum in Christi necem impie conspirantium.

147 Quando iussio est peccatum alienum? *153*

Cum ex decreto, mandato imperiove nostro redit ad proximum iniuria, sicut David rex innocentem occidit Uriam, non suis quidem aut suorum manibus, sed per literas hoc agens atque demandans, ut in praelio ille occideretur et praeses Pilatus mortis Christi reus est, quod illum in Iudaeorum gratiam cruci affi-
[129v] gendum etsi invitus quodam ‖ modo autoritate sua permisit ac tradidit.

148 Consensus quando peccatum alienum constituit? *154*

Cum quod ab aliis fit nequiter, a nobis quasi suffragium accipit et vel tacite approbatur. Ita peccavit Saulus in Stephani protomartyris necem consentiens; peccarunt et Iudaei suis magistratibus, quo Christus perderetur suffragantes, ut idcirco Petrus illis exprobrans dixerit: „Autorem vitae interfecistis." Retinendum est igitur Pauli verbum: „Non so-
[130r] lum, qui faciunt mala, sed etiam qui ‖ consentiunt facientibus, digni sunt morte."

149 Quando irritatione nobis peccatum alienum conflatur? *155*

Cum scientes provocamus alium ad iram, vindictam, blasphemiam, crudelitatem aut consimilia vitia, sive dictis id fiat sive factis aut quacunque alia ratione. Non procul ab hoc vitio fuit uxor Iob, quae patientissimo viro petulanter insultans, suasit etiam, ut Deum blasphemaret. Hic locum habet, quod monet Ecclesiasticus: „Abstine te a lite et minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem ‖ et vir peccator turbabit amicos et in me- [130v]
dio pacem habentium immittit inimicitiam."

150 Quando per laudationem vel adulationem nostram peccato alieno foedamur? *156*

Quum aliquem in malefactis vel de improbitate commendas vel tanquam re bene gesta calcar addis male currenti, ut ille in pravo instituto pergat. „Vae" autem „qui consuunt pulvillos sub omni cubitu manus et faciunt cervicalia sub capite universae aetatis ad capiendas animas" ut est apud Prophetam. In hoc vitium incidunt ‖ nonnunquam eccle- [131r]
siastici concionatores, ii praesertim, quos Esaias verbis his notat: „Populo meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt et viam gressuum tuorum dissipant." — „Quoniam enim laudatur peccator in desideriis animae suae et iniquus benedicitur, exacerbabit Dominum peccator" ut alius quoque propheta testatur.

151 Quando reticentiae nostrae culpa peccatum alienum in nos redundat? *157*

Quum nostrum silentium sive subdito sive cuius alteri adfert detrimentum. Exempli causa, si do- ‖ cendi, monendi corripiendique [131v]
fratris aut populi nobis munus incumbit et in eo interim, dum prodesse possumus, non sine culpa cessamus. Unde per Esaiam testatur Dominus omni evangelizanti: „Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam et annuntia

A **25** iniuria] vel malum quodcunque perpetratur *add. A* 2. 3 *BCDEF* **27** suorum] servorum *E* **32** permisit] adiudicavit *A* 2. 3 *BCDEF* **35** Cum quod] Cum *add. B* 4-6 **36** vel] saltem *A* 2. 3 *BCDEF*

B **6** ssq. Non procul — quae] Hinc alienum non est, quod uxor Job, dum *A* 2'3 *E* hoc *om. CD* **8** sq. insultans] insultat, quantum in se quidem erat *add. A* 2'3 *E* ut — quod] Deum blasphemare. Contra vero *A* 2'3 *E* **19** commendamus *A* 2. 3 *BCDEF* **20** addimus *A* 2. 3 *BCDEF* **32** alius quoque] regius *A* 2. 3 *BCDEF* **38** cuius] cuivis *A* 2. 3 *BCDEF*

A **13** ssq. Joh. 11, 49. 50. 53 **16** sq. Luc. 23, 50-53 **18** sq. Joh. 11, 53 Matth. 26, 3 sq. **25** sq. 2 Reg. 11, 14-17 **29** Joh. 19, 16 **35** IRENAEUS adv. haer. li. 4 c. 46 *PG 7*, 1060 C *sq. c.* 27 **37** Act. 7, 59 **38** sq. Matth. 27, 20 Luc. 23, 23 Act. 4, 10 **41** Act. 3, 15 **42** ssq. Rom. 1, 32

B **7** ssq. Job 2, 9 **10** ssq. Eccli. 28, 10 sq. **21** ssq. Ez. 13, 18 **27** ssq. Is. 3, 12 **29** ssq. Ps. 9 *(10)*, 3. 4 **37** CHRYSOST. or. 1 c. Judaeos *PG 48*, 882 A *sq. orat.* 4 *n.* 7 **43** ssq. Is. 58, 1

populo meo scelera eorum et domui Iacob peccata eorum." Audi porro periculum in his, qui „canes muti latrare non valentes" dicuntur: „Si dicente me ad impium" dicit Dominus „morte morieris, non annuntiaveris ei neque locutus fueris, ut avertatur a via sua impia et vivat, ipse impius in iniquitate sua [132r] morietur, sanguinem ‖ autem eius de manu tua requiram." Adeo necessarium est observatu, quod Paulus non sine gravi obtestatione postulat: „Praedica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina." Tum idem alibi: „Peccantes" inquit „coram omnibus argue, ut et caeteri timorem habeant."

152 Quando nostra conniventia *158* alienis criminibus implicamur?

Quoties id, quod facultate vel autoritate nostra emendari vindicarique potest et debet, [132v] nos tamen impunitum et in peius abire si- ‖ nimus. Ita peccant magistratus, cum gladium frustra portant neque, sicuti dicuntur, ministri Dei sunt et vindices in iram his, qui agunt scelerate vel seditiose. Merito igitur a Paulo illi, ut Corinthii, audiunt: „Auferte malum ex vobis ipsis"-„Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum." Secundo hic peccant patres et matres familias, heri et praeceptores, dum sibi concreditos nimia dissimulatione et indulgentia quadam in educando perdunt et negligentia socordiaque sua in discrimen adduci permittunt. Sic paternae prorsus indul- [133r] gentiae culpa ‖ depravatos legimus filios Heli, qui idcirco immodicae lenitatis suae poenas graves dedit. Hic etiam addi potest peccatum, quod vocari solet omissio fraternae correptionis, admonitionis vel reprehensionis, quando Christus quoque semel atque iterum et tertio corripiendum esse fratrem monuit, ut peccantem illum lucrifaceremus. Quanquam alii distinguunt inter huiusmodi omissionem et priorem, de qua diximus, conniventiam, ut duos alieni peccati modos ex hisce constituant.

153 Quid est participatione alienum *159* peccatum contrahere?

Id maxime fit, cum in partem lucri cum furibus sive raptoribus venimus, cum itidem bona iniuste parta vel quovis modo aliena nobis una cum aliis scienter vendicamus aut retinemus, cum insuper spoliis alienis ditescimus. Hoc est, ut psalmographus vocat, cum furibus ipsis currere et cum adulteris portionem habere, sicut Esaias obiicit populo iudaico: „Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones." Gravius adhuc delinquunt, qui lucrum sibi ex aliena turpitudine aperte parant, ut lenones, quive latronibus et notae turpitudinis vel factionis ho- ‖ minibus praebere audent hospitium. [133v] [134r]

154 Quomodo alienum *160* peccatum nostra defensione contrahimus?

Quum aut malefactoribus patrocinamur aut doctrinam alterius quamvis perversam et impiam tuemur ac spargimus, quum nostra itidem cura vel opera, quod contra fas et aequum instituitur, promovere atque propugnare contendimus. Adversus hos divinum intonat oraculum: „Vae, qui dicitis malum bonum et bonum malum, ponentes tenebras lucem ‖ et [134v] lucem tenebras, ponentes amarum in dulce et dulce in amarum." Ac rursus: „Vae, qui condunt leges iniquas et scribentes iniustiam scripserunt."

Haec satis de peccatis, ut vocant alienis, quae nunc profecto longe lateque patent et summa quotidie licentia, a magnatibus praesertim, perpetrantur. Adeoque vulgo ea non caventur, ut plerique peccata non esse putent ac floccipendant, etiam si suas conscientias his criminum sordibus conspurcent animasque condemnent. Possunt autem dictae species omnes in tria fere genera coniici breviterque,

---

A **25** sq. Merito — audiunt] Eodem referri potest, quod Apostolus Corinthiis praecipit: *A* 2. 3 *BCDEF* **30** et matres] matres *Cx* **32** et] in *E* 3-6 **33** deduci *A* 2. 3 *BCDEF* **40** quando] quidem *add. E* **44** convenientiam *B* 2-5 *F* 1. 2

B **6** parte *F* **11** Hoc — vocat] Huc spectare potest quod psalmographus dixit *A* 2. 3 *BCDEF* **19** hospitium] et locum, quo se illi aut sua recipiant *add. A* 2. 3 *BCDEF* **32** in dulce] dulce *E* 6 **33** ssq. in amarum] amarum *E* 6 Vae — scripserunt] „Vae qui iustificatis impium pro muneribus et iustitiam aufertis ab eo': *[Is. 5, 23] A* 2. 3 *BCDEF*

A **3** Is. 56, 10 **4** ssq. Ez. 3, 18 **11** ssq. 2 Tim. 4, 2 **13** ssq. 1 Tim. 5, 20 **22** sq. Rom. 13, 3-5 **26** ssq. 1 Cor. 5, 6 sq. 13 **35** ssq. 1 Reg. 4, 17 ssq. **40** sq. Matth. 18, 15-17

B **11** ssq. Ps. 49, 18 **14** sq. Is. 1, 23 **30** ssq. Is. 5, 20 **33** ssq. Is. 10, 1

ut Magnus Basilius ostendit, comprehendi.
[135r] Quod enim in alieni erroris vel peccati societatem incidimus, id fit aut re et opere aut voluntate certove animi proposito tantum aut supina negligentia, si quando admonendi et emendandi officio nostro alii defraudantur. Sed longe omnium deterrimum peccandi genus est, quo delinquitur in Spiritum sanctum.

A **1** *Ps.* Basil. M. *de bapt. li.* 2 *qu.* 9: Quomodo ex Apostoli sententia cum operibus infructuosis non sit communicandum *PG 31*, 1613C-17B *n.* 3*sq.*

DE PECCATIS IN SPIRITUM SANCTUM.

155 Quid est peccatum in Spiritum *161* sanctum?

Est oblatam Dei munificentiam et gratiam,
[135v] quae Spiritui sanc- ‖ to ceu fonti bonorum tribui peculiariter solet, ex mera et destinata malitia contemptim abiicere; atque hoc est peccare inexpiabiliter, ut iuxta Christi verbum nec in hoc ipso neque in futuro saeculo talis tantique peccati remissio possit impetrari. Hac enim lege nobiscum agit Deus, ut nec gratiam in terris neque gloriam in coelis tribuat aliis, quam qui peccatum detestantur agnitum et praeter id bonum sibi proponunt rectumque eligunt vitae institutum. Caeterum in hisce peccatis, quae fiunt in Spiritum sanctum, abest tum peccati detestatio tum boni, quod sectandum erat electio. Hinc fit, ut ta-
[136r] libus implicati nul- ‖ lam Dei gratiam impetrare possint. Peccatur enim non ex humana imbecillitate vel fragilitate, quod vocant peccare in Patrem Patrisque potentiam, ut in Petro apostolo Christum ipsum negante cernimus neque rursus ex ignorantia, quod est peccare, ut appellant, in Filium Filiique sapientiam, sicut Saulo accidit ecclesiae persequutori; sed quod longe gravius est, peccatur hic ex malignitate et pervicacia mentis, ut exemplum praebent perversissimi et obstinatissimi illi pharisaei.

156 Quod sunt peccata in Spiritum *162* sanctum?

[136v] Eiusmodi sex recensentur, ut vulgo quidem recepta sunt eorum haec nomina: praesumptio de misericordia Dei vel de impunitate peccati, desperatio, agnitae veritatis impugnatio, fraternae charitatis invidentia, obstinatio et impoenitentia. Significantius autem erit, si quis ita numeret:

I. Divina misericordia confidenter abuti.
II. De gratia Dei vel salute sua prorsus desperare.
III. Veritatem religionis adversus suam ipsius conscientiam hostiliter oppugnare.
IIII. Pertinaci invidia concitari graviter ob salutis et virtutum fraternarum successum.
V. Obfirmato animo in crimine scienter manere. [137r]
VI. Absque poenitentiae proposito perversae vitae finem nullum facere.

157 Quaenam praesumptio facit *163* peccatum in Spiritum sanctum?

Ea, quae hominem sola Dei misericordia confidentem et ad peccandum audacem facit, seposita videlicet ac abiecta omni iustitiae timorisque divini ratione. Et sic sane peccant hodie complures, qui sola fide in Christum sibi blandientes vel in mediis peccatorum sordibus ‹ut iumenta computrescunt› nec sibi solum, sed aliis itidem polliceri audent securitatem, modo ‖ fidant meritis Christi et Dei [137v] gratiae per fidem apprehensae, quantumvis interim poenitentiae fructus non accedant. Horum vero singulis acclamat ‹gentium Doctor› in fide et veritate Paulus: „An divitias, inquit, bonitatis Dei et patientiae et longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam et impoenitens cor

A **4** munificentiam] magnificentiam *BC*‹*x* **6** mera et destinata *om. A* 2. 3 *BCDEF* **10** possit impetrari] impetretur *A* 2. 3 *BCDEF* **18** electio] et abiicitur praeterea id, quo Spiritus sanctus pro sua gratia, quem (aliquem *D* 4. 5 hominem *E*) a peccando solet revocare *A* 2. 3 *BCDEF* talibus] eiusmodi peccatis *A* 2. 3 *BCDEF* **34** ut] et *D* 3-5
B **30** accedant] adhibeantur *A* 2. 3 *BCDEF*

A **9** sq. Matth. 12, 31 sq. Marc. 3, 28-30 August. de verb. Dom. in Matth. 12, 32 *ser.* 71 *c.* 3-14 *PL 38*, 448B-58C *n.* 5-24 et Gr. [*c.* 2-4] D. 1 = 7 de poenitent. **20** ssq. August. de divers. qu. 83 *PL 40*, 17D-18A *qu.* 26 **23** Matth. 26, 73 sq. **26** Act. 9, 1 sq. 1 Tim. 1, 13 **29** sq. Chrysost. *ho.* 72-74 *(al.* 73-75*)* in Matth. *PG 58*, 667-86
B **23** ssq. August. de fide et op. *c.* 14, 22 *PL 40*, 211A *ssq.* 223A *ssq. n.* 21, 40: *CV 41*, 61-64, 84-86 **26** Joel 1, 17 **27** 2 Petr. 2, 18 sq. **30** Luc. 13, 3 **31** 1 Tim. 2, 7 **32** ssq. Rom. 2, 4-6

tuum thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius." Quamobrem idem Paulus alibi non solam iactare fidem docet, [138r] sed „cum timore ac tre- ‖ more salutem nostram operari' fidemque commendat, „quae per charitatem operatur." Contra hoc enorme peccatum sic etiam Ecclesiasticus clamat inquiens: „De propitiato peccato noli esse sine metu neque adiicias peccatum super peccatum; et ne dicas: miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim et ira ab illo cito proximant et in peccatores ira illius respicit."

158 Quomodo peccatur in Spiritum sanctum desperatione? *164*

[138v] Cum praesumptioni, de qua dic- ‖ tum est, contrarium prorsus vitium accesserit, ut omnem spem abiiciat homo vel impetrandae apud Deum veniae vel salutis aeternae consequendae. Hoc modo peccavit desperando Cain, ut sua ipse voce testatur: „Maior est iniquitas mea" inquit „quam ut veniam merear." Peccavit et Iudas Christi proditor, cum vitam laqueo sibi infelix abrupit. Atqui nulla nimis est sera homini poenitentia, uti latro testatur, qui in cruce poenitens Christi ingentem gratiam et coelestem gloriam est consequutus.

159 Quando veritatem impugnans peccat in Spiritum sanctum? *165*

[139r] Quum de fidei et religionis negotio agitur et pro veritate falsitas, non ex ignorantia, sed malitia studiose defenditur, ut hinc veritati catholicae grave fiat praeiudicium. Huic peccato pharisaei obnoxii erant, quibus vel precipue videmus curae fuisse, tam maligne quam falso blasphemare Christum, insectari doctrinam evangelii, testimonium apostolorum supprimere idque contra suam ipsorum conscientiam. His non sunt absimiles, qui a Propheta dicuntur „sedentes in cathedra pestilentiae,' a Petro autem „magistri mendaces," qui introducunt sectas perditionis, a Paulo demum haeretici, „homines corrupti mente, ‖ reprobi [139v] circa fidem" attendentes spiritibus erroris, subversi et suorum ipsorum iudicio condemnati.

160 Quomodo invidentia fraternae gratiae peccatum est in Spiritum sanctum? *166*

Quando dolemus ac tristamur graviter de splendore augmentove virtutum donorumque Dei, quibus frater est conspicuus. Quod crimen non tam hominis videtur esse proprium, quam satanae, qui Dei gratiam in homine tum augeri tum conservari fert impatientissime. Satanae filii ex Iudaeis fuere, qui nascentem evangelii gratiam om- ‖ nino gentibus [140r] invidebant, ut est in Actis apostolicis.

161 Quae obstinatio facit peccatum in Spiritum sanctum? *167*

Ea nimirum, quae obfirmatum plane animum adfert adversus bene monentem, ut nullis quidem rationibus ab instituto damnabili se deflecti quis sinat. Huius peccati magnum praebet exemplum rex Pharao, qui toties monitus a Mose et afflictus subinde flagellis Dei saevissimis, tamen in proposito tyrannico perstitit et periit obstinatus. Nota est et Iudaeorum invicta pertinacia, quos suis veluti ‖ co- [140v] loribus depingens sanctus Stephanus: „Dura cervice" inquit „et incircumcisi cordibus et auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis." Nec sunt dissimiles hodie, qui novis addicti sectis ne audire quidem possunt catholice docentem, quasi aspidum instar occlusis contra dulcem melodiam, id est sanam ecclesiae doctrinam auribus. Istorum propria vox illa est: „Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus." Quod nihil aliud est, quam, ut Paulus loquitur „secundum duritiam et impoenitens cor thesaurizare sibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei."

A **33** pro veritate falsitas] pro falsitate veritas *A* 2. 3 *BCDEF* **34** sq. defenditur] oppugnatur *A* 2. 3 *BCDEF* veritati — praeiudicium] veritatis catholicae laedatur sinceritas *A* 2. 3 *BCDEF*

B **5** suorum] suo *B* 4-6 **27** persistit *E* 2. 7 **32** resistitis *C* 4. 5 **37** sq. Istorum — est] dicere videantur (videntur *D* 3-5) *A* 2. 3 *BCDEF*

A **4** sq. 1 Cor. 13, 1-3 Tit. 3, 8 Rom. 2, 12 **5** sq. Phil. 2, 13 **6** sq. Gal. 5, 6 **9** ssq. Eccli. 5, 5-7 Aug. de poenit. med. *II. PL 39*, 1560 B *ser.* 352 *c.* 3 *n.* 9 **23** sq. Gen. 4, 13 **24** sq. Matth. 27, 3-5 Act. 1, 16-19 **26** ssq. Luc. 23, 39-43 **38** ssq. Matth. 12, 24 15, 1-3 21, 37-41. 45 sq. 22, 15-21 **41** sq. Act. 4, 16 sq. 5, 18 12, 2 sq. **44** Ps. 1, 1

B **1** 2 Petr. 2, 1-3 **3** sq. Tit. 3, 10 2 Tim. 3, 8 sq. 13 **4** Leo M. ep. 24 *c.* 1 *PL 54*, 757 A *ep.* 28 Gr. *C.* 24 *q.* 3 *c.* 30 *sq.* **11** Aug. de ser. Dom. in monte *li.* 1 *c.* 42, 44 *PL 34*, 1266 B *sq.* 1267 A *sq. n.* 73, 75 **15** Sap. 2, 24 sq. **17** ssq. Act. 11, 2 sq. 13, 44 ssq. 15, 5 **25** ssq. Ex. 7, 13 et deinceps 14, 27 sq. **29** sq. Ex. 34, 9 Jer. 5, 3. 23. 28 **32** ssq. Act. 7, 51 **35** ssq. Gr. *C.* 24 = 25 *q.* 1 *c.* 5 **37** ssq. Ps. 57, 5-7 **38** sq. Job 21, 14 **42** Rom. 2, 5

[141r] *162* **Quando peccatum impoenitentiae committitur?** *168*

Cum homo peccatorum suorum, quae salutari poenitentia expianda forent, finem modumque nullum facit ac proponit insuper nunquam poenitere. Talium certe, qui vere peccatores sunt ac manere volunt ‚mors pessima' est, quum illi reipsa, si non verbis dicere videantur: „Percussimus foedus cum morte et cum inferno fecimus pactum." Haec dicta sint hactenus de peccatis in Spiritum sanctum, gravissimis illis quidem et quae aut nunquam aut aegre admodum a Deo homini remittuntur. Qua- ‖ propter adversus ea saepe [141v] nos ipsos munire et alios confirmare debemus, ut observetur illud: ‚Nolite contristare' - ‚nolite extinguere Spiritum Dei.' - „Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra." - „Cor enim durum habebit male in novissimo." Nunc porro ad peccata, quae et ipsa non parum enormia sunt et in coelum clamantia dici solent, accedamus.

A **5** sq. insuper nunquam poenitere] insuper se nolle unquam poenitere *E* **6** vere] deplorate *E* **8** illi — dicere] illi se non verbis, at re ipsa dicere *E* **11** sunt *D* 2-5
B **5** conservetur *CxD* **9** Nunc] Nos *E* 2.7 quae *om. E* 2-5.7 quae et — accedamus] quae in coelum clamantia dici solent quaequae non parum enormia sunt, accedamus *E* 6

A **3** *Ps.* August. de fide ad Petr. *PL 40*, 766 B *ssq. n.* 40 *sq.* — August. de verb. Dom. in Matth. *PL 38*, 455 D *ssq. ser.* 71 *c.* 12 *sq.* **7** Ps. 33, 22 **9** sq. Is. 28, 15
B **5** sq. Eph. 4, 30 1 Thess. 5, 19 **6** sq. Ps. 93 = *94*, 8 Hebr. 3, 7 sq. **8** sq. Eccli. 3, 27

DE PECCATIS IN COELUM CLAMANTIBUS.

163 **Quae dicuntur peccata in coelum clamantia?** *169*

[142r] Ea, quae prae caeteris insignem et manifestam improbitatem habere noscuntur divinamque iram et ultionem insigniter accersunt iis, a quibus committuntur. Eiuscemodi quatuor e scriptura numerantur: homicidium voluntarium, peccatum sodomiticum, oppressio pauperum et merces operariorum defraudata.

164 **Quomodo scriptura vindicari docet homicidium voluntarium?** *170*

Graviter sane, quemadmodum hisce verbis Deus ostendit, quibus Cain primum increpat homicidam: „Quid fecisti?" inquit „vox san- [142v] guinis fratris tui clamat ad me de ‖ terra. Nunc igitur maledictus eris super terram." Et alibi vox quoque divina testatur: „Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus est homo." Concinit psaltes regius: „Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos."

165 **Quid vero de sodomitico peccato eiusque punitione scriptum extat?** *171*

„Homines sodomitae" inquit scriptura „pessimi erant et peccatores coram Domino nimis." Ac iterum: „Clamor Sodomorum et Gomor- ‖ rhaeorum multiplicatus est et pec- [143r] catum eorum aggravatum est nimis." Unde ad Loth iustum angeli: „Delebimus locum istum" inquiunt „eo, quod increverit clamor eorum coram Domino, qui misit nos, ut perdamus illos." Igitur Dominus pluit super Sodomam et Gomorrham sulphur et ignem a Domino de coelo et subvertit civitates has et omnem circa regionem. Neque tacet scriptura causas, quae ad hoc nefandum peccatum Sodomitas impulerunt et alios itidem permovere possunt. Sic enim legimus apud Ezechielem: „Ecce haec fuit iniquitas Sodomae sororis tuae: superbia, saturitas panis et ‖ abundantia [143v] et otium ipsius et filiarum eius et manum egeno et pauperi non porrigebant."

166 **Quid legimus in sacris de pauperum oppressione?** *172*

„Advenam non contristabis" dicit Dominus „neque affliges eum; advenae enim et ipsi fuistis in terra Aegypti. Viduae et pupillo non nocebitis; si laeseritis eos, vocifierabuntur ad me et ego audiam clamorem eorum et indignabitur furor meus percutiamque vos gladio et erunt uxores vestrae viduae et filii vestri pupilli." Quapropter Aegyptii

A **4** manifestatam *B* 6 **19** quoque *om. E*
B **17** eius et] quod *add. F* **23** et *om. E* 1.3-5.8

A **4** August. Ench. *c.* 80 *PL 40*, 270 D *ssq.* et li. annotat. in Job *c.* 30 *PL 34*, 857 D *ssq.*: *CV 28/II*, 573 **16** ssq. Gen. 4, 10 sq. **19** ssq. Gen. 9, 6 De poena homicidii v. Gr. *c.* 4-6. 8. 41-46 D. *50* **23** Ps. 54, 24 **27** ssq. Gen. 13, 13
B **2** ssq. Gen. 18, 20 **5** ssq. August. Conf. li. 3 *c.* 8 *PL 32*, 689 D *n.* 15: *CV 33*, 56 Gen. 19, 13 ibid. vide Gr. *C. 32 q.* 7 *c.* 12-14 **15** ssq. Ez. 16, 49 **21** ssq. Ex. 22, 21-24

[144r] tot plagis attriti et cum suo rege ingentique tyranno Pharaone submersi demum fuere, videlicet ob suam in Israëlitas plusquam barbaricam immanitatem. „Vidi" inquit Dominus „afflictionem populi mei in Aegypto et clamorem eius audivi propter duritiem eorum, qui praesunt operibus; et sciens dolorem eius descendi, ut liberem eum de manibus Aegyptiorum." Hinc apud Esaiam quoque interminatur Dominus: „Vae, qui condunt leges iniquas et scribentes iniustitiam scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes et vim facerent causae humilium populi mei, ut essent [144v] vi- ‖ duae praeda eorum et pupillos diriperent."

167 Quid postremo scriptura docet *173* de mercede operariis retenta, vel imminuta?

Apud Iacobum apostolum legimus, quam is graviter divitibus exprobret crudelem tenacitatem et solitam erga operarios iniquitatem. „Ecce merces" inquit „operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quae fraudata est a vobis, clamat et clamor eorum in aures Domini Sabbaoth introivit." Nec multo aliter Ecclesiasticus: „Panis egentium" ait „vita [145r] pau- ‖ peris est; qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui fundit sanguinem et qui fraudem facit mercenario, fratres sunt." Quin etiam lex divina sic praecipit: „Non negabis mercedem indigentis et pauperis fratris tui sive advenae, qui tecum moratur in terra et intra portas tuas est, sed eadem die reddes ei precium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est et ex eo sustentat animam suam, ne clamet contra te ad Dominum et reputetur tibi in peccatum."

[145v] *168* **Quo referenda est omnis haec *174* de peccatis tractatio et quis illius usus?**

Haec tractatio ad priorem partem christianae iustitiae spectat. Usus autem totius doctrinae ac fructus est ea, quae praecipue mala, Deo maxime contraria nobisque perniciosissima sunt, rite discernere, discreta prorsus cavere et si quid horum admissum sit, sedulo expiare. Hinc etiam discimus, quomodo sapiens a stulto, iustus ab impio differat, sicuti Salomonis illa verba declarant: „Sapiens timet et declinat a malo; stultus transilit et confidit." Atque rursus ‖ idem: „Iustorum semita" in- [146r] quit „quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectam diem; via impiorum tenebrosa, nesciunt, ubi corruant." Nec alienum illud est: „Peccator, cum in profundum venerit, contemnit." Ea vero in primis contemnit, quae christiana iustitia ad vitiorum observationem seu differentiam, devitationem et expiationem postulat.

169 Quibus vero modis peccata *175* expiantur?

Multos certe huiusmodi modos, sicuti diversis morbis diversa remedia conveniunt, sacra scrip- ‖ tura nobis in ecclesia proponit: [146v] Principem vero locum tenet poenitentiae sacramentum, quo neglecto, frustra de reliquis letalium peccatorum remediis adhibendis agimus. Hoc enim ut praesens, ita necessarium pharmacum Christus animarum medicus instituit et contra omnem peccati lepram valiturum nobis commendavit, quando dixit sacerdotibus: „Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis."

Secundo purgantur et expiantur eleemosyna, quia scriptum est: „Eleemosyna ab omni peccato et a morte liberat et non patietur animam ire in tenebras." Tum alibi: „Peccata tua eleemosynis redi- ‖ me et iniquitates [147r] tuas misericordiis pauperum."

Tertio remittuntur peccata, dum laesi fratri offensam condonamus dicente Domino: „Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater coelestis delicta vestra."

Quarto idem fit, cum peccantem fratrem lucrifacimus sicuti legitur: „Qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam eius a morte et operiet multitudinem peccatorum."

A **41** sq. et — usus *om. C* 2
B **12** Peccator] Impius *E* 2.7 **13** contemnit] scilicet *add. BCDF* **30** eis] etc. *add. A* 2.3 *BCDF*

A **1** sq. Ex. 7,20 c. 8.9.10 *passim* 14,28 **3** ssq. Ex. 1,8-22 Ex. 3,7 sq. **10** ssq. Is. 10,1 sq. **22** ssq. Jac. 5,4 **26** ssq. Eccli. 34,25-27 **32** ssq. Deut. 24,14 sq.
B **6** sq. Prov. 14,16 **8** ssq. Prov. 4,18 sq. **12** sq. Prov. 18,3 **17** CYRILL. = ORIGENES in Lev. *li.* 2 *PG 12,* 417C-19C *n.* 4: *CB 29,* 295 *ssq.* — AMBROS. de poenit. li. 2 *c.* 9 *PL 16,* 516C-18B (538A-40A) *n.* 80-90 **22** ssq. CHRYSOST. or. 4 de Lazaro *PG 48,* 1016C *sq. n.* 7 — AUGUST. c. Crescon. li. 2 *c.* 12 *PL 43,* 475C sq. *CV 52,* 374 **29** sq. Joh. 20,23 **32** sq. Tob. 4,11 **34** ssq. Dan. 4,24 **39** sq. Matth. 6,14 18,22 **42** ssq. Jac. 5,20

Quinto huc pertinet abundantia sincerae charitatis, ob quam de Magdalena dicitur: „Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum." - „Charitas enim operit multitudinem peccatorum."

[147v] Sexto ad idem valet ‚contriti cordis sacrificium,' quod nunquam despicit Deus. ‚Respicit enim in orationem humilium et non spernit preces eorum,' sicut scriptum est de Ninivitis: „Vidit Deus opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala et misertus est Deus super maliciam, quam locutus fuerat, ut faceret eis et non fecit."

His aliisque modis et officiis verae pietatis comparamus atque praestamus, quod Apostolus aequissime admonet: „Has habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei." Quod [148r] etiam clarius explicans AUGUSTINUS et scripturae testimoniis, confirmans dixit: Non sufficit mores in melius commutare et a factis malis recedere, nisi etiam de his, quae facta sunt, satisfiat Deo per poenitentiae dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis. Alioquin quisquis de peccatis letalibus in se aliqua dominari cognoverit, ut idem AUGUSTINUS est autor, nisi digne se emendaverit et si habuerit spacium, longo tempore poenitentiam egerit et largas eleemosynas erogaverit et a peccatis ipsis abstinuerit, illo transitorio [148v] „igne" de quo agit Apostolus, ‖ purgari non poterit, sed aeterna illum flamma sine ullo remedio cruciabit; non enim capitalia post hanc vitam, sed minuta peccata purgantur expianturque.

170 Quid vero de minutis peccatis *176* est sentiendum?

Id scilicet, quod eiusmodi leviora, uti vaga mens, verbum ociosum, risus immoderatus et consimilia, quae quotidiana seu venialia peccata dicuntur et sine quibus haec vita non ducitur („in multis enim offendimus omnes") et si letalia non sunt et in speciem minuta videntur, tamen haudquaquam sunt contemnenda. Siquidem Deum ipsum offendunt, con- [149r] tristant Spiritum sanctum, obfuscant conscientiam, charitatis fervorem imminuunt virtutumque profectum remorantur et ad graviora saepe vitia periculaque pertrahunt. Unde scriptum est: „Qui spernit modica, paulatim decidet." Ac rursum: „Qui amat periculum, peribit in illo." Cavendae sunt igitur, quantum licet, hae labes et sordes animae, quoniam ut legimus: „Non intrabit" in coelestem Hierusalem „aliquod coinquinatum." Ac nisi in hac vita illae diluantur, etiam post mortem hominem gravant nec sine poenis quidem acerbis purgatorii ignis ex- ‖ piantur. Qui quidem [149v] ignis etsi perpetuus non sit, tamen si AUGUSTINO credimus, gravior est, quam quicquid homo in hac vita potest perpeti.

171 Quibus autem remediis peccata *177* leviora purgantur?

Ut eiuscemodi animae sordes in hac vita diluantur, ecclesia vetus remedia isthaec agnovit et in usu habuit: humilem sui accusationem, dominicam precationem, pectoris tunsionem et alias id genus pias in Deum ac etiam erga proximum exercitationes corporisque afflictiones sponte ac religiose ‖ su- [150r] sceptas. Quae quidem remedia tanto lubentius ac studiosius amplectuntur sapientes, quo rectius norunt et diligentius expendunt, quod metuendus ille iudex affirmat: „Dico vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii." Ut hinc Iob, vir alioquin iustus et innocens, dixerit: „Verebar omnia opera mea sciens, quia non parceres delinquenti."

A **15** praestamus] in Christo Jesu *add. A* 2.3 *BCDEF* **20** clarius] haud obscure *A* 2.3 *BCDEF* **40** vaga mens] mentis evagatio *A* 2.3 *BCDEF*
B **13** in illo] ab illo *C*<(1·x) **16** aliquid *D* 4.5 **18** nec] ne *E* 3-6 **19** expientur *E* 6 **33** tanto] eo *E* 6

A **3** sq. Luc. 7,47 **4** sq. 1 Petr. 4,8 Prov. 10,12 **6** Ps. 50,19 **7** ssq. Ps. 101,18 **10** ssq. Jon. 3,10 CHRYSOST. in 2 Cor. 4=7 *PG 61*, 453 D **16** ssq. 2 Cor. 7,1 **20** ssq. AUGUST. li. de poenitent. medicina *c.* 5 *PL 39*, 1549 A *ser.* 351 GR. *c.* 63 *D. 1 de poenit.* Ench. c. 70 *PL 40*, 265 C — CYPR. de laps. *c.* 35 *sq. PL 4*, 492 B-94 B (507 B-10 A) *CV 3/1*, 262 *ssq.* **28** *Ps.* AUGUST. ser. 41 de sanctis *PL 39*, 1946 C *app. ser.* 104 *n.* 2 — CHRYSOST. de poenit. *PG 49*, 277-347 *passim* **33** 1 Cor. 3,12-15 **34** sq. ORIGENES in Lev. *PG 12*, 417 C-19 C *ho.* 2 *n.* 4: *CB 29*, 295-97 **38** AUGUST. in Ps. 129 *PL 37*, 1699 D *n.* 5 tr. 12 in Joh. *PL 35*, 1492 A
B **3** Jac. 3,2 *Ps.* HIERON. ep. ad Celant. *PL 22*, 1207 A *sq. ep.* 148 *n.* 5 *sq.* — CHRYSOST. in Gal. 1 *PG 61*, 622 D *ssq.* **11** sq. Prov. = *Eccli.* 19,1 **12** sq. Eccli. 3,27 **15** sq. Apoc. 21,27 **16** sq. *Ps.* AUGUST. ser. 41 de sanctis *PL 39*, 1946 B-49 C *app. ser.* 104 GR. *c.* 76 D. 1 de poenit. **20** AUGUST. in Ps. 37 *PL 36*, 397 B *sq.* — *Ps.* AUGUST. li. de vera et falsa poenit. *c.* 18 *PL 40*, 1128 C *sq.* **24** AUGUST. ep. 108 *PL 33*, 1089 A *sq. ep.* 265 *n.* 8: *CV 57*, 646 Ench. *c.* 71,72 *PL 40*, 265 D *sq.* 266 B In Joh. tr. 12 *PL 35*, 1492 A **36** ssq. Matth. 12,36 **40** sq. Job 9,28

Et Apostolus Paulus: „Horrendum est incidere in manus Dei viventis." - „Quod si nos ipsos diiudicaremus" ut idem admonet „non utique iudicaremur." - „Beatus igitur homo, qui semper est pavidus."

[150v] *172* **Anne satis est a peccatis abstinere?** *178*

Iustitia quidem christiana, de qua hucusque diximus, duas partes proponit et velut aeque necessarias nobis commendat hisce verbis: „Declina a malo et fac bonum," sicut et Paulus docet „odientes malum et adhaerentes bono." Non sufficit igitur, quod Augustinus perspicue dixit, abstinere a malo, nisi fiat, quod bonum est et parum est nemini nocere, nisi studeas multis prodesse. Quapropter absoluta utcunque iustitiae priore parte, quae mala prohibet, consequens est, ut de altera porro, quae in bonis consectandis est posita, dicere pergamus. [151r]

A **1** sq. Et Apostolus — viventis] Et sanctus propheta delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me *A* 2.3] Et alibi scriptum est: In cogitationibus impii interrogatio erit *BCDF* **3** idem] Apostolus A 2.3 *BCDEF*

A **1** sq. Hebr. 10,31 **2** ssq. 1 Cor. 11,31 **4** sq. Prov. 28,14 **6** *Ps.* Hieron. ep. ad Celant. *PL* 22,1207 C - 1208 A *ep.* 148 *n.* 7

B **1** Ps. 33,15 **2** sq. Rom. 12,9 **3** August. in sent. Prosp. *c.* 86 *PL* 51,439 B

DE TRIPLICI GENERE BONORUM OPERUM.

173 **Iustitia christiana circa quae bona versatur?** *179*

Haec iustitia tam late patet, ut omnia bona, quae honeste, praeclare ac pie fiunt, in se contineat nobisque expetenda et consectanda proponat. Unde fideles Apostolus commonefacit: „Ambuletis digne Deo per omnia placentes, in omni || opere bono fructificantes" - [151v] „providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus." Hic enim nostrae vocationis et christianae iustitiae per Christum partae verus est usus ac fructus proprius, eodem Apostolo teste, videlicet: „Ut abnegantes impietatem et saecularia desideria sobrie et iuste et pie vivamus in hoc saeculo." In eundem sensum nobis proponitur evangelicum illud: „Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi in sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris." Nam idcirco redemit nos Christus ab omni iniquitate „ut mundaret sibi populum accep- || [152r] tabilem, sectatorem bonorum operum." - „Ipsius enim Dei sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparavit Deus, ut in illis ambulemus." Ita constanter Paulus scribit omnesque admonet de observanda et colenda semper iustitia christiana. Quid multis? „Filioli" inquit Ioannes „nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut et ille iustus est; qui facit peccatum, ex diabolo est." Et Iacobus: „Ex operibus iustificatur homo et non ex fide tantum." - „Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est."

174 **Quem fructum pariunt opera iustitiae christianae?** *180* [152v]

Praeclarum sane atque multiplicem cum in hac tum in futura vita. Primum quidem haec opera ex viva fide profecta non modo signa sunt christianae vocationis, sed eandem nobis quoque confirmant et certos de illa nos faciunt. Quamobrem Petrus apostolus, qui ad opera bona nusquam non cohortatur, hoc etiam adiecit: „Fratres magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis. Haec enim facientes non peccabitis aliquando."

Secundo gratiam credentibus augent atque sanctificationem perficiunt, Apostolo teste, ut hinc || etiam Iacobus affirmet, quod ‚fides [153r] quae operibus cooperatur, ex iisdem quoque consummetur.'

Tertio fiduciam bonae conscientiae pariunt magisque ad orandum et quidlibet a Deo impetrandum animant. Scriptum est enim: „Fi-

A **5** praeclare] iuste *E* **7** Unde] ita *add. E* **11** hominibus *om. E* 3-5.8

B **13** fide] seu per charitatem operante *add. A* 2.3 *BCDF*] id est per charitatem operante *add. E* **15** et certos — faciunt] certamque faciunt *E* **24** affirmat *C* < 1 *D* **28** quaelibet *E* 6

A **8** sq. Col. 1,10 **10** sq. Rom. 12,17 **15** ssq. Tit. 2,12 **18** ssq. Luc. 1,74 sq. **22** ssq. Tit. 2,14 **24** ssq. Eph. 2,10 **29** sq. 1 Joh. 3,7 sq.

B **5** ssq. Jac. 2,24.26 **11** 1 Tim. 4,8 **18** ssq. 2 Petr. 1,10 **22** 2 Cor. 7,1 **24** ssq. Jac. 2,22 **29** ssq. Tob. 4,12

ducia magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam." Et rursus: „Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum et quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus et ea, quae sunt placita, coram eo facimus." Exemplum extat in Ezechia rege, qui bona conscientia fretus ac [153v] Dei voce in hoc ipso comprobatus dixit: „Obsecro Domine, memento quaeso, quomodo ambulaverim coram te in veritate et in corde perfecto et, quod bonum est in oculis tuis, fecerim."

Demum id efficiunt, ut laborantes in vinea Christi denarium diurnum accipiamus, hoc est, ut promissam aeternae vitae mercedem ‚iustitiaeque coronam,' dum in ecclesia Dei mandata servamus, in Christo consequamur. Ait igitur Dominus: „Voca operarios et redde illis mercedem." Ait David: „Servus tuus custodit ea" divina scilicet praecepta „in custodiendis illis retributio multa." Ait et Pau- [154r] lus: „Bonum ‖ certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex non solum autem mihi, sed et iis, qui diligunt adventum eius." Ait denique et ipse Christus: „Si vis ad vitam ingredi serva mandata." - „Qui facit voluntatem Patris mei, qui in coelis est, ipse intrabit in regnum coelorum." Ex quibus fit perspicuum, quanti omnium nostra referat divinam observare vocem in Apocalypsi: „Qui iustus est, iustificetur adhuc et sanctus sanctificetur adhuc. Ecce venio cito et merces [154v] mea mecum est reddere ‖ unicuique secundum opera sua." - „Bonum igitur facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes."

175 Quot sunt genera bonorum operum, in quibus iustitia christiana cernitur et exercetur? *181*

Eiusmodi sunt triplicia videlicet: oratio, ieiunium et eleemosyna sicuti ex literis sacris accipimus. Nam reliqua benefacta, quae ex fide viva proficiscuntur et iustitiam christianam commendant, augent atque consummant, ad hosce tres fontes facile referuntur. Hinc illa praeclara vox angeli Rapha- ‖ elis: „Bona [155r] est oratio cum ieiunio et eleemosyna magis quam thesauros auri recondere." Augustinus vero dilucide dixit: Haec iustitia hominis in hac vita: ieiunium, eleemosyna, oratio. De quibus nos etiam evangelium expresse docet additque promissiones de parata coelesti mercede his, qui in ecclesia sincere, citra hypocrisin et ex fide ieiunant, orant ac eleemosynam tribuunt. Hinc fidelis illa sponsio toties repetita: „Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi." Et haec ipsa sunt, in quibus Christus, ut bene beateque vivamus, ‚abundare' vult nostram iustitiam et ita ‚lucere coram ho- ‖ minibus, ut videant opera nostra bona et [155v] glorificent Patrem.' Propter haec praestita iusti in regnum adsciscentur aeternum, ob eadem vero neglecta iniusti in gehennam ignis praecipitabuntur.

176 Quid est ieiunium? *182*

Non simplex huius nominis est acceptio. Magnum et generale ieiunium Augustinus vocat abstinere ab iniquitatibus et illicitis voluptatibus seculi. Deinde philosophicum, ut quidam vocant, ieiunium est parsimonia illa cibi ac potus moralisque sobrietas, qua temperate vivitur etiam ab ethnicis ‖ secundum [156r] rectam rationem. Tertio ecclesiasticum est ieiunium, utpote cum iuxta certum ecclesiae morem atque praescriptum certis diebus et carnium esum nobis subtrahimus et unica duntaxat refectione contenti sumus. Cuiuscemodi ieiunium pie et christiane suscipitur ad carnem edomandam spirituique subiiciendam, ad fructus poenitentiae dignos praestandos, ad obedientiam exercendam ac demum ad qualemcunque Dei gratiam consequendam.

A **16** ut *om. E* **17** dum] quam *E* **18** servantes *E* consequamur] promeremur *E* promereamur *A* 2.3 *BCDF* **25** quam] quas *B* 1-4 *C* ‹ *xF* 1.2 **32** divinam] hanc *add. E* **33** in Apocalypsi *om. E*
B **1** literis *om. F* 3 **2** reliqua] fere *add. A* 2.3 *BCDEF* **21** haec] e charitate *add. A* 2.3 *BCDEF* **36** praescriptum] praeceptum *F* **43** qualemcunque] quamlibet *E*

A **3** ssq. 1 Joh. 3, 21 sq. **10** Is. 38, 3 **14** Matth. 20, 1-10 et Greg. M. in ho. *Dial. li.* 4 *c.* 35 *PL 77*, 380 D **16** sq. 2 Tim. 4, 8 Matth. 19, 16 sq. **19** Matth. 20, 8 **20** ssq. Ps. 18, 12 **22** ssq. 2 Tim. 4, 7 sq. **28** Matth. 19, 17 **29** Matth. 7, 21 Luc. 6, 46 **33** ssq. Apoc. 21 = 22, 11 *sq.* Matth. 16, 27 **37** Gal. 6, 9 **43** Chrysol. *ser.* 43 *PL 52*, 320 B-22 B
B **1** ssq. Matth. 5, 3 ssq. Jac. 2, 17 1 Petr. 4, 7 ssq. **6** Tob. 12, 8 **8** Aug. in Ps. 42 *PL 36*, 482 C **11** ssq. Matth. 6, 1-6. 16-18 **16** Ibid. 6, 18 **18** Matth. 5, 20 **19** ssq. Ibid. 5, 16 **22** Matth. 13, 43 25, 46 Joh. 5, 28 sq. 2 Cor. 5, 1. 10 **28** Aug. tr. 17 in Joh. *PL 35*, 1529 B *sq.* et Gr. c. 25 et 23 D. 5 de cons. **34** Synod. Mogunt. c. 35 *MG LL s. III t. 2/1*, 269 Gr. c. 2 D. 76 — Bracc. II. *(al. III.)* can. 9 Msi *9*, 840 D *ssq. PL 130*, 575 Hi 426 — Gr. c. 16-30 D. 5 de cons. **39** Ambros. ap. Gr. *c.* 6 = 8 *D. 35*

177 **Quid vero his respondendum** *183*
est, qui legem ecclesiastici ieiunii convellunt atque contemnunt?

[156v] Primum admonendi sunt isti, ne falso catholicis affingant, quod Apostolus detestatur et ecclesia semper damnavit in Iudaeis, Manichaeis et Priscillianistis, quod videlicet aut secundum legem Mosaicam aut ex superstitione a cibis quibusdam abstineant. Catholici enim, sicut Augustinus Fausto Manichaeo respondet, quod a carnibus abstinent, edomandi corporis causa id faciunt propter animam ab irrationalibus motibus amplius humiliandam, non quod carnes esse immundas credant. Nec solum a carnibus verum a quibusdam etiam ter-
[157r] rae fructibus abstinent vel ‖ semper, sicut pauci, vel certis diebus atque temporibus, sicuti per Quadragesimam ferme omnes. Sic Augustinus atque ante illum id ipsum etiam Epiphanius docet, ubi confutat aërianam haeresim, quae stata ecclesiae ieiunia cuique libera esse vult atque ad ea neminem obligari. Quod vero magni momenti et certi meriti sit eiusmodi ieiunia reverenter amplecti seduloque observare, tam aperte probat Hieronymus contra Iovinianum, ut a nullo iure possit addubitari. Nec temere Paulus asseverat: „Bonum est non manducare carnem et non bibere vinum." Quibus addenda sunt, quae supra do-
[157v] cuimus de praeceptis ‖ ecclesiae observandis, idque „non solum ad scandalum evitandum et ad disciplinam publicam retinendam propterque iram, sed etiam propter conscientiam," ut Apostolus dixit. Constat autem, sicut omnium aetatum scriptores comprobant ecclesiae disciplinam, consuetudinem, traditionem, sanctionem hanc et esse constantem et inde ab initio fuisse, ut diebus quibusdam, praesertim Quadragesimae, ieiunium hoc ecclesiasticum observaretur. Ita docent Canones apostolorum et sacrosanctae synodi Gangrensis quidem anathemate eos ferit, qui communia totius ecclesiae ieiunia contemnunt: Toletana vero ‖ communione eos privari iubet, [158r]
qui sine inevitabili necessitate et evidenti languore carnibus in Quadragesima vescuntur. Proinde non ecclesiae modo matri, sed etiam Christo in ecclesia sponsa loquenti atque „praecipienti' resistunt „sibique certam damnationem acquirent," qui sanctum et salutiferum et ab ecclesia nobis usque commendatum ieiuniorum institutum abrogant repudiantve.

178 **Quid de ieiunio sacra** *184*
scriptura tradit?

Divina vox est, quae per Ioëlem ad peccatores clamat: „Converti- ‖ mini ad me in toto [158v]
corde vestro, in ieiunio et fletu et planctu." Nec multo post: „Canite tuba in Syon" inquit „sanctificate ieiunium, vocate coetum, congregate populum." Vel sicut alii legunt: „Sanctificate ieiunium, praedicate curationem." Ut hinc discamus ieiunium sanctificari caeteris bonis operibus et sanctificatum curationi proficere peccatorum, ut Hieronymus interpretatur. Nam ut idem e sacris literis colligit, per ieiunia Daniel, vir desideriorum, futura cognovit et Ninivitae iram placaverunt

---

A **1** vero] de *add. E* **4** ne] non *F* 1.2 **10** fausto Manichaeo *E* 5 **26** a nullo] nullo *A* 2.3 **27** Nec — asseverat] Nec forte hinc alienum est, quod Paulus asseverat *E* **29** super *F* 1.2 **32** propterque] neque modo propter *E* **34** autem] etiam *CxD*

B **24** et fletu] fletu *E* 3-6.8 **29** hinc] hic *E* 2.7

A **5** 1 Tim. 4, 1-5 Col. 2, 16 sq. 20-23 Conc. Gangr. c. 2 Msi 2, 1106 B *PL 130*, 270 C Hi 265 Tur *II/2*, 184 *sq.* — Tolet. I. *can.* 21 Msi *3*, 1004 B *assertio fid. PL 130*, 438 C Hi 352 — Bracc. I. *(al. II.) can.* 14 *et* 32 Msi *9*, 775 E 778 E *PL 130*, 567 D 570 D Hi 422 *sq.* **10** Aug. c. Faust. Manich. li. 30 *c.* 5 *PL 42*, 493 D *ssq.*: *CV 25/I*, 752-54 — Theodoret. in epit. div. decr. *PG 83*, 553 A *ssq. li.* 5 *c.* 29 **19** Epiph. *in exp. fid.* = *adv. haer. li.* 3 *t.* 2 *PG 42*, 825 B-28 C *n.* 22 **24** Ambr. li. de Helia et ieiun. *PL 14*, 698 A *ssq.* (733 A *sq.*) *c.* 2 *n.* 2 *sq.* 690 A *sq.* (733 C) *c.* 3 *n.* 4 701 A *sq.* (735 C) *c.* 4 *n.* 9 704 B (739 A) *c.* 7 *n.* 21 704 C (739 B) *c.* 8 *n.* 22 707 C (742 B) *c.* 9 *n.* 31 708 B *sq.* (742 D-45 D) *c.* 10 *n.* 33 *sq.* 710 D *sq.* (745 C) *c.* 11 *n.* 38: *CV 32/II*, 412-14 417 *sq.* 423 428-31 434 — *Ps.* Cyprian. de ieiun. et tentat. *Ed. Colon.* 1544 *pg.* 272 *n.* 2 **25** Hier. c. Jov. li. 2 *PL 23*, 291 A *sq.* 305 C-12 C (305 A 319 B-26 C) *n.* 6, 15-17 **27** ssq. Rom. 14, 21 **30** Aug. ep. ad Jan. *PL 33*, 200 B-201 A *ep.* 54 *c.* 1 *et* 2 *n.* 1-3: *CV 34/II*, 159-161 *cfr.* Gr. c. 11 D. 12 **31** ssq. Rom. 13, 5

B **1** *Ps.* Ignat. ad Philipp. *PG 5*, 937 A *app.* Fu *II*, 121 *c.* 13 — Theophil. Al. *PL 22*, 817 C-21 B *ep.* 100 — Max. Taur. in ser. de Quadrag. *PL 57*, 327 A *ssq. ho.* 44 — Hieron. *in ep. ad Gal. c.* 4 *PL 26*, 378 A-C (404 B-405 A) *v.* 10 *sq.* — Theodoret. haeret. fab. compend. *li.* 5 *c.* 29 *PG 83*, 553 A-56 A — Gr. *c.* 16 D. 5 de cons. **6** Can. Ps. Apost. 68 Msi *1*, 43 B Fu *I*, 584 *sq.* can. 69 **7** Synod. Gangr. c. 19 Msi 2, 1103 C *PL 130*, 272 A Hi 266 Tur *II/2*, 208 *sq.* Mogunt. can. 35 *MG LL s. III t. 2/I*, 269 **9** Tolet. VIII. can. 8 = 9 Msi *10*, 1218 E *ssq. PL 130*, 513 A *sq.* Hi 390 **14** Luc. 10, 16 **15** Act. 15, 41 **15** sq. Rom. 13, 2 Hier. *ep.* 22 *ad Eustoch. PL 22*, 404 C *n.* 17 *cfr.* Gr. *c.* 19 *D.* 5 *de cons.* **23** sq. Joel 2, 12 **25** ssq. Ibid. 2, 15 sq. Hieron. in Joel. *PL 25*, 968 A-69 C Gr. *c.* 6 *C.* 33 *q.* 4 et li. 2 in Jovin. *PL 23*, 291 A *sq.* 305 C-12 C (305 A 319 B-26 C) *n.* 6, 15-17 **33** Dan. 9, 3 sq. 21-24 **34** Jon. 3, 3-10

Dei et Elias ac Moses quadraginta dierum
[159r] esurie Dei familiaritate saturati sunt ‖ et ipse
Dominus totidem diebus in solitudine ieiunavit, ut nobis solennes ieiuniorum dies relinqueret et acriora daemonia docuit ‚nonnisi oratione et ieiuniis' posse superari et Apostolus frequenter se ieiunare dicit et in psalmis poenitens loquitur: ‚Manducavi sicut cinerem panem meum et potum meum cum fletu miscebam.' Et: „Cum mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam." Demum quid eo manifestius, quam quod Christus affirmat fore, ut cum ipse sponsus discipulis suis maxime dilectus ablatus sit, tunc illos licet Spiritu sancto ple-
[159v] nos ieiunaturos esse? Igitur Paulus ‖ ad fideles clamat: „Exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate."-„Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum viciis et concupiscentiis."

179 Quid est oratio? *185*

Est pius nostrae mentis in Deum affectus, quo petuntur fideliter, quaecunque sunt nobis aut aliis salutaria. Modum orandi et formulam singularem Christus praescripsit Matthaei sexto, sicuti supra declaravimus. Nullum est
[160r] bonum opus, quod quidem a pluri- ‖ bus et saepius et diligentius magisque necessario in hac vita christiano sit exercendum. Vere dictum illud: „Oratio humiliantis se nubes penetrabit."

180 Cur in orando seduli et assidui *186* esse debemus?

Quoniam oratio proprium et necessarium est exercitium fidei habetque non modo serium praeceptum in divinis literis passim, sed etiam Dei promissionem frequentem plenamque consolationis atque suavitatis. „Dico vobis" inquit ipsa veritas Christus „omnia, quaecunque orantes petitis, credite, ‖ quia accipietis [160v]
et evenient vobis." Et rursum: „Ego dico vobis, petite et dabitur vobis, quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit et qui quaerit, invenit et pulsanti aperietur." Atque iterum: „Si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester, qui in coelis est, dabit bona petentibus se?" Talibus quidem dictis ut recte colligit Chrysostomus ac tali spe provocavit nos ad orandum universorum Dominus. Nos vero decet obtemperantes Deo semper omnem vitam in laudibus Dei precibusque transigere maiore ‖ stu- [161r]
dio curam agentes divini cultus, quam vitae nostrae. Sic enim contigerit semper vivere vitam homine dignam. Haec ille.

181 Quibus exemplis vim orationis *187* et fructum colligemus?

Iacobus apostolus, ut orationis virtutem explicaret exemplo, ita scripsit: „Elias homo erat similis nobis, passibilis et oratione oravit, ut non plueret super terram et non pluit annos tres et menses sex. Et rursum oravit et coelum dedit pluviam et terra dedit fructum suum." Pluribus exemplis Augustinus
rem eandem ‖ comprobat: Orante Mose et [161v]
Samuele vincuntur a Iudaeis hostes Amalechitae atque Philistaei. Orans Ieremias confortatur in carcere. Orans Daniel inter leones exultat. Orantes tres pueri in fornace tripudiant. Orans de cruce latro invenit paradisum. Susanna per orationem inter senes falso accusantes defenditur. Stephanus orans in coelum suscipitur et inter lapidantes pro Saulo exauditur. Quibus exemplis non modo fructus orationis ostenditur, sed etiam precandi studium ac sedulitas nobis commendatur. Quare scriptura quoque apostolica cohortatur: „Sine

A **7** ieiunasse *A* 2.3 *BCDF* **8** manducabam *E* **13** affirmet *E* **16** Igitur] Itaque *E* 1-4.7 **31** dictum] est *add. F* 3.4 **32** penetrabit] Item: oportet semper orare *add. E*
B **12** sq. universorum — Nos *om. D* 5 **21** colligimus *F* **33** tres *om. E* 2.7 **35** inter *om. E* 3-5 inter — accusantes] a senibus falso accusantibus *E* 6 **39** sq. sed etiam — commendatur *om. F*

A **1** 3 Reg. 19, 5-8 Ex. 24, 15-18 Deut. 9, 8-11. 15-19 **3** Matth. 4, 2 Luc. 4, 2 **5** Matth. 17, 18-20 **6** sq. 2 Cor. 6, 4-6 11, 27 **8** ssq. Ps. 101, 10 **10** ssq. Ps. 34, 13 **13** ssq. Matth. 9, 15 Luc. 5, 34 sq. **15** sq. Act. 13, 1-4 **17** ssq. 2 Cor. 6, 4-6 **19** ssq. Gal. 5, 24 **23** August. *de ser. Dom. in monte li.* 2 *c.* 7 *PL 34*, 1275 B *sq. n.* 13 14 Joh. Damascen. *orthod. fidei li.* 3 *c.* 24 *PG 94*, 1089 D **32** Eccli. 35, 21 **35** August. ep. 121 *PL 33*, 500 A-504 A 505 A *ssq. ep.* 130 *c.* 8-12, 14 *n.* 15-19, 21-23, 26: *CV 44*, 56-67 69 *sq.* — Chrysost. de orando Deum *li.* 1 *et* 2 *PG 50*, 775 A-80 B 779 B-86 B **41** ssq. Marc. 11, 24
B **3** ssq. Luc. 11, 9 sq. Matth. 7, 7 sq. **7** ssq. *Ibid.* 7, 11 **11** Chrysost. de orando Deum li. 1 *PG 50*, 775 A-80 B **23** ssq. Jac. 5, 17 sq. 3 Reg. 17, 1. 22 **29** Ex. 17, 8 **30** 1 Reg. 7, 5-13 **31** Jer. 32, 2. 3. 16 ssq. 26-28 ssq. 36 **32** Dan. 6, 10 ssq. 21-23 **33** Dan. 3, 23-26. 49 ssq. **34** Luc. 23, 42 sq. **35** Dan. 13, 41 ssq. **36** Act. 7, 55. 58 sq. Hieron. c. Vigilant. *PL 23*, 344 B *sq.* (359 C *sq.*) n. 6 **41** sq. 1 Thess. 5, 17 sq.

[162r] intermissione orate, in omnibus ‖ gratias agite." Et rursus: „Orate pro invicem, ut salvemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua." Item: „Haec est fiducia, quam habemus ad Deum, quia quodcunque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos." Praeterea: „Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat et dabitur ei vita."

182 Quid est eleemosyna? *188*

Est beneficium seu munus, quo alterius miseriae ex nostro commiserationis affectu subvenitur. Quo spectat id, quod apud Tobiam [162v] Raphael angelus testatur: ‖ „Bona est oratio cum ieiunio et eleemosyna," ut intelligamus, sicut CYPRIANUS admonet orationes nostras ac ieiunia minus posse, nisi eleemosynis adiuventur. Bona misericordia, inquit AMBROSIUS, quae et ipsa perfectos facit, quia imitatur perfectum Patrem. Nihil tam commendat christianam animam, quam misericordia. Sic ille. „Estote ergo misericordes, sicut et Pater vester misericors est" ait servator clementissimus „qui pertransiit bene faciendo et sanando omnes oppressos a diabolo."

183 Quo pacto scriptura nobis commendat eleemosynam? *189*

[163r] Multis quidem et apertis praeceptis, promissionibus et exemplis. CYPRIANUS docet in evangelio nihil praecipi frequentius, quam ut insistamus eleemosynis dandis nec terrenis possessionibus incumbamus, sed coelestes thesauros potius recondamus. Hinc illae Christi sententiae: „Quod superest, date eleemosynam et ecce omnia munda sunt vobis." „Vendite, quae possidetis et date eleemosynam; facite vobis sacculos, qui non veteranscunt, thesaurum non deficientem in coelis." Atque alibi: „Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna ‖ tabernacula." Breviter: „Date [163v] et dabitur vobis." Proinde Daniel propheta impio regi consulit: „Peccata tua eleemosynis redime et iniquitates tuas misericordiis pauperum." Tum alibi legitur: „Ignem ardentem extinguit aqua et eleemosyna resistit peccatis." Neque hominis vero, sed angeli vox ea fuit: „Eleemosyna a morte liberat et ipsa est, quae purgat peccata et facit invenire misericordiam et vitam aeternam." Quin et Christus ipse pronunciat: „Quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae, tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet ‖ mercedem suam."— [164r] „Beati" igitur „misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur." E contrario autem, ut Iacobus affirmat: „Iudicium sine misericordia illi, qui non facit misericordiam."

184 Quibus exemplis eleemosynae virtus et fructus declaratur? *190*

In sacris quidem literis Abraham et Loth ita commendantur, ut propter hospitalitatem et Deo placuisse et angelos hospitio excepisse dicantur. Tobiae et centurionis eleemosynae tantum valuerunt, ut in memoriam ascenderint in conspectu Dei et non solum ‖ te- [164v] stes, sed etiam collaudatores habuerint sanctos angelos. Zachaeus Christi verbis permotus et ex principe publicanorum speculum misericordiae factus, dimidium bonorum dat pauperibus. Tabitha, quae et Dorcas vocatur, ut plena operibus bonis et eleemosynis, quas viduis praesertim faciebat, a Luca celebratur.

A **23** salvator *E* *B* **22** fecit *D* 4.5

A **2** sq. Jac. 5,16 **4** ssq. 1 Joh. 5,14 **6** ssq. 1 Joh. 3=5,16 **14** sq. Tob. 12,8 **16** CYPRIAN. ser. 1 de op. et eleemos. *PL 4*, 606B (629A *sq.*) *c.* 5: *CV 3/I*, 377 **18** AMBROS. li. 1 Offic. *c.* 11 *PL 16*, 34C *sq.* (38B *sq.*) *n.* 38 *sq.* **22** sq. Luc. 6,36 **24** sq. Act. 10,38 **30** CYPRIAN. ser. 1 de op. et eleemos. *PL 4*, 603A-10B 611A 615B-16A 617A 619C *sq.* 621A-22A (625B-33B 639A *sq.* 634B-40B 643C 644C-46A) *c.* 1-13, 17, 18, 19, 23, 25, 26: *CV 3/I*, 373-83 387 *sq.* 392 393 *sq.* **35** sq. Luc. 11,41 **37** ssq. Luc. 12,33

B **3** ssq. Luc. 16,9 **5** sq. *Luc. 6*,38 **7** ssq. Dan. 4,24 **9** ssq. Eccli. 3,33 **12** ssq. Tob. 12,9 **15** ssq. Matth. 10,42 **19** sq. Matth. 5,7 **21** sq. Jac. 2,13 **25** Gen. 18,1-6 19,1 ssq. **26** Hebr. 13,1 sq. **28** Tob. 12,12 Act. 10,1 ssq. **32** Luc. 19,2-9 **35** Act. 9,36-41

DE OPERIBUS MISERICORDIAE.

185 Quid est misericordia? *191*

Est, sicut AUGUSTINUS affirmat, animi con- [165r] dolentis affectus ‖ cum additamento beneficii, ut compatiamur proximo et largiamur de proprio. Quod misericordiae nomen pro eleemosyna dici et accipi persaepe solet. „Omnis misericordia" teste divina scriptura „faciet locum unicuique secundum meritum operum

A **3** AUG. *de civit. Dei li.* 9 *c.* 5 *PL 41*, 261A: *CV 40/I*, 415 *B* **3** sq. Eccli. 16,15

suorum." Unde et CHRYSOSTOMUS: Misericordia est salutis praesidium, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum. Haec est, quae iustos probat, sanctos roborat, Dei cultores ostentat. Quin etiam, si AMBROSIO credimus: Omnis summa disciplinae christianae in misericordia et pietate est.

186 Suntne unius generis misericordiae opera? *192*

[165v] Duplicis ea generis esse inveniuntur, cum alia sint corporalia, alia spiritualia. Corporalia quidem dicta, quoniam ad corporalem miseriam proximi sublevandam exercentur; spiritualia vero, quod in his saluti proximi non corporali, sed spirituali operam damus. Huius multiplicis misericordiae clarum praebet exemplum Iob benignissimus, qui de seipso testatur: „Ab infantia mea crevit mecum miseratio et de utero matris meae egressa est mecum." - „Oculus fui caeco et pes claudo; pater eram pauperum et causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui et de dentibus illius au-
[166r] ferebam ‖ praedam." Item: „Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit."

187 Quot sunt opera misericordiae tum corporalia tum spiritualia? *193*

Septem in utroque genere numerantur. Ac primum quidem corporalia in hunc modum: esurientes pascere, potum dare sitientibus, operire nudos, captivos redimere, aegrotos invisere, hospitio peregrinos suscipere, mortuos sepelire. Deinde vero spiritualia hoc modo digeruntur: peccantes corrigere, ignorantes docere, dubitantibus recte consulere, pro sa-
[166v] lute ‖ proximi Deum orare, consolari moestos, ferre patienter iniurias, offensam remittere. Quae humanae pietatis officia, praesertim hominibus christianis, tam aperta sunt, ut longa tractatione neutiquam egeant.

188 Quomodo isthaec scripturis ostenduntur? *194*

Pulchre quidem ac passim, sicut imprimis illa Esaiae verba aut potius Dei praecepta commonstrant: „Frange" inquit „esurienti panem tuum et egenos vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum et carnem tuam ‖ ne despexeris." Quorum offi- [167r]
ciorum ingens quoque fructus ibidem additur: „Tunc anteibit faciem tuam iustitia tua et gloria Domini colliget te." Et Ioannes, qui in charitate et misericordia fraterna nobis commendanda totus est, sic inter caetera docet: „Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum necesse habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?" Neque contentus hoc dicto praeclare concludit: „Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere et veritate. In hoc cognoscimus, quoniam ex veritate sumus." Haec sunt fide- ‖ lium vereque iustorum opera, [167v]
quae in extremo illo iudicio Christus agnoscet et approbabit, propter quae regnum promissum decernet iustitiaeque coronam reddet misericordibus, quos et ipse iustos praedicat. Ac satis hactenus de corporalibus praecipue operibus misericordiae.

189 De spiritualibus autem scriptura quid testatur? *195*

Apostolica sententia imprimis huc spectat: „Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum sustinere et non nobis placere. Unusquisque vestrum proxi- ‖ mo suo placeat [168r]
in bonum ad aedificationem. Etenim Christus non sibi placuit." Ac rursus illud: „Estote invicem benigni, misericordes, donantes invicem sicut et Deus in Christo donavit vobis." - „Estote ergo imitatores Dei sicut filii charissimi et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos." Tum postea: „Induite vos sicut electi Dei, sancti et dilecti Dei, viscera

---

A **16** non — spirituali] spirituali bene consulimus atque *A* 2.3 *BCDEF* **21** et *om. Cx* **24** de *om. B* 4-6 **26** meum] et *add. Cx* **31** corporalia — modum] corporalia haec sunt *E* **35** sq. Deinde — digeruntur] Spiritualia vero haec *E* **36** corripere *ACD* **42** neutiquam] nequaquam *B* 6

B **6** et *om. E* 3-6.8 **7** vidimus *F* 1.2

A **1** CHRYSOST. in Matth. *ho.* 52 (53) *PG 58,* 522 B-24 D *n.* 3-5 **5** AMBROSIASTER in 1 Tim. 4 *PL 17,* 774 A (500 C) *app.* **11** sq. AUGUST. de moribus eccl. cath. li. 1 *c.* 27.28 *PL 32,* 1332 D *sq.* 1333 C *ssq. n.* 55 *sq.* **19** sq. Job 31,18 **21** ssq. Job 29,15-17 et ibid. GREGOR. M. *Moral. li.* 19 *c.* 23-26 *PL 76,* 120 B-128 C **25** sq. *Job 31,* 32 **28** Vide GR. D. 45 et 86 *(passim)*

B **5** ssq. Is. 58,7 **10** sq. Is. 58,8 **14** ssq. 1 Joh. 3,17 **18** ssq. ibd. 3,18 sq. **22** Matth. 25,34-46 Luc. 14,12-14 GR. *c.* 1.2 *D. 42* **32** ssq. Rom. 15,1-3 **36** ssq. Eph. 4,32 **39** ssq. Eph. 5,1 sq. **41** ssq. Col. 3,12 sq.

misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem et donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam, sicut Dominus donavit
[168v] vobis, ita et vos." ‖ Iterum vero: „Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes." Haec aliaque id genus permulta passim inculcat Paulus, qui „ut omnes faceret salvos" sic „omnibus omnia factus" est omnique fraternae misericordiae officio emicuit, ut nobis insigne pietatis exemplum ubique praebeat.

190 **Quae summa est doctrinae omnis** *196*
de misericordiae operibus praestandis?

Apostolus rem omnem hoc quasi unico verbo complexus est: „Alter alterius onera portate et sic ad- ‖ implebitis legem Christi" puta le- [169r]
gem charitatis. De qua lege rursus idem: „Si quod est mandatum" inquit „in hoc verbo instauratur, diliges proximum tuum sicut teipsum." Breviter: „Unicuique mandavit Deus de proximo suo." Ita vero mandavit, veluti Christus interpretatur: „Omnia quaecunque vultis, ut faciant vobis homines, ita et vos facite illis. Haec est enim lex et prophetae."

A **3** vosmetipsis *E* 1.3-5.8 **8** sq. inculcat Paulus] Paulus commendat *A* 2.3 *BCDF*
B **10** mandavit] Deus *add. C*

A **5** ssq. 1 Thess. 5,14 **9** 1 Cor. 9,22 2 Cor. 11,23-29 Act. 20,18 ssq.
B **4** sq. Gal. 6,2 **6** ssq. Rom. 13,9 1 Tim. 1,5 **9** sq. Eccli. 17,12 **11** ssq. Matth. 7,12 Luc. 6,31

DE VIRTUTIBUS CARDINALIBUS.

191 **Quid sibi vult nomen et ratio** *197*
cardinalium virtutum?

[169v] Cardinales quaedam virtutes idcirco dicuntur, quod sint tanquam aliarum fontes et cardines, ut quemadmodum ostium in cardine, sic omnis honestae vitae ratio in illis versetur ac boni operis universa structura eisdem inniti quodammodo videatur. Eiusmodi vero quatuor numerantur: prudentia, iustitia, temperantia et fortitudo, de quibus ita scriptum extat: ‚Sobrietatem et sapientiam docet et iustitiam et virtutem, quibus utilius nihil est in vita hominibus.' Ubi per sobrietatem temperantia, per sapientiam prudentia, per virtutem fortitudo haud obscure designatur om-
[170r] nesque illae nobis ita ‖ commendantur, ut ab aeterna sapientia, qui Deus est, eas proprie conferri et ingenti cum fructu humanae salutis accipi atque exerceri certo intelligamus. Quae virtutes etiam officiales dictae sunt, quoniam ab iis, ut Ambrosius annotavit, nascuntur officiorum genera cunctaque communis vitae officia secundum suam cuiusque vocationem derivantur.

192 **Quomodo cardinales virtutes** *198*
definiuntur?

Prudentia est virtus, quae secundum honesti rationem, quid expetendum quidve fugiendum sit, homini praescribit. Iustitia est ‖ virtus, qua [170v]
cuique sua tribuuntur. Temperantia est virtus voluptatum carnis, quae gustu atque tactu percipiuntur, moderatrix. Fortitudo est virtus, qua labores mortisque pericula constanter et suscipiuntur et perferuntur.

Haec est nobilis quadriga virtutum, qua in coelum vehimur, haec flumina quatuor paradisi, ut Augustinus vocat, cuius et hoc dictum extat memorabile: Illa est, inquit, humanarum rerum scientia, quae novit lumen prudentiae, temperantiae decus, fortitudinis robur, iustitiae sanctitatem. Haec enim sunt, quae nullam fortunam metuentes, vere nostra dicere audemus.

193 **Quo pacto prudentia nobis** *199* [171r]
sacris literis commendatur?

Omnis prudentiae fons Christus, verus ille Salomon, ita docet: „Estote prudentes sicut

A **4** *Ps.* August. de spiritu et anima *c.* 20 *PL 40*, 794 C *sq.* — Ambros. li. 1 Offic. *c.* 24 *PL 16*, 57 B (62 A) *n.* 116 **12** ssq. Sap. 8,7 **14** ssq. August. retr. li. 1 *c.* 7 *PL 32*, 592 C *n.* 3: *CV 36*, 30 **18** Prov. 9,10 Eccli. 24,5 ssq. **22** Ambros. li. 1 Offic. *c.* 25 *PL 16*, 57 B (62 B) *n.* 116
B **1** sq. Definit easdem August. de libero arbitr. li. 1 *c.* 13 *PL 32*, 1235 C *n.* 27 — De his Ambros. disserit libro 3. Offic. *c.* 25-27 *PL 16*, 58 B-61 B (63 A-66 B) *n.* 118-129 **14** August. de Gen. li. 2 c. Manich. *c.* 10 *PL 34*, 203 C *n.* 13 *sq.* c. acad. li. 1 *c.* 7 *PL 32*, 915 D *n.* 20: *CV 63*, 18 **25** Luc. 11,31 Matth. 10,16 et ibidem Theophylact. *PG 123*, 237 D *sq.*

serpentes et simplices sicut columbae," ut intelligamus ad perfectam prudentiam utrunque coniunctim requiri, columbinam videlicet simplicitatem, quae innocentes mitesque facit et serpentinam prudentiam, quae homines cautos ac providos reddit, ut nec fallant neque fallantur. Id fiet, si Paulinae doctrinae nos accommodemus: „Videte fratres" inquit „quomodo caute ambuletis, non quasi insi-
[171v] pientes, ‖ sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quae sit voluntas Dei"-„bona" scilicet „et beneplacens et perfecta."

194 **De iustitia quid porro scriptura tradit?** *200*

„Melius est" inquit „parum cum iustitia quam multi fructus cum iniquitate." Et rursum: „Iustitia elevat gentem"-„Iustitia firmatur solium." Cuius quidem iustitiae officium nobis per Apostolum his verbis explicatur: „Reddite omnibus debita, cui tributum, tri-
[172r] butum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem, cui honorem, honorem." Huc spectant iusti et beati viri partes his verbis in psalmo decantatae: „Qui non egit dolum in lingua sua nec fecit proximo suo malum et opprobrium non accepit adversus proximos suos. Qui iurat proximo suo et non decipit, qui pecuniam suam non dedit ad usuram et munera super innocentem non accepit." Ex quo facile constat iustitiae nomen contractius hic accipi, quam ubi generatim de iustitia christiana disserimus.

[172v] *195* **Quomodo temperantiam scriptura docet?** *201*

Hoc ipso sane: „Sobrius esto" et: „Modico vino utere" quae verba sunt apostolica, sicut et illud: „Nolite inebriari vino, in quo est luxuria." Sic idem Paulus nos procul esse iubet a commessationibus et ebrietatibus, a cubilibus et impudicitiis, quae sunt opera tenebrarum. Addit praeterea: „Carnis curam ne feceritis in desideriis." Cui consonat Ecclesiasticus, ubi sic habet: „Noli avidus esse in omni epulatione et non te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit in-
firmitas et aviditas appro- ‖ pinquabit usque [173r]
ad choleram. Propter crapulam multi obierunt. Qui autem abstinens est, adiiciet vitam."

196 **De fortitudine quid habet scriptura?** *202*

Clamat invictissimus ille Paulus: „Fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles, abundantes in omni opere Domini semper, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino." Ac rursum: „Fratres, confortamini in Domino et in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli" et „resistere in die malo et in omnibus perfecti ‖ stare." Tum David ille [173v]
rex fortissimus, ut verae fortitudinis rationem uno verbo complecteretur, pronuntiat confidenter: ‚In Deo faciemus virtutem et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.' Atque alibi suos veluti commilitones ad spiritualem militiam excitans canit: „Viriliter agite et confortetur cor vestrum omnes, qui speratis in Domino."

Ea vero demum vita homine digna est, qua prudenter, iuste, temperate fortiterque vivitur; hinc aurea mediocritas constat, ut ne quid nimis et ne quid minus. Hoc est, quod scriptura loquitur: „Ne declines ad dexteram neque ad sinistram."

A **32** accipit *D* 2-5 **35** disseruimus *F* **38** ipso *om. E* *B* **3** et ebrietatibus] ebrietatibus *E* 6 **11** obierunt] abierunt *Cx*

A **8** ssq. Eph. 5,15-17 **13** Rom. 12,2 **18** sq. Prov. 16,8 **20** sq. Prov. 14,34 16,12 **23** ssq. Rom. 13,7 **27** ssq. Ps. 14,3-5 **38** 2 Tim. 4,5 **39** 1 Tim. 5,23
B **1** sq. Eph. 5,18 Rom. 13,13 **5** sq. Ibid. 13,14 **7** ssq. Eccli. 37,32-34 **17** ssq. 1 Cor. 15,58 **21** ssq. Eph. 6,10 sq. **24** sq. *Ibid. 6*,13 **28** sq. Ps. 107,14 **31** ssq. Ps. 30,25 **38** sq. Prov. 4,27

[174r] DE DONIS ET FRUCTIBUS SPIRITUS SANCTI.

197 **Quot sunt dona Spiritus sancti?** *203*

Eiusmodi septem apud Esaiam prophetam et ecclesiae patres inveniuntur: ‹Spiritus sapientiae, spiritus intellectus, consilii, fortitudinis, scientiae, pietatis ac demum spiritus timoris Domini.' Quae quidem dona vel qui spiritus in Christo Iesu domino nostro perfectius quam in ullo alio reperiuntur. Is enim ‹plenus est gratiae et veritatis" - ‹in illo habi- ‖ [174v] tat omnis plenitudo divinitatis corporaliter." - ‹De plenitudine eius nos omnes accepimus" qui et ‹de Spiritu sancto suo dedit nobis." - ‹Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius" si Apostolo credimus.

198 **Quot sunt fructus Spiritus?** *204*

Ab eodem apostolo Paulo duodecim numerantur. Primus est charitas, radix illa bonorum omnium, sine qua non possunt prodesse caetera bona et quae ipsa non potest haberi sine caeteris bonis, quibus homo efficitur bo- [175r] nus, ut inquit Augustinus. Alter fructus ‖ est gaudium, hoc praestans, ut homo spiritualis alacriter laeteque serviat Deo. Tertius pax, quae eo spectat, ut in huius mundi procellis animi servetur tranquillitas. Quartus patientia, quae in duris ferendis est sita. Quintus longanimitas, quae magnitudinem animi declarat in futuris bonis expectandis. Sextus bonitas, quae nulli nocet, sed bene vult omnibus. Septimus benignitas, invitans ad familiaritatem, dulcis alloquio, moribus temperata. Octavus mansuetudo, quae omnes irae motus sedat et mitigat. Nonus fides in proximum, ut fideles pactorumque ac promisso- [175v] rum observatores simus. Decimus modestia, quae omnem fastus et arrogantiae suspicionem excludit. Undecimus continentia, qua non solum ab escis, sed etiam ab omni nequitia abstinemus. Duodecimus castitas, quae mentem castam in corpore casto conservat.

199 **Quomodo doctrina de donis et fructibus Spiritus rite utemur?** *205*

Ita videlicet, si gratis animis, unde illa nobis proveniant, agnoscamus ac eorundem virtutem et usum in nobis sentiamus atque conservemus. Proveniunt certe ab omnis gratiae [176r] fonte Patre illo luminum, qui nobis suam bonitatem et charitatem immensam in his commendat, dum ‹per Christum in nos tam abunde Spiritum suum effundit.' ‹Charitas" enim ‹Dei" ut Apostolus testatur ‹diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis" secundum septiformem hanc gratiam scilicet Christo id nobis promerente. ‹Qui credit in me" inquit ‹sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae." Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, ut ipse explicat evangelista. Alioquin absque Christo, sicut Hieronymus dixit, nec sapiens [176v] quis esse potest nec intelligens nec consiliarius nec fortis nec eruditus nec pius nec plenus timoris Dei.

Virtus autem et usus horum donorum spiritualium eo spectat, ut virtutes theologicae simul et cardinales, quas diximus, suam in nobis vim et operationem legitimam expediant et expedite perficiant. Efficiunt quoque, ut homines prorsus lubentes et habiles ducem Spiritum sanctum ubique sequantur atque eodem agitati et confirmati ‹in via mandatorum Dei' indefesse procurrant. ‹Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, hi sunt ‖ filii Dei" [177r] Apostolo teste. De his donis prolixum esset

A **4** Eiusmodi] Ea *E* **10** nullo *E* 3-6. 8
B **11** sentiamus] exprimamus *add. E* **19** sq. secundum—scilicet] secundum hanc gratiam scilicet septiformem *A* 2. 3 *BCDEF* **20** id nobis] nobis ita *A* 2. 3 *BCDEF* **23** vivae] vitae *E* 1. 3-5. 8 **36** atque] utque *A* 2. 3 *BCDF* **37** agitati] incitati *E*

A **4** ssq. Is. 11, 2 sq. **5** Ibid. Hieron. *PL 24,* 144 D-46 D (148 B-49 C) ac Origenes *ho.* 3 *PG 13,* 227 C-30 D *CB 33,* 253-57 *et ho.* 6 *in Num. PG 12,* 608 A-10 C *n.* 2 *sq.: CB 30,* 32-35 — Ambros. de Spiritu s. *li.* 1 *c.* 20 *PL 16,* 740 A *ssq.* (770 B-71 B) c. 16 *n.* 156-59 — *Ps.* August. *ser.* 81 *PL 39,* 1904 A *app. n.* 4 *sq.* — August. *ser.* 17 *de sanctis PL 39,* 1524 C *ser.* 347 *c.* 2 — Gregor. M. *ho.* 19 *in Ez. PL 76,* 1016 C-17 C *ho.* 7 *n.* 7 *et Moral. li.* 1 *c.* 28 *PL 75,* 344 B *sq. c.* 27 *n.* 38 — *Ps.* Bernard. *in ser. de donis Spirit. s. PL 184,* 1113 D-15 D *n.* 1, 2 — Bernard. *de sept. donis Spir. s. septem vitia PL 183,* 574 D-77 A *ser.* 14 *de divers.: XB I/3,* 787-90 **11** ssq. Joh. 1, 14 Col. 2, 9 **13** Joh. 1, 16 **14** sq. 1 Joh. 4, 13 **15** sq. Rom. 8, 9 **19** Gal. 5, 22 sq. **20** ssq. 1 Cor. 13, 1-3 **24** August. in ep. 1 Joh. 5 *PL 35,* 2016 B tr. 5 *n.* 7 et in ev. Joh. tr. 87 *PL 35,* 1852 C *n.* 1
B **13** Jac. 1, 17 **15** sq. Tit. 3, 5-7 **16** ssq. Rom. 5, 5 **21** Joh. 7, 38 **26** Hieron. in Is. 11 *PL 24,* 144 D-46 D (148 B-149 C) *v.* 1 *sq.* **37** sq. Ps. 50, 15 118, 32 142, 8 **38** sq. Rom. 8, 14

nunc agere singillatim; inde porro suavissimi fructus Spiritus consequuntur, qui nos veluti frugiferas arbores in ecclesiae agro commendant atque ostendunt, secundum illud: „Omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor malos fructus facit."-„Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos." Qui fructus etiam illud commodi adferunt, ut homo christianus adversus carnis opera velut spirituali quadam armatura sit instructus et confirmatus. Nunquam enim fallet canon apostolicus, qui habet: „Spiritu ambulate et de-
[177v] sideria carnis non perficie- ‖ tis." Et alibi scriptum est: „Si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis."

200 **Quae sunt carnis opera?** *206*

Ea sunt, de quibus Apostolus ita disserit: „Manifesta sunt opera carnis, quae sunt: fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, invidiae, homicidia, ebrietates, commessationes et his similia, quae praedico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur." Et subiungit: „Qui autem Chri- ‖ sti sunt, carnem suam [178r] crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis." Breviter: „Qui in carne sunt," ut secundum carnis videlicet desideria ambulent „Deo placere non possunt."

A **3** Ps. 51,10 **5** sq. Matth. 7,17 **6** sq. *Ibid.* 7,20 **12** sq. Gal. 5,16 **14** sq. Rom. 8,13
B **3** ssq. Gal. 5,19-21 **11** sq. Ibid. 5,24 **13** ssq. Rom. 8,8 AUGUST. de verb. Apost. *PL 38*,846A ser. 155 *c.* 9

DE OCTO BEATITUDINIBUS.

201 **Quaenam sunt evangelicae legis beatitudines?** *207*

Illae sane sunt, quas et dominicas beatitudines et benedictiones AMBROSIUS vocat, quae apud Matthaeum evangelistam octonario numero recensentur in hunc modum:

[178v] I. „Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum.
II. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.
III. Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
IIII. Beati, qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.
V. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.
VI. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.
VII. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.
VIII. Beati, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum coelorum."

[179r] *202* **Quare haec de beatitudinibus doctrina est observanda?** *208*

Quoniam prima et maxima pars est legis evangelicae, quam Christus legifer noster in monte tradidit ore suo sacrosancto, ut nossent omnes, quid christiana iustitia ultra fidem complectatur et postulet, deinde scirent, quomodo iustis „corona iustitiae" ut Paulus vocat, vel „merces" aeterna non sine labore obveniat.

203 **Quid vero circa hanc de beatitudinibus doctrinam praecipue notandum est?** *209*

Primum quidem observari debet gradus inter [179v] eas distinctos esse, ut ex ipso tum ordine tum numero perspicitur. Deinde in quolibet gradu coniunctim duo proponi, quorum alterum ipse sit actus virtutis seu meritum et beatitudo huius vitae, ut nuncupant, alterum vero aeternae vitae praemium suo merito congruens, quam beatitudinem patriae licet appellare. Sicuti autem prior pars laborem et difficultatem offert credentibus, ita posterior, quae statim in singulis gradibus adiicitur, magnitudine propositi praemii consolationem admiscet lenitque labores, sudores et agones in christiana militia omnibus perferendos. ‖ „Non enim coronabitur, nisi qui le- [180r] gitime certaverit. Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem."

B **2** noscerent *D* 4.5 **17** beatitudo — nuncupant] beatitudo (ut nuncupant) huius vitae *E* **24** admiscet] affert *E*

A **5** AMBROS. in Luc. li. 5 *PL 15*,1649B ssq. (1734C ssq.) *n.* 49-51 **6** Matth. 5,3-10 **8** ssq. CHRYSOST. *in Matth.* 5 *PG 57*,223D-31A *ho.* 15 *n.* 1-6 — HIERON. *in Matth.* 5 *PL 26*,34A-35A(34C-36A) AUGUST. ser. Dom. in monte *li.* 1 *c.* 2.5 *PL 34*,1232A 1236B *n.* 4-9 13 sq.
B **1** Is. 33,22 Matth. 5,1-10 **6** 2 Tim. 4,8 **7** 2 Joh. 8 **12** BERNARD. in festo omn. sanct. *PL 183*, 453B-62C *ser.* 1: *XB I/2*,607-19 **26** ssq. 2 Tim. 2,5 1 Cor. 3,8

„Quae seminaverit homo, haec et metet," ut constanter gentium Doctor asseverat. Quamobrem Dominus, priusquam tremendum se iudicem orbi sistat, ad expectationem adventus sui nos omnes his verbis provocat: „Ecce venio cito" inquit „et merces mea mecum est reddere unicuique secundum opera sua." „Qui vicerit, dabo ei sedere in throno meo" quae demum summa, aeterna et absoluta est beatitudo.

A **5** provocat] excitat *E*

A **1** Gal. 6,8 **3** sq. Hebr. 10,23-27.30 sq.35 sq. Act 17.,30 sq. **5** ssq. Apoc. 22,12
B **3** Apoc. 3,21 Matth. 19,28 sq. Luc. 22,28-30

DE CONSILIIS EVANGELICIS.

[180v] *204* **Quae dicuntur evangelica consilia?** *210*

Ea videlicet, quae cum ad salutem consequendam simpliciter necessaria non sint, tamen ut parandae salutis ratio expeditior habeatur ac facilior a Christo proponuntur atque consuluntur. Unde discrimen, quod scriptura inter praecepta et consilia proponit, est sedulo retinendum, ut illa quidem tanquam observatu necessaria praescribi, haec vero communem praeceptorum observationem superantia suaderi ac sponte suscipi intelligamus. Hinc Apostolus, quum de observando
[181r] coelibatu docere ‖ vellet, ita pronuntiat: „De virginibus praeceptum Domini non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam consequutus a Deo, ut sim fidelis." Quo spectat, quod Augustinus perspicue dixit: Aliud est consilium, aliud praeceptum. Consilium datur, ut virginitas conservetur, ut a vino et a carnibus abstineatur, ut vendantur omnia et pauperibus erogentur. Praeceptum vero datur, ut iustitia custodiatur, ut omnis homo divertat a malo et faciat bonum. Et rursum: Consilium, qui libenter audierit et fecerit, maiorem habebit gloriam; praeceptum, qui non impleverit, nisi poenitentia sub-
[181v] venerit, evadere poenam non poterit. Augustino consonat Ambrosius, cum ita scribit: Non praecipitur, quod supra legem est, sed magis dato suadetur consilio et quod tutius est, demonstratur. Item: Consilium invitat voluntarios, praeceptum etiam adstringit invitos. Neque aliter sensit Hieronymus, ut haec eius verba declarant: Ubi consilium datur, offerentis arbitrium est, ubi praeceptum, necessitas est servientis. Sed maioris est mercedis, inquit, quod non cogitur et offertur.

205 **Quot sunt evangelica consilia?** *211*

Omnia enumerare iam non at- ‖ tinet; prin- [182r]
cipalia vero tria sunt: paupertas, castitas et obedientia, sicut sacris ex literis patres intellexerunt. Paupertas ad eos pertinet, qui semel omnia relinquunt, ut Christum exemplo Petri apostoli perfecte sequantur. Castitas eorum est, qui seipsos castraverunt propter regnum coelorum et, veluti Tertullianus dixit, se voluntarios probant spadones. Obedientiam vero praestant, qui, ut seipsos plene abnegent, non solum a cupiditatibus, verum etiam voluntatibus suis, quod scriptura admonet, prorsus avertuntur, dum alienae voluntati sese totos subiiciunt.

Huiusmodi consilia Christus, ‖ perfectionis [182v]
evangelicae absolutum exemplar, non verbo tantum docuit, uti mox ostendemus, sed etiam exemplo vitae suae sanctissimae nobis confirmavit. „Qui cum dives esset, propter nos pauper factus,' est - „non habens, ubi caput re-

A **9** proponit] statuit *A* 2.3 *BCDEF* **12** communem] perfectam *A* 2.3 *BCDF*] ut perfectam *E* superantia] promoventia *A* 2.3 *BCDEF* **15** pronunciavit *E* 6
B **14** sacris ex literis] sacris literis *E* 5.6 **17** Petri apostoli] Petri et apostolorum *E*

A **4** August. Ench. *c.* 121 *PL 40,* 288 C *n.* 32 — *Ps.* August. ser. 61 de temp. *PL 39,* 2258 A *app. ser.* 273 *n.* 4 **8** 1 Cor. 7,25 sq. 40 Matth. 19,21 **15** ssq. 1 Cor. 7,25 Ambros. li. 10 ep. 81 *PL 16,* 1124 A *sq.* 1128 D *sq.* (1172 B *ssq.*) *ep.* 42 *n.* 2 *sq.* 13 **19** ssq. *Ps.* August. ser. 61 de temp. *PL 39,* 2258 A *app. ser.* 273 *n.* 4 **30** Ambros. li. 10 ep. 82 *PL 16,* 1199 A (1250 A *sq.*) 1199 D *ssq.* (1251 A *ssq.*) *ep.* 63 *n.* 35,38-40
B **5** Hieron. c. Jovin. li. 1 *PL 23,* 227 C (238 A) *n.* 12 et ad Eustoch. de custod. virginit. *PL 22,* 407 B *ep.* 22 *n.* 20 *CV 54,* 171 **15** sq. Matth. 19,16-29 Act. 4,34 sq. **18** sq. Matth. 19,12 Niceph. *hist. eccles.* li. 2 c. 16 *PG 145,* 782 D-97 A **19** Tertull. *ad uxorem li.* 1 *c.* 6 *PL 1,* 1284 A (1396 A) **20** ssq. Matth. 16,24 sq. Luc. 9,23 sq. Niceph. *hist. eccl.* li. 11 c. 37 *PG 146,* 704 A-705 D **23** sq. Eccli. 18,30 sq. **30** sq. 2 Cor. 8,9 **31** sq. Matth. 8,20

clinaret;' qui virgo etiam ex virgine natus et sanctarum virginum sponsus et amator idem castissimus usque perseverat; qui tam sedulus demum in praestanda obedientia fuit, ut matri virgini adeoque fabro „subditus" et ‚ad mortem usque crucis obediens factus' de seipso testetur: „Descendi de coelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me."

[183r] *206* **Ubi consilium paupertatis evangelicae a Christo docetur?** *212*

Apud Matthaeum eo in loco ostenditur, qui sequitur divinorum praeceptorum enumerationem, de quibus praeceptis unicuique citra exceptionem dictum est: „Si vis ad vitam ingredi, serva mandata." Ac deinde consilium de voluntaria paupertate sectanda proponitur addita verborum formula singulari, quae illud capescentis arbitrio relinqueret, cum inquit Dominus: „Si vis perfectus esse, vade et vende omnia, quae habes et da pauperibus et habebis thesaurum in coelo et veni, se-
[183v] quere me." Ubi ‖ non solum ita consulit Dominus, verum etiam quasi calcar addat et, ut homines ad consilium hoc amplectendum lubentiores faciat, praemii proponit magnitudinem, quo nos alliciat atque consoletur. Sic enim fore promittit, ut qui omnibus propter Christum relictis pauper est, is habeat thesaurum in coelo, ‚accipiat centuplum et possideat vitam aeternam,' quae divitibus aditu est perdifficilis.

Huiusmodi paupertatis cultores ac professores erant apostoli, quorum nomine fidenter dixit Petrus ad Christum: „Ecce nos reliquimus omnia et sequuti sumus te." His accedunt nascentis ec- ‖ clesiae christiani, qui, [184r]
uti Lucas testatur, vendebant possessiones et pecuniam ex his redactam in communem usum conferebant, ita ut nemo suum esse diceret aliquid, quoniam indiscreta et communia apud ipsos manebant omnia. Quae paupertas id demum requirit, ut voluntaria plenaque sit abdicatio facultatum, quarum nulla proprietas retineatur. Atque hic locum habet celebris illa Tertulliani sententia: Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare; melius est pro intentione sequendi Dominum insimul donare et absolutum a sollicitudine cum Christo egere.

207 **Ubi castitatis consilium commendatur?** *213* [184v]

Hoc tum in evangelicis tum in apostolicis literis commendatur. Laudat ergo Christus illud genus eunuchorum „qui propter regnum coelorum seipsos castraverunt." Et ne praeceptum hoc esse magis quam consilium putaremus, mox subiicit: „Qui potest capere, capiat." Quae vox quasi hortantis est Domini, ut recte Hieronymus interpretatur et milites suos ad pudicitiae praemium concitantis. Perinde ac si dicat: Qui potest pugnare, pugnet, superet ac triumphet. Id ille potest ‚cui datum est;' datur autem ‖ omni- [185r]
bus, qui, ut Hieronymus idem testatur, petierint, qui voluerint, qui ut accipiant, laboraverint. „Omni enim petenti dabitur et quaerens inveniet et pulsanti aperietur." Cui quidem castitati praemium singulare divina scriptura decernit, ut ‚hi, qui cum mulieribus non sunt coinquinati ac virgines permanserunt' sine macula ante thronum Dei assistant

A **6** crucis] Patri *add. A* 2.3 *BCDE* 1 *F* **20** sq. cum inquit Dominus] Ait enim Dominus *E* **23** et *om. B* < 1 *F* **25** addit *E* **28** nos] eos *E*

B **3** redactam] conflatam *E* **8** facultatem *E* 6 **9** Atqui *D* **34** sq. praemium—ut hi] praemium divina scriptura decernit singulare autem virginum castitati. Etenim *A* 2.3 *BCDEF* **36** ac] sed *E* **37** sq. assistunt cantantque *A* 2.3 *BCDEF*

A **1** Is. 7,14 Hieron. c. Jovin. li. 1 *PL 23*, 227 C (238 A) *n.* 12 et ad Eustoch. *PL 22*, 407 B *ep.* 22 *n.* 20: *CV 54*, 171 **5** sq. Luc. 3 = 2,51 Phil. 2,8 **7** ssq. Joh. 6,38 **16** sq. Matth. 19,16-29 Basil. M. in reg. mon. *brevius tract. PG 31*, 1145 C-48 B 1217 C 1252 A-C *c.* 92, 93, 205, 262, 263 et ser. de renunt. vitae *PG 31*, 625-48 *passim* - Hieron. ep. ad Heliod. *PL 22*, 351 A *ssq. ep.* 14 *n.* 6 *sq.*: *CV 54*, 53 *sq.* et ad Rust. *PL 22*, 1085 A *sq. ep.* 125 *n.* 20: *CV 56*, 140-42 **21** ssq. Matth. 19,21 *Ps.* Bernard. in 1. decl. *de def. facult. PL 184*, 471 B-74 B *n.* 65-70 **31** Matth. 19,29 sq. Cassian. collat. 24 in fine *PL 49*, 1320 C-28 C *c.* 26: *CV 13/II*, 704-11 **36** sq. Matth. 19,27

B **2** Act. 4,32 **3** Niceph. *Hist. eccl.* li. 2 c. 2 *PG 145*, 756 A **6** Cassian. de institut. renunt. *li.* 7 *c.* 14 *PL 49*, 302 A-304 A collat. 3 *c.* 6 *PL 49*, 564 C *sq.*: *CV 13/II*, 73 *sq.* **10** Tertull. = Gennadius li. de diffinit. eccl. dogmat. *c.* 71 *PL 58*, 997 A **20** sq. Matth. 19,9-12 Epiphan. *haer.* 58 c. Valesios *PG 41*, 1016 A *sq.*: *CB 31*, 361 *sq.* — *Ps.* Martialis ep. 10 *ad Tolosanos c.* 8-10 *B. SS. PP. tom. I*, 55 E-57 C **25** Hieron. in Matth. 19 *PL 26*, 135 C (140 C 141 B) *v.* 11 *sq.* — *Ps.* Basil. M. de virginit. *PG 30*, 672 B 784 A *n.* 2, 57 — Cyprian. *de discipl. et habitu virg. c.* 23 *PL 4*, 463 A (475 B): *CV 3/I*, 203 *sq.* **29** Sap. 8,21 **30** Hieron. in Matth. 19 *PL 26*, 140 C 141 B *v.* 11 *sq.* — Origenes *tr.* 7 in Matth. *PG 13*, 1249 C *ssq. tom.* 14 *n.* 25 **32** sq. Matth. 7,7 sq. Luc. 11,9 sq. **35** ssq. Apoc. 14,1-4 Is. 56,3-5

‹cantentque novum canticum' coram Deo et Agno ac ‹sequantur Agnum quocumque ierit."

Apostolus vero planissime dixit: ‹Bonum est homini mulierem non tangere." Ac rursum: ‹De virginibus praeceptum Domini non [185v] ha- ‖ beo, consilium autem do, tanquam misericordiam consequutus a Deo, ut sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse." Atque iterum de vidua scribens: ‹Cui vult" inquit ‹nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium. Puto autem, quod et ego Spiritum Dei habeam." Apostolo pulchre suffragatur AMBROSIUS, ubi in haec verba scribit: Iure laudatur bona uxor, sed melius pia virgo praefertur dicente Apostolo. ‹Qui iungit virginem suam, bene facit et qui non [186r] iungit, melius facit." - ‹Haec enim ‖ cogitat, quae Dei sunt, illa, quae mundi;' illa coniugalibus vinculis colligata est, haec libera vinculorum; illa sub lege, ista sub gratia. Bonum coniugium, per quod est inventa posteritas successionis humanae; sed melior virginitas, per quam regni coelestis haereditas acquisita et coelestium meritorum reperta successio. Per mulierem cura successit, per virginem salus evenit.

Requirit autem isthaec castitas, ut quis consilio deliberato atque constanti ab omni carnis sorde seu venerea voluptate incorruptus vivere studeat atque vitam coelibem agat continenter ‹ut sit sanctus et corpore et [186v] ritu' propter Christum. Eoque ‖ spectans Apostolus dixit: ‹Qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suae voluntatis et hoc iudicavit in corde suo servare virginem suam, bene facit."

208 **Quomodo consilium evangelicum de obedientia nobis proponitur?** *214*

Christus Dominus non solum exemplo vitae sanctissimae, sicut antea meminimus, sed et verbo suo huius obedientiae rationem perfectam nobis proposuit atque commendavit. ‹Venit enim non suam facere voluntatem, sed Patris' et ‖ eorum, quibus fuisse ‹subditus" [187r] legitur; venit idem ‹ministrare et non ministrari" adeo, ut humiliarit semetipsum ‹factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.' Tum ad sui imitationem nos verbo excitans dixit: ‹Si quis vult venire post me, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me." Quae verba, ut generatim ad omnes dicta, recte quidem possunt accipi, sed peculiariter tamen atque perfectius ad eos pertinent, qui pro suo modulo se Christo ita conformant, ut nulla in re sui esse iuris velint et alieno potius, quam suo arbitratu vivere satagunt, dum alterius, quem Christi loco dele- ‖ gerunt, voluntatem et imperium per om- [187v] nia sequuntur.

Huiusmodi autem fideles et perfectos Christi imitatores, uti veteres ostendunt annales, ecclesia semper habuit et in his delectos probatosque coetus piorum ac religiosorum hominum, qui supra vulgi morem ac exemplum, abdicatis semel bonis omnibus et relictis carnis illecebris, ex professo studerent sanctae obedientiae, eo videlicet spectantes, ut ad Christi obedientis exemplar et ad evangelicae normae perfectionem sese totos componerent. Cuius rei testes, per quam idoneos habemus Basilium, Augustinum, Hieronymum, Gre- ‖ gorium, Cassianum, Bernardum [188r] aliosque innumeros evangelicae perfectionis

---

A **2** sequuntur *A* 2.3 *BCDEF*

B **5** ante *E* **18** peculiariter] specialiter *D* 5 **20** in *om. E* 5 **23** per omnia] ultro *A* 2.3 *BCDEF* **25** perfectos] excellentes *A* 2.3 *BCDEF* **36** sq. Hieronymum] Benedictum *add. A* 2.3 *BCDEF*

A **3** 1Cor. 7,1 **5** ssq. Ibid. 7,25 sq. **11** ssq. Ibid. 7,39 sq. **15** AMBROS. li. 10 ep. 81 *PL 16*, 1124 A *sq.* 1128 D *sq.* (1172 B *ssq.*) *ep.* 42 *n.* 2 *sq.* 13 — AMBROSIASTER in 1 ep. Tim. 3 *PL 17*, 468 D *sq.* 470 C *sq.* (495 A *sq.* 496 C *ssq.*) *v.* 2-4, 11-13 **17** ssq. 1Cor. 7,38. 32-34 **20** ssq. Vide *Ps.* BASILIUS M. li. de vera virginit. *PG 30*, 672 B **29** CASSIAN. collat. 12 *c.* 4 *PL 49*, 874 A *sq.*: *CV 13/II*, 338 *sq.* **33** 1Cor. 7,34 **35** ssq. 1Cor. 7,37 BASIL. M. in Ps. 44 *PG 29*, 412 D *sq. n.* 11

B **7** ssq. Joh. 6,38 **9** Luc. 3 = 2,51 **10** Matth. 20,28 Luc. 22,27 **11** ssq. Phil. 2,8 **14** ssq. Matth. 16,24 Luc. 9,23 BASILIUS M. de vita solit. = PETR. DAM. *in li., qui dicitur Vobiscum c.* 19 *PL 145*, 246 C-51 B et in Ascet. *PG 31*, 625-48 — CASSIAN. de instit. renunt. *li.* 4 *c.* 10 *PL 49*, 162 B *sq.* — BERNARD. ep. 1 *PL 182*, 68 D-79 C — AUGUST. de moribus eccl. li. 1 *c.* 31,33 *PL 32*, 1337 C 1339 D *n.* 65-68,70 **25** PHILO *de vita contempl. CR vol. 6*, 46-71 — EUSEBIUS CAESAR. *hist. eccl. li.* 2 *c.* 17 *PG 20*, 176 A 177 C-180 A 181 A-C *CB 9/I*, 142-47 — NICEPH. hist. tripart. *li.* 2 *c.* 16 *PG 145*, 792 D-97 A — PAULUS DIACONUS? — Horum scripta exstant **35** ssq. Vide CHRYSOST. c. vitup. vitae monast. li. 3 *PG 47*, 351 C-352 A 365 A *ssq. n.* 3,11

professores et monastici instituti observatores integerrimos.

209 Quid summatim de consiliis evangelicis est sentiendum? *215*

Hoc nimirum, quod sint incitamenta et subsidia quaedam commoda admodum, quae infirmis adversus mundi carnisque illecebras arma praebeant, quae bonorum conatus in cursu verae pietatis ad meliora provehant, quae spiritum ad praestanda religionis divinique cultus officia expeditiorem reddant et [188v] quae insuper, ut ostendimus, ‖ ad aeternae vitae mercedem ac gloriam in coelo pleniorem consequendam conferant. Ac summa quidem evangelicae perfectionis in eo versatur, ut quam maxime possis, Christum imiteris. Imitaris autem, si Christo et ‚pauperi' et ‚virgini' et ‚aliis subdito' et ‚ad mortem usque crucis obedienti' pro tua virili te studeas conformare, si cum apostolo itidem Paulo ‚neglectis iis, quae retro sunt,' indefesso labore ad anteriora contendas et ad supernae vocationis bravium te extendas in dies, voluntate interim propria in totum abdicata ac homini propter Deum subiecta, ut ‚aemuleris usque meliora charismata' - ‚partemque ‖ optimam tum eli- [189r] gas' tum bona fide in finem usque conserves.

B **3** possis, Christum imiteris] possis, ad charitatem contendas Christumque imiteris *A* 2.3 *BCDEF*
13 tum eligas] eligas *A* 2.3 *BCDF*

A **4** Chrysost. ho. 58 ad pop. *Ed. Paris.* 1570 *tom. V,* 324D-31D *(dub.)* et in 1Tim. 5 *PG 62,* 575A-80A *ho.* 14 Cassian. collat. 24 c. 26 *PL 49,* 1320C-28C: *CV 13/II,* 704-11 **13** ssq. Matth. *19,* 12. 21. 23 sq. 28 sq.
B **2** sq. Luc. 9. 23 Joh. 13, 15 15, 20 **4** 2 Cor. 8, 9 1 Petr. 1, 19 **5** sq. Luc. 3 = 2, 51 Phil. 2, 8 **6** *1 Petr.* 2, 21 **8** sq. Phil. 3, 13 **12** sq. 1 Cor. 12, 31 **13** Luc. 10, 42

DE QUATUOR HOMINIS NOVISSIMIS.

210 Quae dicuntur quatuor hominis novissima? *216*

Haec videlicet: mors, iudicium, infernus et regnum coelorum; dicta quidem novissima, quod inter caetera omnia, quae homini accidere possunt, extremum plane locum sibi vendicent. Mors enim, ut dici solet, est ultima linea rerum, quae in hoc mundo sensibus percipiuntur. Mortem sequitur horrendum illud [189v] iudicium Dei, sicut et Paulus his ‖ verbis ostendit: „Statutum est omnibus hominibus semel mori; post hoc autem et iudicium." In quo demum iudicio perficietur, quod evangelica veritas asserit: ‚Procedent, qui bona fecerunt, in vitam aeternam, qui vero mala, in supplicium aeternum.' - „Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis et tunc reddet unicuique secundum opera eius."

211 Quomodo scriptura singillatim de his novissimis docet? *217-220*

De morte quidem, qua nihil certius sicuti hora mortis, nihil incertius, hoc modo legimus: „Rex hodie ‖ est et cras morietur." [190r] Item: „Cum morietur homo, hereditabit serpentes et bestias et vermes." Tum rursus: „Omnes morimur et quasi aquae dilabimur in terram, quae non revertuntur." Cum autem plurimum referat, quomodo moriamur, toties in evangelio nobis repetitur illud: „Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet." Parati vero mortem excipiemus, si serio et in omni vita pro se quisque meditetur, quod scriptum est: „Ante obitum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos invenire cibum," sicut et Christus dixit: „Venit nox, quando nemo potest operari."

De iudicio autem divino, quod ‖ effugere [190v] nullus potest et cuius est ‚terribilis expectatio,' sic praedicat Ecclesiastes: „Cuncta, quae fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato sive bonum sive malum sit." Et ‚gentium doctor' Paulus clamat: „Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut reci-

A **6** inter *om. F* **9** quae — percipiuntur *om. E* **12** hominibus *om. B* 6 **13** et *om. E* **24** sicuti] ut contra *E*
B **14** obitum] tuum *add. E* 2.7

A **10** sq. Hebr. 10, 27 **12** sq. Hebr. 9, 27 **13** ssq. Joh. 5, 29 Matth. 25, 46 *et Joh. 5,* 29 **17** ssq. Matth. 16, 27
B **3** Eccli. 10, 12 **4** sq. Ibid. 10, 13 **6** sq. 2 Reg. 14, 14 **9** ssq. Matth. 25, 13 Marc. 13, 33 Luc. 12, 40 **13** ssq. Eccli. 14, 17 **16** sq. Joh. 9, 4 **19** Hebr. 10, 27. 31 **20** ssq. Eccle. ult. = 12, 14 **23** ssq. 2 Cor. 5, 10 Rom. 14, 10

piat unusquisque propria corporis prout gessit sive bonum sive malum." Idcirco rectissime consulitur: „Ante languorem adhibe medicinam et ante iudicium interroga teipsum et in conspectu Dei invenies propitiationem," sicut et Apostolus dixit: „Si nosmetipsos di-
[191r] iudicaremus, non utique iudicaremur." ‖ Iam de gehenna constat nihil ea terribilius, intolerabilius infoeliciusque posse excogitari. „Ibi fletus et stridor dentium;" ibi „vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur;" ibi „nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat;" ibi „pars illorum in stagno ardenti igne et sulphure, quod est mors secunda," quemadmodum scriptura testatur. Propterea metuendus ille iudex credentes omnes tam graviter monet: „Timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam; ita dico vobis, hunc timete." Concinit propheta regius, qui et ipse a divinis iudiciis timuit:
[191v] „Servite" inquit ‖ „Domino in timore et exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus et pereatis de via iusta, cum exarserit in brevi ira eius."

Verum sicut malorum summa infernus est, ita regnum coelorum summa bonorum omnium existit, ut hoc ipso nihil aut optabilius aut iucundius aut foelicius homini unquam possit desiderari. Audi divinorum conscium Apostolum: „Oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus his, qui diligunt illum." Ac idem alibi: „Non sunt condignae passiones huius temporis ad
[192r] futuram gloriam, quae revelabitur ‖ in nobis." Iam ne cum Propheta roges: „Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo?," sic tibi respondet divinum oraculum: „Qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam." Item: „Qui facit voluntatem Patris mei, qui in coelis est, ipse intrabit in regnum coelorum."

212 Quis est usus et fructus doctrinae de quatuor novissimis? *221*

Eo confert haec doctrina, ut perpetuo mores novissimorum a peccando cohibeamur et adversus omnes vitiorum pestes muniti in aequi bonique recto studio continea- ‖ mur. [192v]
Scriptum est enim: „In omnibus operibus tuis memorare novissima tua et in aeternum non peccabis." Nam eiusmodi rerum memoria, quae sanctissimis etiam viris solet esse familiaris, a vanis cogitationibus terrenisque curis hominem revocat, eum ad sui cognitionem adducit atque ad salutarem Dei timorem impellit et in eo ipso promovet conservatque. „Qui vero timent Dominum, praeparabunt corda sua et in conspectu illius sanctificabunt animas suas, custodient mandata illius et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius." Atque adeo „plenitudo sapientiae est timere De- ‖ um," sicut scriptura testatur. [193r]
Caeterum filii seculi huius, ante quorum oculos ‚non est timor Dei,' hac voce prophetica corripiuntur: „Gens absque consilio est et absque prudentia; utinam saperent et intelligerent atque novissima providerent." — „Tenent tympanum et cytharam," ait Iob ille patientissimus „et gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos et in puncto ad infernum descendunt."

213 Quae est summa eorum, quae in hoc libro continentur? *222*

Summa totius operis duabus rebus continetur, sapientia et ‖ iustitia christiana. Ad sa- [193v]
pientiam haec capita, videlicet de fide et symbolo fidei, de spe et oratione dominica, de charitate et decalogo referuntur. Nam fides, spes, charitas, illae virtutes sunt, quibus veram hominis sapientiam, ut AUGUSTINUS etiam annotavit, divina scriptura concludit. Accessit porro de praeceptis ecclesiae et de sacramentis tractatio. Sicut enim praedictae virtutes absque sacramentis et praeceptis ecclesiae subsistere non possunt, ita eorum accessione efficaciter nobis inseruntur, insertae confirmantur, augentur et perficiuntur. Quapropter in iis, quae ad sapientiam referimus explicandis, prior libri pars absolvitur.

A **3** consulitur] praecipitur *A* 2.3 *BCDEF* **21** inquit *om. E* 6 **31** ascenderunt *A* 2.3 *BCDF* **35** Iam ne] Iam si *E* **45** Eo] quidem *add. E*

B **37** etiam *om. E* **43** Quapropter] Itaque *E* **45** absoluta est *A* 2.3 *BCDEF*

A **3** Eccli. 18,20 **6** sq. 1 Cor. 11,31 **9** sq. Matth. 8,12 12=*13*,42 23=22,13 24,51 25,30 **10** sq. Marc. 9,43 **12** Job 10,21 sq. **13** sq. Apoc. 21,8 **17** ssq. Luc. 12,5 **21** ssq. Ps. 2,11 ssq. **30** ssq. 1 Cor. 2,9 **32** ssq. Rom. 8,18 **35** ssq. *Ps. 14*,1 **38** sq. *Ibid. 14*,2 **40** sq. *Matth. 7*,21

B **4** ssq. Eccli. 7,40 **7** Vide JOH. CLIMAC. *scala parad. grad. VI PG 88*,793-801 et CASSIAN. de coenob. institut. li. 5 c. 41 *PL 49*,265 A-66 A **12** ssq. Eccli. 2,20 sq. **16** sq. Eccli. 1,20 **19** Ps. 13,5 **20** ssq. Deut. 32,28 sq. **22** ssq. Job 21,12 sq.

[194r] Posterior, quae circa iustitiam versatur, duas eius partes, tum ad mala fugienda tum ad bona consectanda spectantes, breviter enucleat. Etenim recte scripsit HIERONYMUS non sufficere christiano, si partem unam iustitiae impleat, cui utrunque praecipitur: „Declina a malo et fac bonum." Utrique igitur parti capita nonnulla, quae praecipue ad malorum bonorumque discrimen observandum pertinent, accommodata sunt. Totius autem iustitiae vim et amplitudinem Tobias, vir aeque sapiens ac [194v] iustus, succincte comprehendit, ubi suum ‖ filium adeoque filios Dei omnes singulatim admonet in haec verba: „Noli timere fili mi; pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum et recesserimus ab omni peccato et fecerimus bene." Ita demum discimus, quantum inter christianum ethnicumque hominem intersit, cum utrumque non modo fides, verum etiam vita secundum sapientiam et iustitiam christianam instituta discernat.

Verum enimvero, ne institutae summae terminos praetereamus, doctrinae huius ad christianos eosque in primis simpliciores instituendos pertinentis hic modus et fi- ‖ nis esto. [195r] Quae omnia uno Ecclesiastis verbo tanquam totius humanae vitae illustri sigillo consignabimus, ita concludentes: „Deum time et mandata eius observa."

„Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis."

[20] ERRATA LECTOR SIC RESTITUAS.[1)]

CHRISTO IESU GLORIA. [195v]

B **8** simplices *F* **10** Ecclesiastae *B* 4-6 **14** sq. Confirma — nobis *om. E* 2.7 **17** CHRISTO IESU GLORIA] Jesu Christo crucifixo, qui autor atque consummator est sapientiae iustitiaeque nostrae, gloria sempiterna (Amen *add. E* 2.7 Finis *add. E*) *A* 2.3 *DE*

A **4** *Ps.* HIERON. ad Celant. *PL* 22, 1206 C *sq.* **6** sq. Ps. 33, 15 **14** ssq. Tob. 4, 23
B **12** sq. Eccle. 12, 13 **14** sq. Ps. 67, 29

[1)] *In textu huius editionis iam correcta.*

[196r]

CATECHISMUS MAIOR

SEU

SUMMA DOCTRINAE CHRISTIANAE POST-TRIDENTINA

1566-1592

IHS

[aj^r]

SVMMA
DOCTRI-
NÆ CHRISTIA-
NAE PER QVAESTIO-
NES CATECHISTICAS LVCVLEN-
TER TRADITA, MVLTIS IN LO-
CIS LOCVPLETATA, ET PO-
STREMO RECO-
GNITA.

AVCTORE D. PE-
TRO CANISIO SOCIE-
TATIS IESV THEO-
LOGO.

IN VSVM SCHOLA-
RVM INCLYTAE BA-
VARIAE.

DILINGÆ
Excudebat Sebaldus Mayer.
M. D. LXXI.

aij^r Illustrissimo principi ac domino D. Guilhelmo, Rheni palatino et utriusque Bavariae duci, patrono benignissimo Petrus Canisius. S.P.D.

Cogor hoc loco repetere, quod sum iam ante testatus, illustrissime Guilhelme princeps, me videlicet Viennae primum, quod ita postularet serenissimus caesar Ferdinandus, hoc quicquid est operis, in lucem edidisse ac editionis illius exemplar Coloniae postea recognovisse,[1]) ut quaedam in illo tum pleniora tum illustriora ad publicam utilitatem efficerentur. Cuius quidem operae qualiscunque demum illa fuit, nondum me sane poenitet, [aij^v] sed clementissimo Deo, ‖ qui perennis bonorum fons est omnium, hoc nomine gratias ingentes ago, quod superiori editioni simul et recognitioni maiorem adhuc successum tribuerit, quam ego vel optare vel expectare ausus fuissem. Nam et principum maximorum edicta, et doctissimorum hominum testimonia,[2]) et primariorum gymnasiorum sententiae, et plurimorum tum domesticorum tum externorum suffragia saepe multumque declaraverunt sibi doctrinam huius libri catholicam et orthodoxam probari talemque videri catechismum, qui tum ad docendum tum ad discendum in templis et scholis esset accommodatus, omniumque manibus utiliter evolveretur, et idcirco in varias etiam linguas non temere converteretur.[3]) Quae nobis praesenti loco dicuntur, non ut ipsi no- ‖ stra iactemus, aiij^r quod est in primis odiosum, neque ut hominum favorem et gratiam in hoc genere vel

A [1]) *Cfr. Proleg. III: A I,3 Proleg. IV: B I,3 Proleg. V: A I*
B [2]) *Vide* Br *I,753 sq. III,787 789 790; IV,727 1006; V,799 801 825: VI,323 426-31; Mon. litt. n.* 1011 1014 *sq.* 1034 1040 1054
[3]) *Versus erat ex sermone latino in anglicum, gallicum, germanicum, hispanicum, hungaricum, italicum, polonicum, vlamicum.*

aucupemur vel magni faciamus, id quod a pia simplicitate ducimus alienum, sed quod praesentem veritatis confessionem a nobis exprimat atque adeo extorqueat adversariorum maledicentia, ut id, quod res est quodque publice constat, id ad Dei gloriam non possimus non proferre palamque profiteri. Nec enim ignoramus, quam late pateat quantamque obtineat vim praeceptum illud apostolicum, quo iubet Paulus doctorem ecclesiasticum ‚bono esse testimonio' commendatum suamque famam ob docendi ministerium et ‚ecclesiae aedificationem' quoad eius fieri potest, integram conservare. Vix autem vel ego verbis consequi possem, vel alius quis- [aiij^v]
quam ‖ credere, quam virulento studio meum hoc institutum oppugnarint illi, qui hac aetate quidvis potius, quam catholici et dici et esse contendunt. Quibus enim calumniis et autorem et opus non onerarunt? quot libris ultro citroque conscriptis hunc unum catechismum non sunt petulantissime insectati?[1]) nihil ut illis molestius accidere videatur, quam quod cernant vel inviti, ex hac ipsa institutione suum lac praeberi parvulis ecclesiae, et hoc velut christianae doctrinae compendio et praeceptores plerosque simul et discipulos de pietate catholica utiliter instrui atque admoneri. Ego vero hactenus me libenter compressi, ut istiusmodi obtrectatoribus nihil responderem, eoque silentio me sapientibus comprobaturum
aiiij^r spero, quod apostolico ‖ canoni faciam satis. Nam aequissime canit illud Paulus: „Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt;" qui praeterea ecclesiastico doctori hanc legem sapientissime tulit „servum Dei non oportet litigare." Atqui rerum omnium pretiosissimum tempus utique non redimerem, immo vero perderem, si horas in depellendis istorum ob latrantium calumniis et in meris saepe nugis refellendis collocarem. A litibus vero et altercationibus temperare sibi vix possit, qui ad contumeliosum et tragicum hoc scriptorum genus, quod ita novis plerumque litibus, sicut salamandra igne pascitur,[2]) velit descendere ac stultis interdum secundum suam stultitiam respondere. Accedit, quod in scriptis adversariis, quae vulgi tantum iudicio subiiciuntur, nihil propemodum adferri cernam, in quo magis hic liber, quam reliqui a catholi- [aiiij^v]
cis hactenus editi catechismi incusetur atque reprehendatur, ut propterea non magis unius quam totius ecclesiae causam communes illi infestique catholicae religionis inimici oppugnare videantur. Adhaec omni respondendi labore me iam levarunt, opinor Colonienses, qui nuper admodum e probatissimis quibusque patribus testimonia collegerunt et horum autoritate atque consensu totum hoc opus adeo illustrarunt, nihil ut sane ad confirmandam libri doctrinam aptius adferri atque ad profligandam simul contra dicentium vanitatem oportunius excogitari potuisse videatur. Qua in re utilem sane iamque a multis praedicatam operam navavit Petrus Busaeus,[3]) qui pro sua singulari eruditione assiduoque studio omnes catechismi partes ex veneranda av^r
illa antiquitate sic exornavit atque communivit, ut de divini verbi concionatoribus et de catechistis omnibusque christianae pietatis et doctrinae studiosis hominibus optime meritus esse existimetur. Neque vero ignoro catechismum extare romanum, rara quidem illum eruditione refertum ac dignissimum plane, qui non solum prae reliquis omnibus in pretio habeatur, sed in quotidiano etiam atque perpetuo ecclesiae usu retineatur. Caeterum cum is liber nonnullis et difficilior et prolixior

A **11** *1 Tim. 3,7* **13** *1 Cor. 14,3.26 2 Cor. 12,19 Eph. 4,12* **25** *1 Cor. 3,1 sq. Hebr. 5,12 sq.* **33** sq. *Eph. 5,16* **36** sq. *2 Tim. 2,24*
B **7** sq. *Prov. 26,4*

A [1]) *Ministri et theologi protestantes, ut Iacobus Andreae, Martinus Chemnitius, Matthias Flaccius Illyricus, Philippus Melanchthon, Lucas Osiander multique alii affirmabant Canisium scientem contra veritatem manifestam bellum gerere, catechismo suo animas occidere, Turcis viam parare, Christi intercessionem irritam facere, lapidum adorationem commendare, doctrinam de iustificatione proferre ethnicam etc. cfr.* Br *I,*605 *II,*800 *sq.* 915-18 *III,*806 809 811 *IV,*998 *sq.* 1020 *sq.* 1025-27 *V,*91 795-97 *VI Mon. litt. n.* 1007 1014 1025 *sq.* 1039 1044 1046

B [2]) *Quae mira opinio a viris doctis et antiquitatis et medii aevi est prolata.* „Ὥτι δ' ἐνδέχεται μὴ κάεσθαι συστάσεις τινὰς ζώων, ἡ σαλαμάνδρα ποιεῖ φανερόν· αὕτη γάρ, ὡς φασίν, διὰ πυρὸς βαδίζουσα κατασβέννυσι τὸ πῦρ.": *Aristoteles: de animalibus historiae li.* 5 *c.* 20 *n.* 13 „*Multi autem" inquit s. Albertus Magnus „sequentes Iorach philosophum, dicunt quod hoc animal vivit in igne, et hoc est falsum nisi pro tanto . . . . " (De animalibus li.* 25 *n.* 47*). Etiam saeculo XVI. vigebat fabula salamandrae ignibus vescentis. „I have maintained that salamander of yours with fir any time etc." (W. Shakespeare, King Henry IV. P. I. act.*3 *sc.*3*). Vide de hac re J. V. Carus et W. Engelmann: Bibliotheca Zoologica II,*1076-78 *Leipzig* 1861

[3]) *De Petro Busaeo eiusque Opere Catechistico vide Proleg. IV: B I,*3 *et* Br *VI,*323 *Mon. litt. n.* 1036

videretur, quam qui ad rudiorum intelligentiam esset accommodatus, parochis quippe conscriptus est, non pessime quidem illi cogitarunt, qui totum opus in epitomen aptam-
[av^v] que methodum ad scholarum ‖ usum contrahendum iudicarunt. In quo genere nunc scripta quaedam compendia circumferuntur et commendantur, quibus per nos quidem sua constet gloria.[1]) Nec enim vel prohibemus vel invidemus, quin quod ab illis optimis viris est editum, operi nostro etiam anteponatur. Verum enimvero alii aliis quemadmodum in cibis, sic etiam in libris et autoribus delectantur et usus rerum magister docet, doctrinae a variis traditae collationem haud parum prodesse studiosis, ut hinc saepe multis acuatur iudicium veritasque ipsa et rectius perspiciatur et certius confirmetur, modo quae adferuntur, ad fidei catholicae analogiam haud male conveniant et ab autoritate sanctae matris ec-
avj^r clesiae, quae „columna et ‖ firmamentum veritatis" in Dei verbo dicitur, nulla ex parte discedant. Atque huc pertinet, quod sapienter admonuit AUGUSTINUS, utile nimirum esse plures libros a pluribus fieri diverso stilo, non diversa fide, etiam de quaestionibus eisdem, ut ad plurimos res ipsa, quae orthodoxe tractatur, pervenire possit.

Visum autem est mihi cum hac nova libri editione, quae in usum scholarum inclitae Bavariae parabatur, novam coniungere praefationem eamque tibi, generosissime princeps, inscribere, partim ut opus, quod sub tui nominis auspiciis in publicum prodit, illis reddatur commendatius, ad quorum perveniet manus, partim ut officium quoque meum hac occasione declarem, quod bavaricae domui
[avj^v] vestrae, si ullus ‖ ex nostris alius, ego quidem in primis debere me confiteor. Sunt enim anni modo plus minus viginti, quod in spectabili academia vestra ingolstadiana et theologum et ecclesiasten coepi agere[2]) vestramque interim in nostrae Societatis homines insignem liberalitatem ac illustrem munificentiam multis in rebus ipse cognovi et sum pro mea quidem parte frequenter expertus. Memini sane, cum primum in Bavariam venissem, quo me favore ac studio exceperit avus ille tuus clarissimus idemque princeps optimus D. Guilhelmus [IV.], cuius tibi nomen divinitus impositum fuisse arbitror, cum eiusdem virtutes heroicas et catholicam in primis pietatem hactenus tam feliciter sis imitatus. Et est sane cur mecum boni omnes agnoscant et ‖ agnoscendo avij^r singulares Deo optimo maximo gratias agant eam Bavariae principibus felicitatem caelitus contigisse, ut prae aliis tam multis et magnis heroibus suam in orthodoxa fide sinceritatem, in vera pietate constantiam, in recta subditorum gubernatione sapientiam integram atque perpetuam hucusque conservarint. Quo etiam factum est, ut iidem non modo sese familiamque suam, sed et amplissimam ditionem ab eo evangelio, quod viri sanctissimi planeque apostolici LUCIUS et RUPERTUS[3]) in Bavariam primi intulerunt, divelli et abstrahi ratione nulla paterentur. Cum qua conservatae religionis puritate illas dotes, illae praemia mirabiliter coniunxit Deus, quae aliae provinciae Bavaris invide- ‖ re possunt, vendi- [avij^v] care autem sibi, ut plane arbitror, aeque non possunt, sive spectes in fide et religione consensionem, sive in sacris aedibus stabilitatem animadvertas, sive virtutem et miracula Dei per sanctos adhuc operantis intuearis, sive antiquae nobilitatis splendorem requiras, sive ecclesiastici politicive ordinis amplitudinem fortunasque consideres, sive monasteriorum multitudinem et integritatem quaeras, sive subditorum erga suos principes reverentiam obedientiamque perpendas, sive demum publicae pacis communisque tranquillitatis diuturnitatem animo verses. Praeclara sunt haec et divina procul dubio munera, quae pii om-

A **21** *1 Tim. 3,15* **24** *August. de Trinit. li. 1 c. 3 PL 42,823 A* **42** *26. Nov. 1549*
B **5** *Exeunte a. 1549*

A [1]) *Significantur imprimis Ioh. Gropperi: Institutio catholica, Antverpiae 1562; Georgii Ederi: Compendium catechismi catholici a. 1570 Coloniae iterum editum. Eodem anno hoc opusculum germanice versum „Kurtzer Catholischer Catechismus etc." Henricus Fabricius Coloniae edidit. Eodem quoque anno Augustae Vindelicorum in aedibus Georgii Willeri venale erat „Compendium Catechismi Concilii Tridentini, autore Augustino Ferentillo I.V.D."*
[2]) *Exeunte a. 1549; vide* BR *I, 48.296 (adnotat. 2)* 312.691
B [3]) *Lucius certe iam inde a saeculo IX. sanctorum cultu honorabatur et Rhaetiae apostolus vocabatur, de quo multa narrantur, velut eum Britanniae regem fuisse, a Timotheo, Pauli apostoli discipulo, fide christiana imbutum esse, primum dioecesis Curiensis (in Helvetia) episcopum fuisse, martyrium subiisse; cfr. MG. SS. rer. Merov. III, 2-7. Sanctus autem Rupertus primus episcopus Salisburgensis cca a. 700 apud Bavaros religioni christianae propagandae egregiam operam navabat; cfr. MG. SS. XI, 4 sq. et W. Levison: Vita Hrodberti: MG. SS. rer. Merov. VI, 140-62*

nes ut gratis animis praedicant, sic eo libentius etiam Bavariae gratulantur, quod in illa, aviij^{r} velut in ‖ fertilissima terra Gessen, filios Israel ab impiis Aegyptiis segregatos colligat Deus, et collectos tranquille gubernet ac tueatur, multisque modis sua caelesti illos benedictione dignetur, ad clavum interim sedente Iosepho sapientissimo, cuius virtus et industria in communi summaque calamitate depellanda reipublicae sic profuit, ut non modo fratrum esset dominus, sed et ‚mundi salvator' publice salutaretur.

Caeterum ut eo unde sum digressus redeam, quandoquidem ego tot iam annis una cum hac exigua nominis Iesu societate familiae vestrae inservio meque cum nostris omnibus illi penitus obstrictum agnosco, facere non potui, illustrissime princeps, quin recentem hanc operis editionem tali tantoque patrono nuncupa-‖rem [aviij^{v}] ac meam in illum observantiam hoc qualicunque testimonio publice declararem. Precor igitur etiam atque etiam, ut quemadmodum antea opus Christophori Clavii[1]) nostri mathematicum hilari fronte excepisti, sic librum hunc catechisticum, quem reverenter ad te mitto, eadem excipias humanitate, et nostros demum tibi familiaeque tuae universae pro tua in nos summa benevolentia perpetuo commendatos et charos esse sinas. Dominus Iesus te incolumem, domum vestram beatam, religionem vero catholicam in Bavaria sartam atque tectam diutissime conservet.

Dilingae VI. Kalendas Februarii, anno post Christum natum. M. D. LXXI.

A **3** *Ex. 8,22 9,26 Gen. 45,10 46,34 47,1-4 50,8* **8** *Gen. c. 39-50* **11** sq. *Gen. 41,45*

B [1]) *Christoph. Clavius sive Clau, Bambergae a.* 1538 *natus, Romae a.* 1555 *societatem Jesu ingressus ibidem, cum viginti annos mathematicam docuisset, a.* 1612 *mortuus est. „Alter Euclides" est nominatus propter opus suum principale „Euclidis elementorum libri XV", Romae* 1574 *editum. Clementis VIII. auctoritate Gregoriani Kalendarii explicationem composuit Romae* 1595, *nec frustra novum Kalendarium contra Lutheranos defendit. Cfr.* Br 431 *adnot.* 3

CHRISTIANAE DOCTRINAE

CAPUT PRIMUM.

DE FIDE ET SYMBOLO FIDEI.

I.

1 Quis dicendus est christianus? *1*

Qui Iesu Christi veri Dei et hominis salutarem doctrinam in eius ecclesia profitetur. Omnes proinde cultus et sectas, quae extra Christi doctrinam et ecclesiam ubivis gentium reperiuntur, ut est iudaica, ethnica, mahometica, haeretica, damnat et detestatur penitus, qui vere christianus est et in ipsa Christi doctrina firmiter acquiescit.

II.

2 Quo compendio christianam doctrinam licet complecti? *2*

[1v] Ut nimirum christianus ea norit et observet, quae tum ad sapientiam tum ad iustitiam spectant. Sapientia, ut AUGUSTINUS ostendit, circa virtutes versatur theologicas, ‚fidem, spem et charitatem,' quae et divinitus infunduntur et, cum in hac vita pure maximeque excoluntur, beatos homines divinosque reddunt. Iustitia vero duabus partibus: declinatione a malo et boni operatione, absolvitur. Huc enim spectat, quod propheta inquit regius: „Diverte a malo et fac bonum."

Iam ex hisce fontibus, sapientiae scilicet et iustitiae, non difficulter hauriuntur caetera, quaecunque christianae quidem institutioni atque disciplinae congruunt.

III.

3 Quid primum traditur in doctrina christiana? *3*

Fides, ianua illa nostrae salutis, sine qua Deum invenire ‖ et ‚invocare, Deo servire et 2r
placere' nullus in hac vita potest. „Credere enim oportet accedentem ad Deum" inquit Apostolus. „Qui vero non crediderit, condemnabitur" et „iam iudicatus est" ex Christi sententia.

IIII.

4 Quid fidei nomine intelligitur? *4*

„Dei donum" et lumen, quo illustratus homo firmiter assentitur atque adhaeret iis, quae, ut credantur, sunt divinitus revelata et ab ecclesia nobis proposita.

Cuiusmodi sunt: Deum esse trinum et unum, e nihilo creatum mundum, Deum factum esse hominem et pro hominibus mortem sustinuisse, Mariam et virginem et Dei matrem existere, mortuos omnes ad vitam excitandos esse, hominem ‚ex aqua et Spiritu sancto regenerari,' totum Christum in eucha-

---

A **1** Christianae doctrinae] Summa doctrinae Christianae *K* 1.2 Christianae doctrinae *om. G H L* **6** est *om. K* 1.2 **7** Qui] baptismatis sacramento initiatus *add. H* **13** in ipsa] ipsa *J* 1.2
B **9** Quod *J* 3-5 **15** crederit *J* 3-5 **28** pro hominibus] pro nobis *H L*

A **6** Act. 11,26 1 Petr. 4,16 **8** ATHANAS. c. Ar. or. 2 *PG 26*, 16B-17C *or.* 1 — CYPRIAN. ep. 2 li. 4 *PL 3*, 790A (815A) *ep.* 10 *n.* 24: *CV 3/II*, 642 *ep.* 55 De simplic. praelat. = *li. de unit. eccl. PL 4*, 503A (519A) *c.* 6: *CV 3/I*, 214 — IGNATIUS ad Magnes. *PG 5*, 665B 672A: FU *I*, 232 *c.* 4 *et* 238 *c.* 10 — *Ps.* IGNATIUS ad Magnes. *PG 5*, 769B-72A *app.*: FU *II*, 88 90 — AUGUST. tract. 113 in Joh. *PL 35*, 1933A; item Ench. c. 5 *PL 40*, 233B — *Ps.* AUGUST. ser. 181 de temp. c. 12 *PL 40*, 1196C *app. ser. de symb.* — TERTULL. de pudicitia *PL 2*, 992A (1044A) *c.* 7: *CV 20*, 231; de praescript. haeret. *PL 2*, 51A (61B) *c.* 37 **21** Eccli. 1,33 **22** AUGUST. Retr. li. 2 c. 63 *PL 32*, 655D: *CV 36*, 202 *c.* 89; Ench. c. 3 *PL 40*, 231B *c.* 2 **23** sq. 1 Cor. 13,13 **27** PROSPER: sent. 98 ex August. *PL 91*, 440C **30** Ps. 33,15 et 36,27 2 = *1* Petr. 3,11
B **12** sq. Rom. 10,14 Hebr. 11,6 *Ps.* AUGUST. ser. 38 de temp. *app. exord. ser. de symb. PL 40*, 1189D = ALCUIN. *li. de Trinit. PL 101*, 13D *sq. c.* 1 — *Ps.* AUGUST. ser. 1 de verb. Apost. *PL 39*, 1690C *ser.* 384 *c.* 4 · LEO M. ser. 4 de nativ. Dom. *PL 54*, 207C *ser.* 24 *c.* 6 **13** sq. Hebr. 11,6 **15** sq. Marc. 16,16 **16** Joh. 3,18 **22** Eph. 2,8 Hebr. 11,1 BASIL. M. in ser. de fidei confess. *PG 31*, 678D sq. — BERNARD. ep. 190 *PL 182*, 1055B sq. *c.* 1 *n.* 1 1061B-62B *c.* 4 *n.* 9 — AUGUST. c. ep. fundam. c. 5 *PL 42*, 176B: *CV 25/I*, 197 **26** 1 Joh. 5,7 **27** Gen. 1,1 Joh. 1,14 Luc. 2,7 **28** sq. Rom. 5,9 **29** sq. Concil. EPHES. I. can. 13 = CYRILLI *ep. ad Nestor.* „*Garriunt quidem*" MSI 5, 495B *ssq. c.* 6: *ACOe t. I vol. V/1*, 50 *n.* 3 Luc. 1,43 1 Cor. 15,51 ssq. **31** sq. Joh. 3,5 **32** sq. Concil. CONSTANTIENSE sess. 13 MSI 27, 727C-28B — FLORENT. MSI *31/I*, 1057C — TRIDENT. sess. 13 MSI *33*, 82A *c.* 3 *et* 84D *can.* 3; 121E *sq.* 122B *sq. c.* 1; 122D *sq. c.* 2; 123A *c.* 3; 123C *sq. can.* 1-3

ristia contineri et id genus alia religionis no-
[2v] strae veneranda myste- ‖ ria, quae divinitus revelata non humani sensus captu comprehendi, sed fide duntaxat percipi possunt.

Unde Propheta: ‹Nisi credideritis› inquit ‹non intelligetis.› Non enim spectat fides naturae ordinem, non sensuum fidit experientiae, non potentia aut ratione humana, sed virtute et autoritate divina nititur, illud plane certum habens summam aeternamque veritatem, quae Deus est, nec falli posse unquam nec fallere.

Quamobrem id fidei vel maxime proprium est, ut ‹in captivitatem redigat omnem intellectum in obsequium Christi,› ‹apud quem› non est difficile, ‹nedum impossibile omne verbum.› Haec fides lumen est animae, ostium vitae, fundamentum salutis aeternae.

V.

5 Estne brevis aliqua fidei complexio ac summa omnium nobis credendorum? 5

3r Est illa, quam duodecim apostoli suo symbolo tradiderunt, quamque in sectiones seu articulos duodecim apte distinxerunt. Dignum sane opus his autoribus, qui post Christum dominum christianae fidei praecipui et sanctissimi fundatores extitere. Quod quidem symbolum velut illustris nota est, qua christiani ab impiis, qui vel nullam vel non rectam Christi fidem profitentur, discernendi ac internoscendi sunt.

VI.

6 Qui sunt symboli huius articuli? 6

I. Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem caeli et terrae.
II. Et in Iesum Christum filium eius unicum, dominum nostrum.
III. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine.
IIII. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus.
V. Descendit ad inferos, tertia die resurre- [3v]
xit a mortuis.
VI. Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.
VII. Inde venturus est iudicare vivos et mortuos.
VIII. Credo in Spiritum sanctum.
IX. Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem.
X. Remissionem peccatorum.
XI. Carnis resurrectionem, et
XII. Vitam aeternam. Amen.

VII.

7 Quo maxime spectant haec symboli verba? 20

Eo certe, ut veram Dei divinarumque rerum cognitionem, quae ad bene beateque vivendum est cuique necessaria, succincte comprehensam habeamus. Ubi primum et praecipuum habet locum agnitio et confessio sanctissimae Trinitatis, ne ullo modo dubitetur,

---

B **22** et *om. GHJKL* 3-6 **23** Amen *om. J* **31** est] in primis *add. K* 1.2 **33** agnatio *K* 1.2

A **3** Eccli. 3,25 **4** 2 Cor. 10,5 sq. **5** sq. Is. 7,9 secundum LXX — *Ps.* BASIL. ho. in Ps. 115 *PG 30*, 104 B-105 B *n.* 1 — BASIL. M. in summa 80 Moral. c. 22 *PG 31*, 868 C — GREGOR. M. ho. 26 in evang. *PL 76*, 1197 C 1202 A *n.* 1, 8 — CHRYSOST. in 1 Cor. 1, ho. 4 *PG 61*, 31 A **14** sq. 2 Cor. 10,5 **15** ssq. Luc. 1,37 Jer. 32,17 **17** sq. EUSEBIUS EMIS. ho. 2 de symb. *Ed. Paris.* 1575 *pg.* 255 — CYRILL. HIER. catech. 5 illuminand. *PG 33*, 509 A REISCHL 138 — CHRYSOST. ser. de fide, spe et charit. *Ed. Paris.* 1570 *tom. V*, 610 D *(dub.)* — CYRILL. ALEX. li. 4 in Joh. c. 9 *PG 73*, 560 A *c.* 6 *v.* 47 **28** *Ps.* CLEMENS. ROM. ep. 1 ad *Jacob.* fratr. Dom. *PG 1*, 472 D *sq.* HI 37 *c.* 21 — AMBROS. ep. 81 *PL 16*, 1125 B (1174 A) *ep.* 42 *n.* 5 — *Ps.* AMBROS. ser. 38 *PL 17*, 671 B (693 B) *app. ser.* 33 *n.* 6 — *Ps.* AUGUST. ser. de temp. 181 *PL 40*, 1189 D *app. exord. ser. de symb.* — RUFIN. in symb. *PL 21*, 337 A *n.* 2 — IRENAEUS adv. haeres. li. 1 c. 2 = *c.* 10 *PG 7*, 549 A *ssq. n.* 1 *sq.* et li. 3 c. 4 *PG 7*, 855 B *ssq. n.* 1 *sq.* — HIERON. ad Pammach. adv. error. Joh. Hieros. *PL 23*, 380 A (396 C) *n.* 28 — LEO M. ser. 11 de pass. Dom. *PL 54*, 350 B *ser.* 62 *c.* 2 et ep. 13 ad Pulcher. *PL 54*, 794 B *ep.* 31 *c.* 4 et ser. c. Eutych. *PL 54*, 466 C *ser.* 96 *c.* 1 — MAXIMUS TAURIN. ser. de tradit. symb. *PL 57*, 433 A *sq. ho.* 83

B **3** Symbolum explicarunt: CYRILL. HIER. in cateches. illuminand. *PG 33*, 369-1060 REISCHL 28-320 — CHRYSOST. ho. 1 et 2 in symb. *Ed. Paris.* 1570 *tom. V*, 609 D-14 A *(dub.)* — RUFIN. in symb. *PL 21*, 335-86 — AUGUST. Ench. *PL 40*, 231-90 *passim* Item: de symb. ad catechum. *ser.* 1 *PL 40*, 627-37 *(genuin.)* 637-68 *(spur.)* in li. de fide et symb. *PL 40*, 181-96: *CV 41*, 1-32 — AUGUST. ser. 119 de temp. *PL 38*, 1060 *ser.* 213 — *Ps.* AUGUST. ser. de temp. 115, 123, 125, 131, 192, 193, 194 *PL 39*, 2190 2193 2180 2191 2183 2185 2187 *app. ser.* 241, 243, 235 242, 237, 238, 239 et ser. de temp. 181 *PL 40*, 1189-1202 *app. de symb.* **29** Jer. 9,24 Joh. 17,3 1 Cor. 2,1 sq. 1 Petr. 1,8 sq. Sap. 13,1

Deum, quo nihil aut maius aut melius aut
4r sapientius potest excogitari, in ‖ essentia quidem seu natura divina unum et simplicem, in personis vero tribus esse distinctum, ut alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus esse ante omnia certo credatur. Pater est, qui suum ab aeterno Filium generat, fons et opifex rerum. Filius ex Patris genitus substantia, mundi redemptor est ac salvator. Spiritus sanctus, qui et paracletus dicitur, ecclesiae seu Christi fidelium est administrator. Iam „hi tres unum sunt," hoc est unus, verus, aeternus, immensus et incomprehensibilis Deus.

Pulchre igitur huic sanctissimae simul et individuae Trinitati partes symboli tres praecipuae respondent: prima nimirum de creatione, secunda de redemptione, tertia de sanctificatione.

VIII.

8 Quid sibi vult primus symboli 7 articulus: Credo in Deum Patrem?

[4v] Ostendit nobis primum: Deum unum et in deitate primam personam esse, Patrem caelestem, aeternum, potentia maiestateque summum, cui nihil factu impossibile sit vel difficile, ‚qui vitae ac mortis potestatem omnem obtinet.'

Is ipse Pater Filium ex omni aeternitate genuit et nos hoc tempore gratiae in filios sibi adoptavit. Eius tanta vis est, ut verbo solo tam visibilia quam invisibilia produxerit ex nihilo, producta vero usque conservet atque gubernet summa cum bonitate ac sapientia, a quo et ad quem omnia. Ipse ‚Pater luminum, apud quem non est transmutatio'-„Pater misericordiarum et Deus totius consolationis;" talis demum ac tantus, ut ad nutum illius supera, terrestria, infera subito pareant, quo duce ac protectore nos in summis etiam malis atque periculis illaesi ac tuti conservamur.

IX. 5r

9 Quid habet secundus articulus: 8 Credo in Iesum Christum?

Commonstrat secundam in deitate personam, ‚Iesum Christum verum Deum et verum hominem, dictum quidem Iesum, hoc est salvatorem populi sui' et Christum, id est ‚unctum Spiritu sancto' ac ‚plenum omni gratia et veritate,' messiam, regem et pontificem nostrum, qui ‚primatum tenet' in omnibus et in quo corporaliter inhabitat omnis plenitudo divinitatis.

Ostendit eundem esse Filium Dei unicum a Patre natum, ab aeterno genitum, naturalem, consubstantialem et ei prorsus aequalem secundum divinitatem, Dominum vero nostrum et omnium in ipsum credentium, ut quos ipse perditos ex servitute satanae ultro liberavit, quosque iugo peccati et damnationis obnoxios liberalissime redemit.

Is impiis quoque dominatur; ‚omnia enim [5v]
pedibus eius subiecta sunt.' Tum vero maxime ‚Dominum dominantium et regem regum' se improbis ac universo mundo palam declarabit, cum hostes ad unum omnes quamvis invitos suae subiiciet potestati ac veluti ‚paleam igne comburet inextinguibili.'— ‚Hic dilectus Filius,' hic noster ‚Emanuel' et ‚audiendus praeceptor;' — „nec aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo nos salvos fieri oporteat."

X.

10 Quid credendum proponit 9 tertius articulus: Conceptus est de Spiritu sancto?

Eundem testatur Dominum, qui iam inde

B **30** invitus *J* 3-5

A **1** sq. AUGUST. Conf. li. 1 c. 4 *PL 32*, 662B: *CV 33*, 3 *sq.* **4** AUGUST. li. de fide et symb. c. 9 *PL 40*, 189A *sq. n.* 16 *sq.*: *CV 41*, 18 *sq.* **5** Matth. 28, 19 *Ps.* ATHANAS. in symb. *PG. 28*, 1582A-83C *form. I.* **7** Ps. 109, 3 Hebr. 1, 5 **9** 1 Joh. 4, 10. 14 **10** Joh. 14, 16. 17. 26 15, 26 16, 7 **12** 1 Joh. 5, 7 sq. **13** 1 Tim. 1, 17 6, 15 sq. Jer. 32, 19 ssq. **24** Deut. 6, 4 **25** sq. Matth. 6, 9 1 Tim. 1, 17 **27** sq. Gen. 1, 1. 3. 6 ssq. Is. 53, 1 Job 37, 5. 14 ssq. Eccle. 3, 11 Luc. 1, 37 Jer. 32, 17 **28** sq. Sap. 16, 13 1 Reg. 2, 6 **30** Ps. 2, 7 Hebr. 1, 5 **31** sq. Rom. 8, 15 **32** sq. Ps. 32, 6 **33** Col. 1, 16 **34** sq. Matth. 6, 26. 28-30 Hebr. 13, 5 sq. **36** sq. 1 Tim. 4, 10 6, 15 sq. Rom. 11, 36 Jac. 1, 17 **37** sq. 2 Cor. 1, 3 Act. 14, 14-16 **40** Job 41, 2 **41** Luc. 12, 7 Gen. 17, 1-10 Ps. 26, 1 ssq. 90, 1 ssq. 124, 1 sq.

B **1** 1 Cor. 10, 13 Eccli. 33, 1 **9** ssq. 1 Joh. 5, 20 Luc. 1, 31 2, 21 Matth. 1, 21 Is. 9, 6 **11** sq. Luc. 4, 18 Ps. 44, 8 88, 21 Act. 4, 27 10, 38 1 Reg. 9, 16 10, 1 16, 1. 3. 6. 13 **12** sq. Joh. 1, 14. 41 Apoc. 17, 14 19, 16 **13** Hebr. 3, 1 5, 5 1 Petr. 2, 25 **14** sq. Col. 1, 18 2, 9 Eph. 1, 3. 23 **17** Joh. 10, 36 **18** sq. Hebr. 1, 5 sq. Apoc. 1, 17 sq. Matth. 28, 18 Dan. 7, 13 sq. Phil. 2, 5-11 **22** ssq. Luc. 15, 4-7 11, 14 Rom. 8, 2 ssq. 1 Cor. 6, 20 1 Petr. 1, 18 sq. **25** sq. Ps. 8, 8 Rom. 14, 8 **27** Apoc. 19, 16 17, 14 **28** sq. Matth. 25, 31 1 Cor. 15, 24-27 Ps. 109, 1 sq. **31** sq. Luc. 3, 17 Matth. 3, 12 **32** sq. Matth. 17, 5 Matth. 1, 23 Is. 7, 14 Luc. 20, 13 **33** ssq. Act. 4, 12 **41** ssq. Mich. 5, 2 Joh. 1, 1-14 16, 28 Is. 53, 8

ab aeterno genitus a Deo Patre sine matre fuit, propter nos de caelis descendisse et humanam assumpsisse naturam, qua temporaliter et conceptus sit in Nazareth et ‹sub
6r Caesare Augusto in Bethleem natus' sine patre ex illibata Virgine, operante scilicet in illa sic Spiritus sancti virtute, ut (quod admirationem omnem excedit) Verbum caro et Deus homo fieret atque Maria simul Dei mater et virgo esset.

Haec filii Dei temporalis conceptio et generatio humanae salutis ac redemptionis primordia continet nostraeque est forma regenerationis. Qua fit, ut maledicti Adae filii ‹‹de immundo semine concepti›› et ‹‹irae filii›› nati purificemur, tum ut e carnalibus spirituales ac plane ‹filii Dei' efficiamur in Christo, cui Pater aeternus ‹‹conformes fieri›› voluit electos, ‹‹ut sit ipse,›› quemadmodum Paulus ait, ‹‹in multis fratribus primogenitus.››

XI.

11 Quid continet articulus *10* quartus: Passus sub Pontio Pilato?

[6v] Ostendit Christum, cum praeclare docendi et miracula patrandi finem fecisset, suum pro nobis, qui perieramus, redimendis agonem tandem absolvisse. Itaque licet ‹agnus' esset absque macula innocentissimus, imo et Deus simul immortalis, tamen ut charitatem erga nos suam maximam declararet, passus est ille volens a scelestissimis extrema et acerbissima quaeque; unde nec iudicium impii iudicis Pilati, quamvis iniquissimum, neque crucem probrosissimum supplicii genus defugit, mortem pro nobis crudelissimam adiens et sepulturam in alieno etiam monumento delatam non recusans, totum ut se vivens moriens donaret atque impenderet mortalibus.

Quae Christi passio, sanguis, crux, vulnera et mors peccatoribus consolationem, sanitatem, virtutem et vitam continue ex- ‖ hi- 7r
bent ‹si tamen paremus et conpatimur capiti, ut ita simul et conglorificemur.' — ‹‹Consummatus›› enim ‹‹factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae.››

XII.

12 Quis usus et fructus in eo est, — quod crucem Christi digitis efformamus et ea frontem consignamus?

Hunc sane ritum et veterum pietas et constans ecclesiae consuetudo nobis commendat. Ac primum hinc excitamur ad gratam memoriam summi mysterii atque beneficii, quod nobis in cruce peractum ac amplissime donatum fuit.

Deinde provocamur ad veram sanctamque gloriam et totius salutis nostrae anchoram in cruce Domini nostri defigendam.

Est hoc praeterea testimonium nos cum inimicis crucis Christi, Iudaeis ac ethnicis, nihil habere commune, sed contra hos omnes libere profiteri, quem colimus, dominum Ie- [7v]
sum et hunc crucifixum.

Hoc etiam signaculo ad patientiae studium

A **14** Qua] Ea *K*1.2 **17** efficimur *J* *B* **17** Qui *K*2 **34** et hunc] hunc *J*3-5

A **2** sq. Joh. 6,38 Gal. 4,4 Rom. 1,3 **4** sq. Luc. 1,31 2,4-20 **6** Is. 7,14 Jer. 31,22 **7** Matth. 1,18.25 **9** sq. Concil. Ephes. I. can. 13 Msi *5*, 495B *ssq. c.* 6: *ACOe tom. I. vol. V/I*, 50 *n.* 3 **10** Hieron. in Helvid. *PL 23*, 183-206 (193-216) — Ambros. in ep. 81 *PL 16*, 1125B-26B (1173B-75A) *ep.* 42 *n.* 4-7 Ez. 44,2 sq. **12** ssq. Joh. 3,5 1 Petr. 2,5 3,20 sq. Hebr. 2,3 sq. 7,25 Tit. 3,5 **15** Job 14,4 Eph. 2,3 **17** Rom. 6,2 ssq. 8,4.12-17 **18** ssq. Rom. 8,29 **27** Act. 10,37 **29** Matth. 27,26-50 Marc. 15,15-37 Is. 50,6 sq. 53,2 ssq. **30** Joh. 1,29.36 **31** Hebr. 7,26 1 Petr. 1,19 2,22 **32** Apoc. 1,18 1 Tim. 6,13.16 Rom. 5,8 Joh. 15,9 **33** Joh. 3,14 12,32 sq. **34** Joh. 18,3 ssq. 19,6 **35** Matth. 27,2.26 Marc. 15,15 Luc. 23,24 sq.

B **1** sq. Joh. 19,11 Act. 13,28 **3** Sap. 2,20 Hebr. 12,2 Phil. 2,5-8 Rom. 5,6 ssq. **4** Matth. 27,60 **5** sq. Tit. 2,14 Gal. 1,4 Is. 53,12 **7** 1 Petr. 1,19 1 Joh. 1,7 Apoc. 1,5 Eph. 1,7 **8** 2 Cor. 1,5 2 Tim. 2,11 sq. **10** sq. Rom. 8,17 **11** ssq. Hebr. 5,9 **21** Tertull. de cor. mil. *PL* 2,80A (99A) *c.* 3 — Basil. M. de Spir. s. c. 27 *PG 32*, 188B — August. de catechiz. rud. c. 20 *PL 40*, 335D *n.* 34 et tr. in Joh. 118 *PL 35*, 1950B *n.* 5 — Gregor. Naz. or. 1 in Julian. *PG 35*, 577B-80B *or.* 4 *c.* 54-56 — Hieron. ep. ad Eustoch. de cust. virgin. *PL* 22, 421C *ep.* 22 *n.* 37: *CV 54*, 202 et ad Fabiol. de veste sacerd. *PL 22*, 621C *ep.* 64 *n.* 22: *CV 54*, 613 *n.* 21 et in c. 9 Ezech. *PL 25*, 88A *sq.* (88B 89A) — Chrysost. ho. 12 in 1 Cor. *PG 61*, 106C *ssq.* et 55 in Matth. *PG 58*, 537B-38B *ho.* 54 *n.* 4,5 — Cassiodor. hist. tripart. li 6 c. 1 *PL 69*, 1030A *sq.* — Ephraem Syr. in ser. de cruce *Ed. Colon.* 1603 *pg.* 700A-701A: *AG II.* 248B-50B — *Ps.* Origenes ho. 8 in diversa ev. Ge. *t. II*, 289CD — Rufin. hist. eccl. li. 1 c. 29 *PL 21*, 537A — Nicephor. *hist. eccl.* li. 18 c. 20 *PG 147*, 369A — Cyrill. Hier. catech. 4 et 13 illuminand. *PG 33*, 472B *c.* 13 *sq.* 816A *sq. c.* 35,36 Reischl 104 *et* Rupp 96 *sq. n.* 35 *sq.* — Chrysost. in demonstr. adv. gent., quod Chr. sit Deus *PG 48*, 826A *sq. et* D *n.* 9 *sq.*

incitamur, ut si aeternae gloriae cupidi sumus (esse vero debemus omnes) crucem, quam colimus, et viam crucis duce Christo non gravatim amplectamur.

Neque minus arma hinc victricia petimus adversus satanam olim crucis virtute prostratum, imo et contra omnes nostrae salutis adversarios ita communimur.

Demum ut auspicatius ordiamur et maiorem in rebus gerendis successum experiamur, hoc crucis illustre trophaeum arripimus et in hoc signo victuri saepe dicere non dubitamus: „In nomine † Patris et Filii et Spiritus sancti."

XIII.

13 **Quid credendum profert quintus articulus: Descendit ad inferos et resurrexit?** *11*

8r Christum docet, postquam mortuus esset in cruce, secundum animam quidem ad inferos usque penetrasse, tum ut mortis ac satanae devictorem, tum ut patrum in limbo sedentium liberatorem sese declararet; secundum corpus autem, quo iacuerat in sepulchro, tertio post die, cum triumphator ex inferis redire vellet, eundem ad vitam sua vi immortalem ac gloriosum „primogenitum ex mortuis" resurrexisse.

Quo admirabili opere consolatur ac docet, electos de potestate satanae, mortis et inferni liberari eamque resurgendi gratiam omnibus offert atque commendat, ut vere credentes in Christum de vitiis ad virtutem, a morte peccati ad vitam gratiae, in fine porro saeculorum omnium de morte corporis ad vitam immortalem resurgant. Nam „qui suscitavit Iesum, et nos cum Iesu suscitabit."

XIIII. [8v]

14 **Quid adfert sextus articulus: Ascendit ad caelos?** *12*

Absoluto humanae redemptionis opere dominum Iesum ostendit, postquam redivivus ille suis apparuisset multisque argumentis resurrectionis suae veritatem confirmasset, demum quadragesimo die in caelum ascendisse, ut secundum naturam humanam super omnia exaltaretur et unus omnium maxime ab omnibus celebraretur. „Sedet igitur dominus Iesus in caelis ad dexteram virtutis Dei' parem cum Patre potestatem exercens, gubernans omnia divinaque maiestate resplendens penitus, quod est nimirum ad Patris sedere dexteram.

Haec laeta Christi ascensio nostrae fidei ac spei certitudo est, ut quo caput praecessit prostratis semel hostibus, eodem membra etiam, si capiti modo pare- ‖ ant et inhaereant 9r suo, perventura esse maxime confidamus. „Vado" inquit „parare vobis locum."

XV.

15 **Quid credendum exhibet septimus articulus: Inde venturus est iudicare?** *13*

Proponit extremum iudicii diem, quando Christus in humana carne rursus a summo caelo descendet ac tremendum aget iudicem totius orbis et palam „unicuique reddet secundum opera sua.' Iudicabit igitur „in sede maiestatis suae' ad unum omnes probos ac improbos, sive quos iudicii dies illa „vivos adhuc in carne' vel antea mortuos offendet.

Unde admonemur eo cautius rectiusque nobis vivendum esse, quo certius persuasum ha-

A **13** †] *om. J* 3-5

A **3** Matth. 16,24 Luc. 9,23 1Petr. 3,10sq. 2,21 **5**sq. ATHANAS. in vita b. Anton. *PG 26*, 857B 893B *n.* 9, 35 — HIERON. in vita b. Hilar. *PL 23*, 31C *sq.* (32B) 49B *sq.* (51A) *n.* 6, 40 — *Ps.* IGNAT. ad Philipp. *PG 5*, 924A *app. c.* 3 Fu *II*, 109 — *Ps.* AMBROS. ser. 43 *Ed. Paris.* 1569 *col.* 738A **11** EUSEB. CAES. de vita Constantini li. 1 *PG 20*, 944A-56A c. 28-40: *CB 7*, 21-26 — NICEPHOR. CALLIST. *hist. eccl.* li. 8 c. 3 *PG 146*, 16B *sq.* et li. 7 c. 47 et 49 *PG 145*, 1324B 1327A **13** *Matth. 28*, 19 **21**ssq. Ps. 15, 10 Zach. 9, 11 1Petr. 3, 18 Col. 2, 14sq. Eccli. 24, 45 Act. 2, 31sq. **22** Os. 13, 14 **23**sq. IREN. *adv. haeres.* li. 5 in fine *PG 7*, 1208B-10A *c.* 21 — AUGUST. ep. 99 *PL 33*, 709D-11A *ep.* 164 *c.* 2, 3 *n.* 3, 5, 6: *CV 44*, 523 *sq.* 525 *sq.* Ep. 57 *PL 33*, 834A *sq. ep.* 187 *c.* 2 *n.* 5, 6: *CV 57*, 84 *sq.* et de civ. Dei li. 20 c. 15 *PL 41*, 681B: *CV 40/II*, 464 — *Ps.* AUGUST. ser. 137 de temp. *PL 39*, 2059C-60B *app. ser.* 160 *n.* 1, 2 — HIERON. in c. 4 ad Eph. *PL 26*, 499A (531A) *v.* 9 et in Os. 13 *PL 25*, 937B *v.* 14 **26** Matth. 12, 40 Hebr. 2, 14 Marc. 16, 6. 14 Joh. 2, 22 1 Cor. 15, 4. 16sq. 20 **28** Apoc. 1, 5. 18 Col. 1, 18 **34**sq. Rom. 6, 4. 16 Col. 3, 1-13 Phil. 3, 20sq. Eph. 4, 20 1 Petr. 1, 3 **36** 1 Cor. 15, 22sq. **37**sq. 2 Cor. 4, 14 1 Thess. 4, 13

B **9**ssq. Ps. 67, 19 46, 6 8, 2 Marc. 16, 19 Joh. 3, 13 Act. 1, 3. 9 Eph. 4, 8ssq. 2, 5sq. 1, 20ssq. Col. 3, 1sq. Hebr. 1, 3. 4. 13 1Petr. 2, 4 1Joh. 2, 1sq. Joh. 20, 17 **12**sq. Ps. 109, 1 Act. 7, 55 Luc. 22, 69 **14** 1Cor. 15, 25 Matth. 28, 18 **16** Eph. 1, 20sq. AUGUST. li. de fide et symb. c. 7 *PL 40*, 188B *sq. n.* 14: *CV 41*, 16 **21** Hebr. 5, 9 Rom. 8, 16sq. 2Tim. 2, 11 Joh. 15, 6sq. **23** Joh. 14, 2 **29** Ps. 96, 2 Is. 3, 13sq. 66, 16 Soph. 1, 14ssq. Mal. 4, 1ssq. Joel 3, 2. 12 **31** Matth. 25, 31-46 24, 30. 31. 42. 50 16, 27 Luc. 21, 27 Act. 10, 42 **32**sq. Matth. 16, 27 **33**sq. Rom. 2, 6 **35** 1Thess. 4, 14. 16 5, 2 2Petr. 3, 10 1Cor. 15, 52 2Thess. 2, 1. 8ssq.

bemus nostras actiones, cogitationes et vitae rationes omnes ob oculos cuncta cernentis et
[9v] aequissime iudicantis Dei usque versari. ‖ Etenim aequus et iustus est ‹scrutator ille cordium› et vindex iniquitatum, ‹ante cuius tribunal manifestari nos omnes oportet, ut unusquisque, prout gessit suo in corpore sive bonum sive malum ab illo recipiat.› Qui nec boni quicquam in hac vita gestum suo praemio defraudabit nec perperam facta ulla impune sinet abire.

XVI.

16 Quae summa est articulorum *14* de secunda in deitate persona?

Haec summa est Christum verum Deum et hominem esse, qui mirificum redemptionis humanae opus sit aggressus atque perfecerit, ut idem sit ipse nobis ‹‹via, veritas et vita,›› per quem unum, cum periissemus omnes, salvati et liberati Deoque Patri reconciliati sumus.

10r De cuius quidem redemptionis beneficio ac vero usu ita scriptum est: ‹‹Apparuit gratia Dei salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem et secularia desideria sobrie et iuste et pie vivamus in hoc seculo expectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei et salvatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.›› Sic apostolus Paulus. Et alibi: ‹‹Ipsius (Dei) sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparavit Deus, ut in illis ambulemus.›› Atque iterum: ‹‹Pro omnibus mortuus est Christus›› inquit ‹‹ut et qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit.››

Quare cavendus illorum est error maxime, qui Christum non integre, sed veluti mutilatum confitentur, dum solum ‹mediatorem› illum et ‹redemptorem,› cui fidamus, agnoscunt; ‖ nec simul recipiunt eum et ‹legislatorem,› cuius iussis obtemperemus et virtutum ‹exemplar› omnium, quod imitemur et iustum iudicem, qui debitum cuiusque operi praemium aut supplicium certo rependat. [10v]

XVII.

17 Quid docet octavus articulus: *15* Credo in Spiritum sanctum?

Subiungit tertiam in deitate personam, Spiritum sanctum, qui ex Patre Filioque procedens, verus, utrique coaeternus, coaequalis, consubstantialis Deus existit et eadem fide parique cultu et honore colendus est.

Hic ille ‹paracletus et doctor veritatis› qui corda credentium gratia sua suisque donis illustrat, purificat, sanctificat et in omni sanctitate confirmat. ‹‹Hic est pignus haereditatis nostrae,›› qui ‹‹adiuvat infirmitatem nostram›› et ‹singulis, prout vult, varias donationes suas distribuit impertitque.›

XVIII. 11r

18 Quid addit articulus nonus: *16* Credo ecclesiam sanctam catholicam?

Ostendit ecclesiam, id est cunctorum Christi fidelium visibilem congregationem, pro qua Dei Filius hominis natura suscepta cuncta et fecit et pertulit. Eamque docet primum ‹unam esse et consentientem in fide› fideique doctrina et administratione sacramentorum, quaeque ‹sub uno capite suo Christo› unoque

---

A **1** Matth. 12,36 ssq. Sap. 1,8-11 Is. 66,18 Apoc. 20,11 ssq. BASIL. M. ep. ad virg. laps. *PG 32*, 380 A *ep.* 46 **2** Eccli. 12,4 Rom. 2,5 sq. **4** Jer. 17,9 sq. Hebr. 4,12 sq. Gal. 6,8 ssq. 1 Thess. 4,6 Eccle. 12,14 **5** ssq. 2 Cor. 5,10 Rom. 14,10 **9** Matth. 10,41 sq. Job 24,12 **18** Joh. 1,1.14 1 Joh. 5,1 **19** Eph. 1,7 **21** Joh. 14,6 **22** Rom. 5,10 ssq. Apoc. 1,5 sq. 1 Tim. 2,5 sq. Rom. 3,24 sq. **26** ssq. Tit. 2,11 ssq. **36** ssq. Eph. 2,10 **39** ssq. 2 Cor. 5,15

B **5** 1 Tim. 2,5 sq. **6** Rom. 3,24 **7** Is. 33,22 Jac. 4,12 **9** sq. Joh. 13,15 1 Joh. 2,6 1 Petr. 2,21 2 Tim. 4,8 **10** Rom. 2,5 sq. **17** Symb. Concil. CONSTANTINOP. II. MSI 3, 565 B *sq.* et Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1030 D 1031 A Gen. 1,2 Ps. 103,30 Job 24=*34*,14 Matth. 28,19 Joh. 1,32 sq. **22** sq. Joh. 14,16.17.26 16,7 ssq. 13 ssq. 1 Joh. 5,6 ssq. Rom, 8,9-11.14-16.26 sq. 2 Cor. 3,17 1 Cor. 6,19 et 3,16 Ps. 50,13 Is. 11,2 sq. **23** sq. Gal. 5,22 Rom. 5,5 **25** sq. Eph. 1,13 sq. **26** sq. Rom. 8,26 **27** sq. 1 Cor. 12,7-11 **35** Matth. 5,14 ssq. Is. 60,1-3.11-15 et 2,2 sq. Ps. 18,5 sq. AUGUST. tr. 1 in ep. 1 Joh. 2 *PL 35*, 1987 D-88 C *n.* 12 et in Ps. 30 cont. 2 *PL 36*, 244 A *n. 8 sq.* — *Ps.* AUGUST. de unit. eccl. c. 14 *PL 43*, 422 C *c.* 16 *n.* 40 — CHRYSOST. ho. 4 de verb. Is. *PG 56*, 122 A **38** Joh. 11,51 sq. 10,16 17,11 Cant. 6,8 1 Cor. 1,10 12,12.15-27 **40** Eph. 4,5.15 CYPR. de simpl. praelat. *PL 4*, 500 A-503 A (515 A-19 A) *c.* 4-6: *CV 3/I*, 213 *sq.* — IRENAEUS *adv. haer.* li. 1 c. 3 *PG 7*, 552 A *ssq. c.* 10 *n.* 2 HIERON. ep. 123 ad Geront. de monogam. *PL 22*, 1053 C *sq. n.* 12: *CV 56*, 84 *n.* 11 — CHRYSOST. ho. 1 in 1 Cor. *PG 61*, 13 B *c.* 1

vices eius in terris gerente pontifice maximo regitur ac in unitate conservatur.

Deinde hanc sanctam esse praedicat, quia per Spiritum sanctum ‚a Christo usque sanctificatur,' ut sancti homines et sanctae leges [11v] nunquam in illa de- ‖ sint. Nec ullus extra huius consortium sanctitatis particeps esse potest.

Tertio esse catholicam, id est universalem adeo, ut per orbem longe lateque diffusa omnes omnium temporum, locorum ac nationum homines, qui modo in Christi fide ac doctrina conveniunt, uno quasi materno sinu excipiat, concludat ac salvet.

Quarto esse in eadem ecclesia sanctorum communionem, ut qui in ecclesia veluti domo Dei familiaque versantur, societatem quandam inter se et unionem servent individuam et ‚sicuti unius corporis membra mutuis officiis, meritis et orationibus' se invicem iuvent. Apud hos est unitas fidei, doctrina consentiens, conformis usus sacramentorum, qui etiam qualescunque demum quorundam erro- 12r res aut dissensiones incidant, ‖ „solliciti" sunt „servare unitatem spiritus in vinculo pacis." In qua quidem communione non modo sancti ecclesiae militantis in terra peregrinantes, verum etiam beati omnes ecclesiae cum Christo in caelis felicissime triumphantis ac insuper piorum animae, quae ex hac vita egressae, nondum tamen illam beatorum felicitatem sunt consecutae, simul comprehenduntur.

Extra hanc sanctorum communionem (sicut extra Noë arcam) certum quidem exitium, nulla vero salus mortalibus, non Iudaeis aut ethnicis, qui fidem ecclesiae nunquam receperunt, non haereticis, qui receptam deseruerunt vel corruperunt, non schismaticis, qui pacem et unitatem ecclesiae reliquerunt, postremo neque excommunicatis, qui qualibet alia gravi de causa id meruerunt, ut ab ecclesiae corpore ceu per- ‖ niciosa quaedam mem- [12v] bra praescinderentur ac separarentur. Atque istiusmodi omnes, quoniam ad ecclesiam eiusque sanctam communionem non pertinent, divinae gratiae et salutis aeternae non possunt esse participes, nisi ecclesiae, a qua suo illi vitio sunt semel avulsi, primum reconcilientur atque restituantur. Certa est enim CYPRIANI et AUGUSTINI regula: Non habebit Deum patrem, qui ecclesiam noluerit habere matrem.

A **26** qua *om. J* 1.2

A **1** CYPRIAN. de simpl. praelat. *PL 4*, 497 A-500 A (512 A-15 A) *c.* 3 *sq.*: *CV 3/I*, 211-13; et li. 1 ep. 3 *PL 3*, 802 B *sq.* 805 A-806 A *sq.* 818 A-21 A (828 B-31 A 832 A *sq.* 844 A-47 A) *ep.* 12 *c.* 5 *sq.* 7, 14: *CV 3/II*, 671 *sq.* 673 *sq.* 674 683 *ep.* 59; li. 4 ep. 9 *PL 4*, 403 A *sq.* 406 A *sq.* (415 B *sq.* 418 B *ssq.*) *ep.* 69 *c.* 4, 5, 8: *CV 3/II*, 729 *sq.* 732 *sq. ep.* 66 — IRENAEUS *adv. haer.* li. 3 c. 3 *PG 7*, 849 A *n.* 2 — HIERON. ad Damas. ep. 57 et 58 *PL 22*, 355 D *et* 359 A *ep.* 15 *n.* 2 *ep.* 16 *n.* 2: *CV 54*, 63 *sq.* 69 — LEO M. ep. 89 ad Vienn. *PL 54*, 628 B-30 C *ep.* 10 *c.* 1-3 — GREGOR. M. li. 35 Moral. c. 6 *PL 76*, 756 C *n.* 13 **3** Eph. 5, 23. 26 Cant. 4, 7 1 Petr. 2, 9 *sq.* — AUGUST. in Ench. c. 56 *PL 40*, 258 D *n.* 15 et in Ps. 85 *PL 37*, 1084 B *n.* 4 — BERNARD. ser. 3 in Vig. *nat. Dom. PL 183*, 94 D *n.* 1: *XB I/1*, 85 **4** IRENAEUS *adv. haeres.* li. 3 c. 40 *PG 7*, 966 B *ssq. n.* 1 *sq.* **9** Act. 1, 8 Gen. 22, 17 sq. Marc. 16, 15 Luc. 24, 47 Matth. 28, 19 sq. 16, 18 — AUGUST. ep. 7 = 170 *et ep.* 166 *PL 33*, 194 B 401 C *ep.* 52 *n.* 1 *ep.* 105 *c.* 4 *n.* 14 *sq.*: *CV 34/II*, 149 *sq.* 605-607 C. ep. fundam. c. 4 *PL 42*, 175 B *sq.*: *CV 25/I*, 196 *n.* 4; li. de vera relig. c. 7 *PL 34*, 128 C *n.* 12 — VINCENT. LIRIN. *Commonit. prim. PL 50*, 640 B *ssq.* 665 A *sq. c.* 2. 20 — HIER. c. Lucif. *PL 23*, 181 B *sq.* (190 C) *n.* 28 — BEDA in c. 6 Cant. *PL 91*, 1182 C **15** sq. Eph. 4, 12. 13. 16 Ps. 118, 63 Col. 1, 4 Phil. 1, 1 2 Cor. 8, 12-15 1 Joh. 1, 3. 7 **19** sq. Rom. 12, 4 1 Cor. 12, 12 — AUGUST. tr. 32 in Joh. *PL 35*, 1645 D *sq. c.* 7 *n.* 7 *sq.* — EUSEB. CAES. hist. eccl. li. 7 c. 19 *PG 20*, 692 C-96 C *c.* 24: *CB 9/II*, 684-90 **21** sq. AUG. c. Donat. li. 2 c. 6 *PL 43*, 130 D 132 B *n.* 7, 9: *CV 51*, 181 *sq.* 184; Ep. 19 *PL 33*, 278 C, *ep.* 82 *c.* 2 *n.* 7 *sq.*: *CV 34/II*, 356 *ssq.* Item de vera relig. c. 6 *PL 34*, 128 A *n.* 11 **24** sq. Eph. 4, 3

26 *Ps.* AUGUST. ser. 181 de temp. c. 13 *PL 40*, 1197 A *app. de symb. c.* 13 Ench. c. 56 *PL 40*, 258 D *n.* 15

B **3** AUGUST. de civ. Dei li. 20 c. 9 *PL 41*, 674 A *n.* 2: *CV 40/II*, 451 — GREGOR. M. li. 4 Dial. c. 39 *PL 77*, 396 A *ssq.* **9** ssq. Gen. 7, 23 1 Petr. 3, 20 Is. 60, 12 — IRENAEUS *adv. haeres.* li. 4 c. 43 *PG 7*, 1053 C *sq. c.* 26 *n.* 2 — AUGUST. ep. 50 *PL 33*, 811 B *ep.* 185 *c.* 9 *n.* 42 815 A *c.* 11 *n.* 50: *CV 57*, 36 *sq.* 43 *sq.* Ep. 152 *PL 33*, 579 D *ep.* 141 *n.* 5: *CV 44*, 238 — *Ps.* AUGUST. de unit. eccl. c. 4 *PL 43*, 396 A *n.* 7 et c. 16 *PL 43*, 429 C *c.* 19 *n.* 49 — (AUGUST. vel) FULGENTIUS de fide ad Petr. c. 37, 38, 39 *PL 65*, 703 D 704 A *sq.* — GREGOR. M. 14 Moral. c. 2 *PL 75*, 1043 B *c.* 5 — CHRYSOST. *ho.* 11 in ep. ad Eph. *PG 62*, 85 C *sq.* 87 A *c.* 4 — Concil. LATERAN. IV. can. 1 MSI 22, 981/82 D *sq.* 1 Joh. 2, 18 sq. Joh. 6, 67 sq. 13, 30 Judas 18 sq. **15** sq. 1 Cor. 5, 3-5. 9 1 Tim. 1, 19 sq. Num. 12, 12. 15 Matth. 18, 6. 17 **17** CYPRIAN. li. 1 ep. 11 *PL 4*, 371 A (381 B *sq.*) *ep.* 62 *c.* 4: *CV 3/II*, 476 *sq. ep.* 4 *n.* 4 — AUGUST. c. adv legis et proph. li. 1 c. 17 *PL 42*, 623 B *n.* 36 2 Joh. 9 sq. 2 Thess. 3, 6. 14 **20** *Ps.* AUGUST. ser. 181 de temp. c. 12 *PL 40*, 1196 C *app. ser. de symb.* — AUGUST. in Ps. 88 cont. 2 *PL 37*, 1140 C *n.* 14 — Item ep. 204 *PL 33*, 755 D *ep.* 173 *n.* 6: *CV 44*, 644 **24** CYPRIAN. li. 1 ep. 1 *PL 3*, 834 A *sq.* (861 A) *ep.* 13 *c.* 3, 4: *CV 3/II*, 694 *ep.* 60; et li. 4 ep. 2 *PL 3*, 794 B (820 A) *ep.* 10 *c.* 29: *CV 3/II*, 647 *ep.* 55 — De simpl. praelat. *PL 4*, 503 A 506 A 510 A *sq.* 511 A 513 A 515 A 517 B *sq.* (519 A 521 C *sq.* 526 A 527 A 529 B 531 A 534 A) *c.* 6, 8, 13, 14, 17, 19, 23: *CV 3/I*, 214 217 222 223 226 227 231 — *Ps.* AUGUST. li. 4 de symb. ad catech. *c.* 10 *PL 40*, 668 C *c.* 13

XIX.

19 **Quid proponit articulus decimus?** *17*

‚Remissionem peccatorum,' qua sine iustus et salvus esse nullus potest. Hunc autem vere divitem thesaurum Christus nobis acerba morte suoque precioso sanguine comparavit, totus ut mundus peccatis eorumque poenis perpetuis liberaretur.

13[r] Cuius quidem thesauri per Christi gratiam participes duntaxat fiunt ii, qui se fide et baptismo ad Christi adiungunt ecclesiam et in eius unitate obedientiaque persistunt; deinde qui de commissis post baptismum peccatis poenitentiam serio agunt et iis adversus peccata pharmacis, quae Christus instituit, hoc est sacramentis, convenienter utuntur.

Atque huc spectat potestas, ut vocant clavium, quam Christus ad remittenda peccata ministris ecclesiae et in primis apostolo Petro eiusque successoribus legitimis, utpote summis ecclesiae rectoribus, commendavit.

XX.

20 **Quid habet undecimus articulus?** *18*

Carnis resurrectionem, quae in novissimo die bonis malisque continget. Nam corpus hoc, [13[v]] quod ‖ fragile, caducum multisque morbis et perpetuis aerumnis obnoxium et post mortem quoque vermibus exedendum circumferimus, tum reviviscet, cum in extremo illo die mortui omnes ‚Christo vocante iudice' simul ad vitam et iudicium excitabuntur. Igitur „ante Christi tribunal" in carne cuncti apparebunt, ut citra exceptionem ‚unusquisque „prout gessit" in corpore suo, quod illi reddetur integrum „sive bonum sive malum" recipiat.'

„Procedent autem, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii" et „in supplicium aeternum."

Hac fide vir bonus et patiens in aerumnis se vel maximis consolatur, ut in supremo etiam vitae agone dicat: „Scio, quod redemptor meus vivit et in novissimo die de terra surrecturus sum et rursum circundabor pelle mea et in carne mea videbo Deum." Prudentes illi sane, qui terrena ‖ haec et moribunda 14[r] membra in iustitiae ac virtutis ‚servitutem redigunt' quique corpus hoc veluti vas purum beatae praeparant immortalitati.

XXI.

21 **Quis est postremus articulus?** *19*

De vita aeterna, quam electis post mortem superesse minime dubitemus. Atque hic fructus et finis est fidei, spei, patientiae et exercitationis christianae. Cuius vitae consequendae causa nullum pietatis opus arduum, nullus labor gravis, nullus dolor acerbus, nullum in agendo patiendoque tempus diuturnum ac molestum vere credenti debet existimari. Quod si vita hac, quae calamitatis alioquin plena est, nihil dulcius ac optabilius ducitur, quanto illa demum potior habenda est, quae ab omni malorum sensu et metu procul abest, quae caelestibus et ineffabilibus sine fine gaudiis, ‖ delitiis ac vo- [14[v]] luptatibus omni ex parte semper abundat.

B **12** rursus *K*1.2 **20** Quid *K*1.2 postremus] symboli *add. K*1.2 **26** in] recte *add. K*1.2

A **4** ssq. Is. 33,22.24 Matth. 1,21 et 9,2.6 Apoc. 1,5 Luc. 24,47 Act. 10,43 Hebr. 9,11-15 1 Joh. 1,7 ssq. Eph. 1,7 Col. 1,14 Hebr 1,3 **11** Act. 2,38 8,36 ssq. Marc. 16,16 Joh. 3,5 AUG. Ench. c. 65 *PL 40*, 262 D et de verb. Dom. ser. 11 *c.* 20,22 *PL 38*, 463 BD 465 C *ser.* 71 *n.* 33,36 **14** sq. 2 Cor. 12,21 Act. 8,22 Joh. 20,23 Apoc. 2,5 **18** HIERON. ep. 1 ad Heliod. *PL* 22, 352 A *ep.* 14 *n.* 8: *CV 54*, 55 — AUGUST. *ho.* 49 et 50 *PL 39*, 1711 A *ser.* 392 c. 3 1545 B *ser.* 351 *c.* 4 *n.* 9 — CHRYS. de sacerdot. li. 4 *PG 48*, 643 A *sq.* — CYPR. *ep. synod. de laps.* li. 1 ep. 2 *PL 3*, 854 A *sq.* (880 A *sq.*) *c.* 1: *CV 3/II*, 650 *sq. ep.* 57 — Luc. 10,34? Joh. 20,22 sq. Matth. 18,18 **20** 2 Cor. 5,10 Matth. 16,18 Joh. 21,15 *ssq.* HILAR. c. 16 in Matth. *PL 9*, 1010 A *n.* 7 — BERN. de consid. li. 2 c. 8 *PL 182*, 751 C *n.* 15 *sq.* — Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1031 E **26** Is. 26,19 Job 19,25 sq. Ez. 37,1 ssq. 1 Cor. 15,51 sq. 1 Thess. 4,13 ssq. Joh. 11,43 sq. 5,25.28 Matth. 22,30 ssq. Dan. 12,2 Phil. 3,11 — HIERON. ad Miner. et Alexandr. *PL* 22, 967 B 968 C *sq.* 970 B-71 A 980 B *ep.* 119 *n.* 2, 5, 6, 12: *CV 55*, 447 449 sq. 452-54 469 Idem ad Pamach. adv. error. Joh. Hieros. *PL 23*, 379 B 380 A 382 B-83 AD 384 A *sq.* (396 AC *sq.* 399 A-400 B 400 D-401 B *ssq.*) *n.* 27, 28, 30 *sq.* 32 *sq.* — GREGOR. M. li. 14 Moral. c. 30 et ssq. *PL 75*, 1076 C *ssq.* 1077 D 1078 D 1080 A *n.* 70, 72, 76 — AUGUST. Ench. c. 84 et ssq. *PL 40*, 272 B-74 A c. 84-90 Item de civ. Dei li. 22 c. 12, 13, 14, 15, 17, 19, 20 *PL 41*, 775 A-79 C 780 C-83 C: *CV 40/II*, 618-25 628-33 **32** ssq. Rom. 14,10 2 Cor. 5,10

B **4** ssq. Joh. 5,29 Matth. 13,41 sq. *Ps.* ATHANAS. in symb. *PG 28*, 1584 C *l. form.* **6** sq. Matth. 25,46 13,49 sq. **10** ssq. Job 19,25 sq. **14** ssq. Col. 3,5 1 Petr. 3,15 1 Cor. 9,27 Rom. 6,6.12-15.19 ssq. **16** 1 Cor. 15,43 sq. **21** 1 Cor. 2,9 Joh. 17,2 sq. Matth. 19,12.23 sq.29 et 25,34.46 Apoc. 2,7.10.17.26 ssq. 3,11 sq.21 7,14-17 21,4 22,14 Rom. 2,7 Tit. 1,2 2,13 3,7 1 Joh. 2,25 2 Tim. 4,8 1 Petr. 1,3-7 Rom. 6,22 **32** AUGUST. de civ. Dei li. 22 c. 29 *PL 41*, 797 C *n.* 1, 2: *CV 40/II*, 657 *sq.* et c. 30 *PL 41*, 801 B-802 A *n.* 1, 2: *CV 40/II*, 664-66; et de lib. arbitr. li. 3 cap. ult. *PL 32*, 1308 D *c.* 25 *n.* 77 Item ser. 64 de verb. Dom. *PL 38*, 706 D-708 A *ser.* 127 *c.* 1-3 *Ps.* AUGUST. de symb. ad catechum. ser. 3 c. 11 *PL 40*, 660 B c. 12

De qua vita Christus: „Nolite timere, pusillus grex" inquit „quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum." Qui et in extremo iudicii die dicet electis: „Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi." Impiis vero in hunc modum loquetur: „Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius." Id, quod non solum ad ethnicos, haereticos, schismaticos et palam flagitiosos pertinet, verum etiam ad christianos, quos in mortali peccato mors opprimit, est referendum. Adiicitur demum clausula isthaec ‚Amen' ut fidei et confessionis huius christianae testimonium apud nos indubitatum esse ac solidum demonstretur.

XXII.

22 **Estne satis christiano ea sola** *21* **credere, quae complectitur symbolum?**

15r Primum et maxime quidem ea, quae symbolo traduntur apostolico, cuivis credenda et aperte profitenda sunt. Ea vero explicatiora fiunt ex collatione tum symboli patrum tum eius, quod ATHANASIO inscribitur.

Secundo christianus, quaecunque scriptura divina seu canonica complectitur, credat necesse est. Certos vero et legitimos scripturae libros non aliunde quam ex ecclesiae iudicio et autoritate petere fas est.

Tertio huc illa pertinent, quae partim ex symboli articulis partim ex scripturis velut divinis fontibus necessario deducuntur.

Quarto demum pro sacrosanctis habenda firmissimaque fide complectenda sunt, quae Spiritus sanctus credenda nobis revelat pronuntiatque per ecclesiam, sive scripto illa seu vivae ‖ vocis traditione nobis commendentur. [15v] Qua de re postea commodius disseretur.

Circa haec igitur omnia fides orthodoxa versatur, qua sine sectarii omnes frustra sibi ac aliis gratiam et salutem in Christo pollicentur.

A **5** Patris *om. J* Patri *G* 2.2' **11** christianos] omnes *add. K* 1.2 **16** demonstretur] confirmetur *K* 1.2
B **3** tum symboli patrum] tum Nicaeni symboli *GK* 1.2 **16** sq. sive vivae *HL*

A **1** Luc. 12, 32 **4** ssq. Matth. 25, 34 **7** ssq. Idem 25, 41 **10** (AUGUST. vel) FULGENTIUS li. de fide ad Petr. diac. c. 38 et 40 *PL 65*, 704 A *et* B **12** sq. Ez. 18, 4 33, 8 Rom. 6, 16 Sap. 1, 12 1 Cor. 6, 9 sq. **13** sq. HIERON. ad Marcell. ep. 137 *PL 22*, 430 C *sq. ep.* 26 *(al.* 102*) n.* 4: *CV 54*, 222 **20** sq. Hebr. 5, 12 6, 1 sq. 1 Petr. 3, 15

B **2** sq. AMBROS. de virginibus li. 3 c. 4 *PL 16*, 225 C (237 C) *n.* 20 — AUGUST. de symb. ad catechum. ser. 1 c. 1 *PL 40*, 627 A — *Ps.* AUGUST. ser. 2 c. 1 *PL 40*, 637 C *n.* 2 **5** sq. 2 Petr. 1, 19 sq. Rom. 15, 4 2 Tim. 3, 15 sq. **7** Concil. TOLET. I. c. 21 MSI *3*, 1004 A *can.* 12 HI *pg.* 352 — *Ps.* AUGUST. ser. 129 *PL 39*, 2176 A *app. ser.* 233 *n.* 2 et ser. 191 de temp. *PL 39*, 2183 A *app. ser.* 236 *n.* 6 — *Ps.* HIERON. in symb. ad Damas. *PL 30*, 176 B (181 D) *ep.* 16 = *Ps. August. PL 45*, 1718 A *app. Libellus fidei Pelagii n.* 8 — AUGUST. c. ep. fund. c. 5 *PL 42*, 176 B *n.* 6: *CV 25/I*, 197 *n.* 5 — TRIDENT. sess. 4 MSI *33*, 22 C *sq.*: *CTrG t. V AA 2*, 91 **12** Matth. 22, 29 **15** CYRILL. ALEX. ep. 10 ad Nest. *PG 77*, 108 C *sq. ep.* 17 — Concil. NICAEN. II. MSI *13*, 398 D 378 B *sq.* 379 B *act.* 7 et CONSTANTINOP. IV. MSI *16*, 397 E *sq. act.* 10 *can.* 1 **16** IRENAEUS *adv. haer.* li. 3 c. 4 *PG 7*, 855 A *ssq. n.* 1, 2 et li. 4 c. 45 *PG 7*, 1056 A *c.* 26 et c. 63 *PG 7*, 1077 B *sq. c.* 33 *n.* 8 — HIERON. c. Lucif. *PL 23*, 164 A (172 A) *n.* 8 VINCENT. LIRIN. c. novat. *PL 50*, 639 C *ssq. n.* 2 **20** LEO M. ser. 4 de nat. Dom. *PL 54*, 207 C sq. *ser.* 24 *c.* 6

CAPUT SECUNDUM.

1. DE SPE ET ORATIONE DOMINICA.

I.

23 **Quid est spes?** 22

Virtus est divinitus infusa, per quam certa cum fiducia nostrae salutis et aeternae vitae bona expectantur.

Parum est alioquin Deo Deique verbo fidem habere ac divina, quae in ecclesia praedicantur, dogmata profiteri, nisi christianus Dei bonitate percepta, spem inde concipiat ac fiduciam con- ‖ sequendae gratiae et salutis 16r

A **7** bona] a Deo *add. HL* 3-6

A **5** ssq. AUGUST. Ench. c. 8 *PL 40*, 234 B 1 Cor. 13, 13 Rom. 5, 2. 5 Tit. 2, 13 1 Petr. 1, 3 sq. 1 Joh. 5, 13 sq. Jac. 1, 3. 6 Joh. 14, 13 sq. 15, 7. 16 16, 23 sq. Marc. 11, 24 Ps. 26, 13 129, 5 sq. 72, 28 61, 8 sq. 1 Tim. 4, 10 1 Thess. 5, 8 Eph. 6, 16 sq. Hebr. 10, 35 6, 18 sq.

aeternae. Quae spes tantopere iustum fulcit in summis aerumnis, ut etiam, si mundi praesidiis omnibus destituatur, intrepide tamen dicat: „Etiam, si occiderit me, in ipso sperabo." Et: „In Deo speravi, non timebo, quid faciat mihi caro." - „Deus meus, in te confido, non erubescam."

II.

24 Qua ratione hanc spem licet — consequi?

Primum huc pertinet ardens et frequens ad Deum precatio. Deinde nutrienda spes est et excitanda quotidiana meditatione bonitatis ac beneficiorum Dei, illorum praesertim, quae Christus dominus pro immensa in nos charitate sua praestitit ac promisit vel immerentibus. Demum conscientiae puritas coniungenda venit eaque piis operibus et invicta in adversis patientia semper est compro- [16v] banda. Nam ‖ quibus bonae conscientiae testimonium aut melioris vitae propositum deest, hi spem quam oportet, non adferunt, sed praesumptionem potius et vanam omnino fiduciam temere iactant, quantumvis de Christi meritis Deique gratia glorientur.

„Spera" inquit Propheta „in Domino et fac bonitatem." Idemque rursus: „Subditus esto Domino et ora eum." Et alius: „Bonus est Dominus sperantibus in eum, animae quaerenti illum." Quam spem ab omni timore disiungendam non esse satis illud ostendit: „Beneplacitum est Domino super timentes eum et in eis, qui sperant super misericordia eius."

III.

25 Quae bona sub spem cadunt et christiano speranda sunt? 23

Praecipue quidem bona illa regni caelestis, quae homines beant nec sinunt ulla ex parte miseros esse. Tum illa, quae- ‖ cunque mortalibus in hac vita conducibilia recte a Deo desiderantur atque petuntur, in bonis sperandis et expectandis debent haberi. Ea vero praecipue relucent in dominica oratione, utpote quam Christus dominus ore sacro prodidit et admirabili sapientia praescripsit omnibus, qui spem suam ac vota oratione cupiunt Deo explicare. 17r

IIII.

26 Quae forma est dominicae orationis? 25

Haec est: „Pater noster, qui es in caelis.

I. Sanctificetur nomen tuum,
II. Adveniat regnum tuum,
III. Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra,
IIII. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie,
V. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris,
VI. Et ne nos inducas in tentationem,
VII. Sed libera nos a malo. Amen." [17v]

V.

27 Quae summatim in dominica oratione tractantur? 24

Septem in ea petitiones proponuntur, ad quas

A **2** mundi] et vitae huius *add. K* 1.2 **4** ipso] eum *GK* 1.2 **23** propositum est *J* **31** in illum *GK* 1.2
B **7** Tum illa] demum *add. GK* 1.2

A **1** Eccli. 44 34, 15 sq. Rom. 8, 35 ssq. Ps. 30, 25 Prov. 28, 1 **4** Job 13, 15 **5** sq. Ps. 55, 11 **6** sq. Ps. 24, 2 **13** 1 Thess. 5, 17 Luc. 11, 9 ssq. 18, 1 Matth. 7, 7 ssq. Eccli. 18, 22 **15** Eph. 2, 4-10 Tit. 3, 3 ssq. Rom. 8, 29-32 Joh. 3, 16 1 Joh. 4, 9 sq. Hebr. 10, 22 ssq. Tit. 1, 2 Rom. 5, 8. 9. 17. 20 sq. 8, 18 **19** Prov. 5 = *15*, 15. 26 1 Joh. 3, 21 sq. AUGUST. de doctr. chr. li. 1 c. 37 et 40 *PL 34*, 35 A 36 B *n.* 41. 44 et li. 3 c. 10 *PL 34*, 71 C *n.* 14 et in praefat. [1] Ps. 31 *PL 36*, 261 A *Enarratio* 2 **20** sq. 2 Cor. 1, 12 Hebr. 3, 6 10, 34 ssq. 1 Joh. 3, 2 sq. Col. 4, 11 2 Petr. 1, 10 **25** 2 Petr. 2, 17 ssq. Eccli. 5, 4-7 GREGOR. M. 33 Moral. c. 15 *PL 76*, 686 D *sq.* c. 12 *n.* 23 **28** ssq. Ps. 36, 3 *et* 7 **30** ssq. Thren. 3, 25 **32** GREGOR. M. li. 6 ep. 22 ad Gregoriam *PL 77*, 878 B *li. 7 ep.* 25: *MG Epp. 1*, 465 *(VII, 22)* BERNARD. = *Nicol. Clarae-Vallensis:* de festo Magdal. *PL 185*, 216 C *sq.* **33** ssq. Ps. 146, 11

B **5** Tit. 2, 13 3, 7 **7** Hebr. 4, 16 **11** ssq. AUGUST. Ench. c. 114 *PL 40*, 285 C Matth. 6, 9-13 Luc. 11, 2-4 **20** ssq. Orationem dominicam explicant: TERTULLIAN. li. de orat. *PL 1*, 1153-64 (1256-68) *n.* 2-8: *CV 20*, 181-86 CYPRIAN ser. 6 de orat. *PL 4*, 519 D-44 A (535 C-62 A): *CV 3/I*, 265-94 — CYRILL. HIEROS. catech. 5 mystagog. *PG 33*, 1109-28 *catech.* 23: RUPP 386-92 *n.* 11-18 — *Ps.* CHRYS. ho. de or. *PG 59*, 627 B *ssq.* — CHRYS. in c. 6 Matth. *PG 58*, 278-84 *ho.* 19 *n.* 4-8 — HIERON. *in ev. Matth.* c. 6 *PL 26*, 42 D-43 C (44 A-45 A) — THEOPHYLACT. *in. ev. Matth. PG 123*, 204 C-205 B c. 6 — EUTHYMIUS in Matth. *PG 129*, 233 C-41 C c. 6 — AMBROS. de sacram. li. 5 c. 4 *PL 16*, 450 A-54 B (469 C-74 B) *n.* 18-30 — AUG. ep. 121 ad Prob. c. 11 *PL 33*, 502 B *ssq. ep.* 130 c. 11: *CV 44*, 63 *sq.* Idem de ser. Dom. in monte li. 2 *PL 34*, 1275 C-86 A c. 4-10 et ho. 42 ex 50 *PL 38*, 393 C-99 B *ser.* 58 et ser. de temp. 135 *PL 38*, 400 A-402 A *ser.* 59 — *Ps.* AUG. ser. de temp. 126 *PL 39*, 1870 A-71 C *app. ser.* 65 et ser. 182 *PL 39*, 1867 B *app. ser.* 64 *n.* 3 — CHRYSOL. ser. 67 et ssq. *PL 52*, 390 C-406 C *ser.* 67-72 — INNOC. III. de myst. missae li. 3 c. 17 *PL 217*, 898 B **35** AUGUST. Ench. c. 115 *PL 40*, 285 D *ssq.* et de ser. Dom. in monte li. 2 c. 17 *PL 34*, 1285 B c. 10

referri omnes omnium orationum species et formae possunt ac debent, sive pro expetendis bonis sive pro delendis peccatis sive pro avertendis malis quibuslibet divinam opem imploremus. In prioribus autem tribus petitionibus, quae proprie ad aeterna pertinent, ordine poscuntur; in reliquis quatuor etiam temporaria, quae et ipsa propter aeterna consequenda sunt nobis necessaria.

VI.

28 **Quid sibi vult initium orationis:** *26* **Pater noster, qui es in caelis?**

Praefatiuncula est et nos memores reddit
18r summi benefi- ‖ cii, quo Deus Pater, aeterna illa maiestas, in caelis perbeate regnans ‚nos recepit in gratiam et propter Christum Filium in suos quoque filios et regni caelestis haeredes per Spiritum sanctum adoptavit.'

Quae tantorum beneficiorum memoria non solum attentionem excitat, sed etiam ad redamandum Patrem illique obtemperandum provocat filios, neque minus orandi impetrandique illis auget fiduciam.

VII.

29 **Quis est sensus primae petitionis: Sanctificetur nomen tuum?** *27*

In nobis quemadmodum in omnibus aliis promoveri semper et augeri petimus, quicquid ad gloriam summi optimique Patris nostri spectat.

Id vero fit maxime, cum verae fidei confessio, spes etiam et charitas ac simul chri-
[18v] stianae vitae ‖ sancta conversatio suam in nobis lucem ac vim exerit, ut spectantes alii quoque „glorificent Patrem."

VIII.

30 **Quid continet secunda petitio: Adveniat regnum tuum?** *28*

Petimus, ut per gratiam et iustitiam suam regnet in ecclesia Deus, imo et in mundo universo eiectis hinc adversariis potestatibus et cupiditatibus malis omnibus e medio profligatis.

Tum optamus et precamur, ut ex hoc mundo veluti e gravi peregrinatione militiaque vocati quam primum transferamur ad regnum gloriae et felicitatis aeternae, ut cum Christo et sanctis eius in sempiternum regnemus.

IX.

31 **Quid includit tertia petitio: Fiat voluntas tua?** *29*

Rogamus, ut sicut in caelo angeli et beati 19r
omnes, nos quoque in terris, quamvis imbecilles et exigui, exactam Deo praestemus obedientiam nihil habentes prius, quam ut divinae voluntati tum in prosperis tum in adversis libenter nos subiiciamus et nostra, quae „ad malum prona" est, voluntate reiecta, in divina semper acquiescamus.

X.

32 **Quid habet quarta petitio: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie?** *30*

Ab omnis boni autore ac fonte nos veluti ‚pauperes et mendici' ea desideramus, quae ad hanc vitam corporis quotidie sustentandam sunt satis, victum scilicet et vestitum; praeterea quae ad vitam animae promovendam faciunt, nimirum ‚verbum Dei' animae spi-

---

A **5** petitionibus] ea *add. K* 1.2 **7** ordine poscuntur *om. K* 1.2 **9** necessaria] ordine postulantur *add. K* 1.2

A **1** AUGUST. ep. 121 ad Probam c. 12 *PL 33*, 503 A-D *ep.* 130 *n.* 22, 23: *CV 44*, 64-66 **15** ssq. Ex. 15, 11 Is. 42, 5. 8 63, 15 sq. Mal. 1, 2. 6 2 Cor. 1, 3 Phil. 4, 19 sq. Apoc. 4, 8 Rom. 8, 15. 17 Gal. 4, 5-7 **17** ssq. 1 Petr. 3, 22 LEO M. ser. 6 de nat. Dom. *PL 54*, 214 C *ser.* 26 *c.* 4 **21** CYPRIAN. in ser. de orat. dom. *PL 4*, 539 B *sq.* (557 B *sq.*) *c.* 31: *CV 3/I*, 289 *sq.* **24** Luc. 11, 11 ssq. Jac. 1, 6 **32** sq. Matth. 5, 16 1 Petr. 2, 11 sq. 4, 11 1 Cor. 10, 31 Col. 3, 17 Rom. 15, 6 Eccli. 36, 2. 4. 5. 7 ssq. **36** Luc. 1, 74 sq. 1 Petr. 1, 15 sq. 3, 16 Phil. 2, 15 **37** sq. Matth. 5, 16

B **5** ssq. Matth. 6, 33 Rom. 14, 17 sq. Ps. 22, 1 sq. 67, 2 sq. Luc. 1, 32 sq. 17, 20 sq. 1 Cor. 3, 16 sq. 4, 20 Eph. 1, 18 ssq. Matth. 13, 40 sq. 1 Cor. 15, 24 sq. Col. 1, 12-15. 18 sq. Ps. 67, 2 sq. **11** Phil. 1, 23 Hebr. 11, 13 1 Petr. 2, 11 Job 7, 1 2 Cor. 5, 4. 6. 8 **12** Sap. 5, 16 ssq. Apoc. 22, 5 Matth. 8, 11 sq. **20** ssq. Ps. 102, 20 Rom. 1, 10 Act. 9, 6 sq. 21, 14 Deut. 12, 8. Hebr. 13, 20 sq. Jac. 4, 15 Luc. 22, 42 **23** sq. 1 Petr. 4, 2 Act. 5, 29 Jac. 1 = *Job 1*, 21 1 Petr. 5, 6 **25** Gen. 8, 21 Matth. 22 = *26*, 41 — BERNARD. ser. 3 de resurrect. *PL 183*, 289 D-91 A *n.* 3. 4: *XB I/1*, 350 sq. **26** Joh. 4, 34 5, 30 6, 38 1 Reg. 3, 18 **33** ssq. Jac. 1, 17 Ps. 39, 18 Deut. 10, 17 sq. Gen. 28, 20 ssq. 1 Tim. 6, 8 Prov. 30, 8 Ps. 144, 15 sq. **38** Matth. 4, 4 Amos 8, 11 Eccli. 15, 3 Prov. 9, 5

[19v] rituale pabulum, sacrosanctam euchari-‖stiam, panem illum caelestem caeteraque salutifera ecclesiae sacramenta ac Dei dona, quae ad bene beateque vivendum pascunt, curant, confirmant hominem interiorem.

XI.

33 Quo pacto intelligitur quinta petitio: Dimitte nobis debita nostra? 31

Hic petimus a labe peccati, quo nihil foedius, nihil animae pestilentius esse potest, clementer expurgari et ea ipsa, quae peccando contraximus, debita relaxari.

Ne vero frustranea sit precatio animo in proximum perperam affecto, illud addimus nos vindictae cupiditate ac simultate posita, cum proximis in gratiam rediisse et cuivis ex animo noxam condonasse. Hoc est enim, quod Christus alibi voluit, cum diceret: „Dimittite et dimittemini;" et iterum: „Si non di-
20r miseritis homini-‖bus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra."

XII.

34 Quid continet sexta petitio: Ne nos inducas in tentationem? 32

Quoniam praesens haec ‚vita perinde ac militia est super terram,' dum variis tentationibus semper impugnamur graviterque cum mundo, carne et satana conflictamur, idcirco pie solliciti divinam opem imploramus, ne huiusmodi adversariorum impugnationibus succumbamus atque succumbendo damnemur, sed ut in hac perpetua pugna durantes Deique dextera nitentes, potestati ‚satanae resistamus fortiter' contemnamus mundum, castigemus carnem atque ita demum velut invicti milites Christi post victoriam coronemur. ‚Neque enim coronabitur' Apostolo teste ‚nisi qui legitime certaverit.'

XIII. [20v]

35 Quid est in septima et postrema petitione: Libera nos a malo? 33

Precamur ad extremum, ut huius saeculi calamitatibus, quibus exercentur etiam pii, non sinat nos Deus perdi et ‚everti' cum impiis, sed ut benignitate sua nos liberet, quatenus saluti nostrae convenit atque ab omni malo, cum corporis tum animae, sive in hac vita sive in futura propitius tueatur. Nam et ipse ita promisit: „Invoca me in die tribulationis, eruam te et honorificabis me."

Demum totam precationem hac una voce „Amen" claudimus, ut nostram in orando simul et impetrando fiduciam comprobemus, tum propter Christi, qui non fallit promissionem: „Petite" inquit „et dabitur vobis" tum propter Patris erga nos immensam clementiam et propensam in omnes misericordiam, ut hinc Ioannes ‖ dixerit: „Quodcun- 21r
que petierimus secundum voluntatem eius, audit nos."

XIIII.

36 Quae est summa orationis dominicae? 34

Formulam absolutam continet non solum orandi ac postulandi bona, verum etiam deprecandi ac fugiendi mala quaelibet.

Inter bona vero primum est illud expetendum, ut Pater caelestis ab omnibus semper et ubique glorificetur; deinde vero, ut illius regni participes efficiamur, tum ut ea nobis

---

A **17** ac] aut *J* **19** noxam] omnem *add. GK*1.2 **20** sq. Dimittite] Dimitte *H*3-5 *J*3-5 **32** conflictamur] conflictari debemus *K*1.2

B **13** convenit] congruit *GK*1.2 **15** et *om. K*1.2 **37** sq. semper et] semper *J*3-5

A **1** sq. Matth. 26, 26 ssq. 6, 11 HIERON. in Matth. 6 *PL 26*, 43 B (44 B) — CYPRIAN. in ser. de orat. dom. *PL 4*, 531 A-32 A (548 B ssq.) *c.* 18: *CV 3/I*, 280 — AMBROS. de sacr. li. 5 c. 4 *PL 16*, 452 A-53 A (471 B *ssq.*) *n.* 24-26 — AUGUST. de ser. Dom. i. m. li. 2 c. 12 *PL 34*, 1280 A *c.* 7 *n.* 25 **11** sq. Thren. 4, 8 1 Cor. 10, 6-11 Lev. 26, 14 ssq. Num. 5, 6 ssq. 20 ssq. Ex. 32, 27 sq. 33 sq. Luc. 7, 47 Tob. 12, 10 Sap. 16, 14 Ps. 50, 3 sq. 9. 11 **16** ssq. Rom. 12, 19 Col. 3, 8 Luc. 23, 34 Act. 7, 59 Marc. 11, 25 Eph. 4, 32 **20** sq. Luc. 6, 37 **21** ssq. Matth. 6, 15 18, 22. 27. 33-35 Eccli. 28, 1 ssq. AUGUST. Ench. c. 74 *PL 40*, 267 A **29** Job 7, 1 Judith 8, 21-27 Tob. 3, 21 12, 13 **30** sq. Matth. 4, 1 ssq. 26, 41 Hebr. 2, 18 2 Thess. 3, 3 1 Joh. 2, 16 4, 4 Matth. 16, 24 1 Cor. 9, 27 10, 12 sq. Jac. 4, 7 1, 12-15 1 Petr. 5, 9 2 Petr. 2, 9 Eph. 6, 12 ssq. Col. 3, 5 Apoc. 2, 7 **37** sq. 2 Tim. 4, 7 sq.

B **2** sq. 2 Tim. 2, 5 **9** 3 Reg. 8, 33 ssq. Prov. 10, 25. 28 ssq. Eccli. 23, 3-6 Jer. 2, 14-17 Tob. 1, 22 2, 12 Eccli. 27, 4 ssq. Apoc. 3, 10 sq. Ps. 24, 15-22 Ps. 30, 3-8 Ps. 33, 5. 7. 8. 18-23 **16** sq. Ps. 49, 15 **19** 2 Cor. 1, 20 AMBROS. in Ps. 40 *PL 14*, 1084 B *ssq.* (1136 C *ssq.*) *n.* 36 *sq.* — HIERON. in Matth. 6 *PL 26*, 43 C (45 A) **22** Matth. 7, 7 Luc. 11, 9 Joh. 16, 23 sq. **25** sq. 1 Joh. 5, 14

adminicula suppetant, quibus ad regnum Dei commode pervenitur. Quale est ex parte quidem animae nostrae voluntati divinae conformari, ex parte vero corporis victum habere necessarium.

Quae autem secundo loco ad finem usque totius precationis adduntur, affectum expri- [21v] munt mala deprecantis, ut Dei gratia ‖ et virtute aut penitus illa removeantur, peccata nimirum bonorum omnium corruptelae et reliquorum lernae malorum aut eadem sic temperentur, ne sua vi saluti consequendae officere possint. Eiusmodi sunt variae in hoc mundo tentationes et quaelibet tum praesentis tum futurae vitae calamitates.

Reliqua de oratione tractanda in eum reservabuntur locum, qui bonorum operum genera triplicia declarabit.

2. DE SALUTATIONE ANGELICA.

XV.

37 **Quae salutatio dici angelica solet?** — Ea, quae sanctissimae virgini Deique matri his verbis defertur: „Ave" Maria „gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus" - „et benedictus fructus ventris tui" 22r Iesus. San- ‖cta Maria, mater Dei, [ora][1]) pro nobis peccatoribus nunc[2]) et in hora mortis nostrae. Amen.

XVI.

38 **Unde nobis hic modus Deiparam virginem salutandi profluxit?** *35*

Primum ex evangelicis verbis et exemplis nata est haec salutatio, quando nos ita docent afflati divino Spiritu magnus Gabriel archangelus et praecursoris Domini mater sancta Elisabetha.

Deinde confirmat nobis hanc salutandi formulam usus et consensus ecclesiae perpetuus, quem sancti patres et maiores in hunc usque diem religiosissime observarunt ac observari a nobis voluerunt.

XVII.

39 **Quid prodest huiusmodi salutatione uti?** *36*

His praeclaris verbis admonemur primum summi beneficii, quod per Mariam dei- ‖ pa- [22v] ram aeternus Pater inchoare voluit in Christo et humano generi redimendo clementer exhibere.

Tum insignis haec est commendatio sacrosanctae et admirandae Virginis, quam nobis Deus inventricem gratiae ac vitae genitricem esse decrevit.

Quare nihil mirum, si post pia vota, quae in precatione dominica Deo commendavimus, hic acceptae per Christum gratiae memores non modo Christi matrem, sed etiam Deum Patrem in eadem virgine Deipara laudemus et, collaetantes angelis, eandem reverenter et saepe quidem salutemus.

XVIII.

40 **Quis est huius salutationis sensus?** *37(1)*

Primis quidem verbis iure gratulamur et gra-

A **10** sq. nunc — nostrae *om. GK* 1. 2 **15** nobis *om. HL*

A **6** Luc. 1, 28. 42 *Ps.* Chrysost. in liturg. *PG 63*, 904 D 906 C 907 D 908 B *sq.* 910 A 914 D 917 A 920 C 921 C 922 B *Me pg.* 6 14 22 28 30 32 40 64 66 76 94 102, *sed deest „Ave Maria"; at in edit. Paris.* 1570 *tom. V*, 1176 A *legitur „Ave Maria — ventris tui"* — *Ps.* Jacobus in liturg. *Re tom. II*, 29-44 *nihil est de Ave Maria* — *Ps.* August. ser. 2 de annunt. Dom. *PL 39*, 2105 A *app. ser.* 194 *al.* 18 — Ambros. in Luc. 1 *PL 15*, 1555 D *sq.* - 59 B *sq.* (1636 B - 40 B) li. 2 *n.* 9-17: *CV 32/IV*, 45-51 — Chrysol. ser. 140 ssq. *PL 52*, 576 B *ssq.* 579 B *sq.* 583 B - 84 A *ser.* 140, 142, 143 Bernard. ho. 3 s. Missus est *PL 183*, 72 A - 75 B *n.* 2-7: *XB I/1*, 53-58 — *Ps.* Fulgent. in ser. de laud. b. Virg. *PL 65*, 899 B *ssq. app. ser.* 36 **18** Luc. 1, 28. 42 **25** *Ps.* Athanas. in ev. de s. Deipara = *sermo in annunt. Deip. PG 28*, 917 A - 40 C et plures alii.

B **8** Gal. 4, 4 *sq.* **12** Luc. 11, 27 1, 28. 42 Andreas Hieros. archiep. Cretens. in salut. angel. *PG 97*. 893 C - 901 A *in annunt. b. Mariae or.* 5 — Irenaeus adv. haer. li. 3 c. 31 et 33 *PG 7*, 954 C *ssq.* 958 B *sq. c.* 21, 22 *n.* 4 **27** Hieron. ep. 22 ad Eustoch. de cust. virg. *PL 22*, 406 B 408 B *n.* 19, 21: *CV 54*, 169 173 — Innocent. III. ser. 2 de assumpt. b. Mariae *PL 217*, 581 B *ssq.* 584 C *ssq. ser.* 28 — Bernard. ho. 2 s. Missus est *PL 183*, 62 C - 63 C 66 C 70 C *ssq. n.* 3-5. 11. 17: *XB I/1*, 41 42 46 51 52 — *Ps.* August. ser. 2 de annunt. *PL 39*, 2105 A *app.* ser. 194 *al.* 18 *n.* 1

[1]) *ora] deest in M* 1

[2]) *Additamentum „nunc et in hora mortis nostrae" primum apparet in editione Dilingana catechismi minoris (f 1) a.* 1570

tulando praedicamus eam, quae nobis Evam
23r secundam eamque felicem ‖ praestitit. Etenim quod illa prior mundo intulit ‹Vae' maledictionis, haec suo salutifero partu sustulit ipsamque maledictionem filiorum Adae benedictione perpetua commutavit.

Digna quidem illa, quae ‹‹gratia plena›› praedicetur, ut quae plena Deo, plena virtutibus, sola (nam AMBROSII verbis utemur) gratiam, quam nulla alia meruerat, consecuta est, ut gratiae repleretur autore. Et quis potuit in eius anima vel corpore locus esse vitiorum, quando sancti sanctorum est templum effecta?

Additur porro ‹‹Dominus tecum›› quia et ‹virtus Patris illi singulariter obumbravit et Spiritus sanctus cumulatissime supervenit'— ‹‹et Verbum caro factum›› ex illa ‹tanquam sponsus de thalamo suo admirabiliter processit.'

Ad haec ‹‹benedicta in mulieribus,›› quia virginitate sponsa simul et fecunditate mater
[23v] existit, quam ‖ proinde summo iure ‹beatam dicunt semperque dicent omnes generationes.' Mulier ‹tota pulchra et immaculata,' virgo ante partum, in partu et post partum semper incorrupta, ab omni peccati labe libera, super caelos omnes exaltata, quae nec minus vivificando profuit, quam infelix Eva obfuit mortalibus occidendo.

‹‹Et benedictus fructus ventris tui›› Iesus, ut qui ex Maria ‹radice velut flos ascendens' et ipse quodammodo terrae fructum se praestitit et aeternae salutis fructum ita membris suis, sicut vitis palmitibus succum et vigorem suppeditat. Vere ‹‹beatus venter, qui te portavit›› et edidit mundo salvatorem, vere beata ubera, quae de caelo plena, Filium Dei lactaverunt.

Et additur demum ab ecclesia: Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc et in hora mortis no- ‖ strae. Quippe 24r sanctorum patrum vestigiis insistentes non modo laudabilem et admirabilem illam virginem, quae ‹‹sicut lilium›› est ‹‹inter spinas›› salutamus, sed et eam virtute Dei auctam esse tanta credimus atque profitemur, ut possit prodesse, favere, annuere miseris mortalibus, dum hi praesertim se suaque vota illi commendant ac divinam gratiam matris intercessione supplices expetunt.

XIX.

41 Patrum de Maria virgine testimonia. *37(2)*

IRENAEUS: Sicut Eva seducta est, ut effugeret Deum, sic Maria suasa est obedire Deo, uti virginis Evae virgo Maria fieret advocata; et quemadmodum adstrictum est morti genus humanum per virginem, solvatur per virginem aequa lance disposita virginalis inobedientiae per virginalem obedientiam.

CHRYSOSTOMUS: Ut vere dignum et iu- [24v]
stum est glorificare te Deiparam et semper beatissimam et penitus incontaminatam matrem Dei nostri, honoratiorem Cherubin et gloriosiorem incomparabiliter Seraphin, quae citra corruptionem Deum peperisti. Vere Deiparam te magnificamus. ‹‹Ave gratia plena›› Maria ‹‹Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui›› quoniam salvatorem animarum nostrarum peperisti.

A **11** ut — autore *om. GK* 1.2 **16** obumbrabit *L* 2 **36** te *om. GK* 1.2
B **5** nunc — nostrae *om. GK* 1.2 **24** salvatur *J* 3-5

A **2** AMBROS. in Luc. 1 *li.* 2 *PL 15,* 1556 A (1636 B) *n.* 9: *CV 32/IV,* 45 *sq.* **16** sq. Luc. 1,35 **18** sq. Joh. 1,14 Ps. 18,6 Is. 7,14 Ez. 44,2 sq. **23** sq. Luc. 1,48 **25** Cant. 4,7 **27** AMBROS. ep. 81 *PL 16,* 1125 B-26 B (1173 B-75 A) *ep.* 42 *n.* 4-7 — HIERON. in Helv. *PL 23,* 183-206 (193-216) et in apologet. pro libris adv. Jovin. *PL 22,* 510 B *sq. ep.* 48 n. 21 — AUGUST. de natura et gratia c. 36 *PL 44,* 267 C *n.* 42: *CV 60,* 263 *sq.* — Concil. TRIDENT. sess. 5 et sess. 6 can. 23 MSI *33,* 29 A *decr.* 5 et 42 C: *CTrG t. V AA 2,* 240 *n.* 6 *et* 799 **32** Is. 11,1 **35** Joh. 15,5 ssq. **36** Luc. 11,27

B **3** Vide antiquum breviarium rom. et novum ex edicto Concil. TRIDENT. editum **6** EPHRAEM SYR. de laud. Mariae *ed. Colon.* 1603 *pg.* 705 D-707 C *AG III,* 575 D-77 A et in or. ad eandem *ed. Colon.* 1603 *pg.* 708 C-709 A *AG III,* 577 B *ssq.* item in lament. b. Virg. *ed. Colon.* 1603 *pg.* 698 D *AG III,* 575 A *ssq.* — IRENAEUS *adv.* haeres. li. 5 *c.* 19 *PG 7.* 1175 B — GREGOR. NAZ. in laud. s. Cyprian. *PG 35,* 1177 C-81 B *or.* 24 *n.* 9-11 — *Ps.* GREGOR. NAZ. in trag. Chr. pat. *PG 38,* 336 A *vers.* 2569-75 — *Ps.* FULGENTIUS in ser. de laud. b. Virg. *PL 65,* 899 B *ssq. app. ser.* 36 — ANSELM. = *Eadmer Cant.* de excell. b. Virg. c. 12 *PL 159,* 578 C-79 C 580 B — BERNARD. ser. 2 Dom. 1 p. Oct. Epiph. *PL 183,* 159 D *sq. n.* 4: *XB I/1,* 174 *sq.* et ser. 1 et 4 de assumpt. *PL 183,* 415 C *sq. n.* 1,2 *XB I/2,* 556 *ssq.* **8** *Cant.* 2,2 et BERNARD. ser. 4 *PL 183,* 428 D *ssq. n.* 8,9: *XB I/2,* 575 **20** IRENAEUS c. haeres. li. 5 *c.* 19 *PG 7,* 1175 B **27** *Ps.* CHRYSOST. in liturg. *PG 63,* 917 A: *Edit. Paris.* 1570 *tom. V,* 1176 A *Me pg.* 76, *sed deest* ‹‹*Ave Maria*››

Ambrosius: Sit nobis tanquam in imagine descripta virginitas vitaque beatae Mariae, de qua velut speculo refulget species castitatis et forma virtutis. Quid nobilius Dei matre? quid splendidius ea, quam splendor elegit? quid castius ea, quae corpus sine corporis contagione generavit? Talis fuit Maria, ut eius unius vita omnium disciplina sit.

25r Athanasius: Quandoquidem ipse rex est, qui natus est ex virgine idemque dominus et Deus, ea propter et mater, quae eum genuit et regina et domina et Deipara proprie et vere censetur. Ista nova Eva mater vitae appellatur variegataque permanet ad primitias vitae immortalis omnium viventium. Dicimus eam igitur iterum atque iterum et semper et undequaque beatissimam. Ad te clamamus, recordare nostri, sanctissima virgo, quae etiam a partu virgo permansisti. „Ave gratia plena, Dominus tecum." Beatam te praedicant omnium angelorum et terrestrium hierarchiae. „Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui." Intercede, ora et domina et regina et mater Dei pro nobis.

Gregorius Nazianzenus:

O ter beata mater, o lux virginum
Quae templa caeli lucidissima incolis
Mortalitatis liberata sordibus, [25v]
Ornata iam immortalitatis es stola.
Meis benignam ab alto aurem exhibe verbis
Measque Virgo suscipe, obsecro, preces.

Augustinus: Sancta Maria, succurre miseris, iuva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu. Sentiant omnes tuum iuvamen, quicunque celebrant tuam commemorationem.

Fulgentius: Facta est Maria fenestra caeli, quia per ipsam Deus verum fudit saeculis lumen. Facta est Maria scala caelestis, quia per ipsam Deus descendit ad terras, ut per ipsam homines ascendere mereantur ad caelos. Facta est Maria restauratio feminarum, quae per ipsam a ruina primae maledictionis probantur esse subtractae.

Bernardus: Virgo regia ipsa est via, per quam salvator advenit „procedens" de ipsius utero „tan-‖quam sponsus de thalamo suo." 26r Per te accessum habeamus ad Filium, o benedicta inventrix gratiae, genitrix vitae, mater salutis, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis.

A **23** ora] hera *GHK* 1.2 *L*

B **5** preces]

Nam solus est honor hic tibi a mortalibus
Quae facta Verbi mater es divinitus,
Confisus unde verba persolvo tibi,
Plexamque de prato coronam florido
Tibi offero regina, quod me plurimis
Dignata quondam gratiis, variis adhaec.
Me liberas semper calamitatibus,
Multisque defensas ab adversariis,
Tam qui videntur, quam videri qui haud queunt.
Me flecte tandem, quomodo in vita auctior
Virtute fiam teque semper praesidem
Vitae meae ac demum benignam ac sedulam
Habeam advocatam Filio coram tuo,
Cum caeteris charis Deo virgunculis.
Ne me ergo tradier sinas tortoribus
Aut perditori hominum fieri ludibrio.
Adsiste et a tenebris et igne libera,
Fac, ut fide tuaque salver gratia.
Per te ex Deo nobis profecta est gratia;
Quare hunc tibi hymnum pango charisterion.
Salve puella gratiosa, mater et
Virgo omnium castissima ac pulcherrima,
Exercitibus praestantior caelestibus,
Regina mundi, gaudium mortalium,
Semper benignam te exhibe mortalibus,
Mihique sis salus ubique maxima. *add. H*

A **1** Ambros. de virginibus li. 2 c. 2 *PL 16*, 208 C 209 A 210 D (220 A *sq.* 222 B) *n.* 6, 7, 15 **9** *Ps.* Athanas. in ev. de s. nostra Deipara *PG 28*, 937 A *sq.* 940 A *ser. in annunt. Deip. n.* 13 *sq.* 15 **19** sq. *Luc. 1*, 28 **22** sq. *Luc. 1*, 42 **25** *Ps.* Gregor. Naz. in trag. Chr. pat. *PG 38*, 336 A *vers.* 2569-75

B **6** *Ps.* August. ser. 2 de annunt. Dom. *PL 39*, 2107 A *app. ser.* 194 *n.* 5 **12** *Ps.* Fulgent. ser. de laud. Mariae *PL 65*, 899 B *app. ser.* 36 **20** Bernard. ser. 2 de Adventu *PL 183*, 43 A *sq. n.* 5: *XB I/1*, 14 et s. Missus est *PL 183*, 70 D *sq. n.* 17: *XB I/1*, 52 *ho.* 2 et in illud Apoc. „Signum magnum apparuit'=*ser. infr. Oct. assumpt. b. Mariae PL 183*, 429 C-30 D 431 C *ssq.* 433 A *sq.* 438 C *n.* 1, 2, 4, 5, 7, 15: *XB I/2*, 576 *sq.* 578 *sq.* 580 587; item in ser. de nat. Virg. *PL 183*, 441 A-42 A 448 A *sq. n.* 6-8, 18: *XB I/2*, 591 *sq.* 599

CAPUT TERTIUM

1. DE CHARITATE ET DECALOGO.

I.

42 **Estne satis christiano in fidei — ac spei doctrina institui?**

Refert summopere illum, qui fidem ac spem est consecutus, charitate quoque praeditum esse. Nam de his tribus coniunctim docet Paulus: „Nunc manent" inquit „fides, spes et charitas, tria haec; maior autem horum est charitas."

Magna certe fides, quae satis esse queat ad montes transferendos et patranda miracula, magna etiam spes, salutis quaedam ‚galea' et ‚anchora,' quae propo- ‖ [26v] sita Dei bonitate et praemii magnitudine tum efficacem consolationem laborantibus tum fiduciam singularem precantibus suggerit. Maxima vero charitas, virtutum omnium princeps, quae modum finemque nescit nec morientes deserit, ‚morte ipsa fortior' qua sine fides et spes christiano quidem inesse, sed ad bene beateque vivendum sufficere minime possunt. Unde a Ioanne dictum est: „Qui non diligit, manet in morte" quamvis interim credat ac speret ille, ut fatuae virgines in evangelio nobis exemplo esse possunt.

II.

43 **Quid vero est charitas?** *38*

Virtus infusa divinitus, qua sincere diligitur propter se Deus et propter Deum proximus.

Diligendus enim praecipue est Deus in 27r omnibus et super ‖ omnia et propter se solum, ut qui unus summum aeternumque bonum existit, quod solum nostros explet animos, cuius amor et honor nostrae tum voluntatis tum actionis omnis initium et scopus esse debet.

Deinde propter Deum amandus proximus, hoc est citra discrimen homo quilibet, quando inter nos omnes proximi maximaque propinquitate coniuncti sumus secundum eandem scilicet naturam humanam filiis Adae communem et ob divinam gratiam aeternamque gloriam cunctis, qui velint, communicabilem.

III.

44 **Quot sunt charitatis praecepta?** *39*

Duo quidem summaria, quorum primum de diligendo Deo sic in veteri novaque lege proponitur: „Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima ‖ tua et ex [27v] tota mente tua et ex omnibus viribus tuis. Hoc est primum et maximum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus praeceptis universa lex pendet et prophetae."

Haec charitas est „plenitudo legis" et summa iustitiae, hoc est „vinculum perfectionis." — „Charitas" inquam „de corde puro et conscientia bona et fide non ficta."

IIII.

45 **Quo indicio se prodit sincera charitas?** *40*

Probatio dilectionis seu charitatis exhibitio est operis et divinorum observatio manda-

---

A **11** et *om. GHK* 1.2 *L*
B **6** amandus] est *add. J* **26** praeceptis] mandatis *HL* 3-6 **28** est *om. K* 1.2

A **10** ssq. 1 Cor. 13,13 **13** sq. 1 Cor. 13,2 sq. Marc. 11,22 sq. Matth. 7 = *21*,21 **15** sq. 1 Thess. 5,8 Eph. 6,17 Hebr. 6,19 **19** sq. *Ps.* Prosper = *Julianus Pom.* de vita contempl. li. 3 c. 13 et 15 *PL 59*,493 B *ssq.* 496 B-98 B August. in Ps. 47 *PL 36*,541 B *n.* 13; idem tr. 5 in ep. 1 Joh. *PL 35*,2016 B *c.* 3 *n.* 7 et Ench. c. 117 *PL 40*,286 D *Ps.* August. ser. 53 de temp. *PL 39*,1960 C *app. ser.* 108 *n.* 3,4 **22** *Cant.* 8,6 **23** sq. August. de Trin. li. 15 c. 18 *PL 42*,1082 D *ssq. n.* 32 **25** sq. 1 Joh. 3,14 **27** Matth. 25,1-13 August. ser. 23 de verb. Dom. *PL 38*,575 C *sq.* 577 C *sq. ser.* 93 *c.* 4,8 **33** sq. Matth. 22,37-39 Luc. 10,25-37 Marc. 12,30 sq. August. de doctr. chr. li. 3 c. 10 *PL 34*,72 A *c.* 16 **35** sq. Bernard. in tr. de dil. Deo *PL 182*,974 D *sq.* 977 AD *sq.* 983 D *sq.* 984 C *sq.* 989 A 998 C *sq. c.* 1,2,6-8,15 *n.* 1,6,16,17,25,39

B **4** sq. 1 Cor. 10,31 Col. 3,17 **6** *Ps.* August. ho. 38 ex 50 *PL 39*,1692 A *ssq.* 1693 D *ser.* 385 *c.* 3,5 **7** August. in Ps. 118 cont. 8 *PL 37*,1519 D *sq. n.* 2 — *Ps.* August. ser. 53 de temp. *PL 39*,1960 D *sq. app. ser.* 108 *n.* 5 et ser. 59 de temp. *PL 39*,1860 A *app. ser.* 62 *n.* 1 **20** ssq. Deut. 6,5 Matth. 22,37-40 Marc. 12,30 sq. Luc. 10,27 Gregor. M. li. 10 Moral. c. 6 et 7 *PL 75*,923 A *sq.* 924 B-25 C *c.* 6 *n.* 8 *sq.* **27** Rom. 13,10 **28** Col. 3,14 **29** sq. 1 Tim. 1,5 **36** Gregor. M. ho. 30 in ev. *PL 76*,1220 C *n.* 1

torum. Unde et Ioannes, Christo dilectus, inquit: „Haec est vera charitas Dei, ut mandata eius custodiamus et mandata eius gravia non sunt." Et rursum: „Qui dicit se nosse Deum et mandata eius non custodit, mendax est, et in hoc veritas non est. Qui autem servat verbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus."

28r Quin etiam Christus ipse docet: „Si diligitis me, mandata mea servate." — „Qui habet mandata mea et servat ea, ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum." — „Qui non diligit me, sermones meos non servat."

V.

46 Quae sunt mandata Dei ad charitatem praecipue spectantia? 41

Decem Dei verba primum per Moysen Iudaeis tradita et deinde per Christum et apostolos christianis omnibus commendata, quae et decalogi nomen obtinuerunt atque ita recensentur:

„Ego sum dominus Deus tuus."

I. ‚Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, ut adores illud.'

II. „Non assumes nomen domini Dei tui in vanum."

III. „Memento, ut diem sabbati sanctifices."

IIII. „Honora patrem tuum et matrem tuam,

[28v] ut sis longaevus super terram, quam ‖ dominus Deus dabit tibi."

V. „Non occides."

VI. „Non moechaberis."

VII. „Non furtum facies."

VIII. „Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium."

IX. ‚Non concupisces uxorem proximi tui.'

X. ‚Non domum, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum et universa, quae illius sunt.'

VI.

47 Quid sibi vult hoc exordium: Ego sum dominus Deus tuus? 42

Decalogum exorditur Deus a notitia sui et ab insinuatione maiestatis suae, ut cognitum legislatorem magis revereamur eiusque propositis mandatis maior apud omnes autoritas constet. Nempe tam serio nobiscum agitur, ut si unquam salvi esse velimus, hic velut in clarissimo speculo divinae maiestatis voluntatem omnemque recte vivendi rationem certo con- ‖ templemur agnitamque legem illam sanctissimam, adiuvante Christi Spiritu, accurate servemus. 29r

Nec enim praecepit solum, sed ‚benedictionem quoque promittit et opem tribuit noster legislator.' „Spiritum meum" inquit „ponam in medio vestri et faciam, ut in praeceptis meis ambuletis et iudicia mea custodiatis et operemini."

Quare cum Christus etiam praecepisset: „Tollite iugum meum super vos" ne quis causaretur difficultatem, adiecit: „Iugum enim meum suave est et onus meum leve" iis videlicet, qui gratiae spiritu imbuti „in charitate non ficta" ambulant.

VII.

48 Quid complectitur in se primum praeceptum? 43

Prohibet ac damnat idololatriam, observa-

A **36** Deus] tuus *add. GHK* 1. 2 *L*

B **23** praecipit *GHK* 1. 2 *L*

A **1** ssq. 1 Joh. 5, 3 **4** ssq. 1 Joh. 2, 4 sq. **10** ssq. Joh. 14, 15. 21. 24 **22** sq. Ex. 20, 2-4. 7 sq. 12-16 34 *passim* Lev. 19, 2-4. 11-13 ssq. Deut. 4, 1-15 5, 6 ssq. 10, 1-5 **23** Matth. 19, 17-19 22, 37-39 Marc. 10, 19 et 12, 30 sq. Luc. 18, 18 ssq. 10, 25-37 Rom. 2, 13 13, 8 ssq. 7, 7 ssq. Gal. 5, 13 sq. Jac. 2, 8-12 1, 25 4, 11 sq. 1 Tim. 1, 5-8 Concil. TRIDENT. sess. 6 can. 19, 20, 21 Msi *33*, 42 AB: *CTrG t. V AA* 2, 799 **26** ssq. Lev. 26, 1 Exponunt decalogum ORIGENES in Ex. ho. 8 *PG 12*, 350 A-61 B: *CB 29*, 217-34 — AUGUST. li. 2 qu. 71 in Exod. *PL 34*, 620 D *ssq. CV 28/I*, 135-40 — *Ps.* AUG. ser. 95 de temp. *PL 39*, 1783-86 *app. ser.* 21 — AUG. de dec. chord. *PL 38*, 75-91 *ser.* 9

B **3** Deut. 5, 21 **11** ssq. Deut. 6, 1-4. 14 sq. 24 sq. 4, 23 sq. 39 sq. 10, 16-21 Mal. 1, 5 sq. 14 Jer. 32, 17 ssq. Ps. 46, 3 **15** sq. Matth. 5, 17-48 19, 17 28, 19 sq. Hebr. 5, 9 Ps. 118, 1. 4 1 Joh. 3, 23 sq. AUGUST. li. 2 qu. 140 s. Exod. *PL 34*, 644 B: *CV 28/I*, 181 **20** sq. Rom. 8, 26 Joh. 1, 16 sq. Phil. 4, 13 **23** ssq. Ps. 83, 8 Deut. 28, 1-14 **25** ssq. Ez. 36, 27 11, 19 sq. **29** ssq. Matth. 11, 29 sq. 1 Joh. 5, 2 sq. Concil. TRIDENT. sess. 6 c. 11 et can. 18 Msi *33*, 36 E-37 C *et* 41 E *CTrG t. V AA* 2, 795 *et* 798 — CHRYSOST. de compunct. cordis li. 1 *PG 47*, 402 B *sq.* — BASIL. M. qu. 176 in reg. brevioribus *PG 31*, 1200 C — AUGUST. de nat. et gr. c. 43 et 69 *PL 44*, 271 D 288 D *ssq. n.* 50, 83: *CV 60*, 270 297 *sq. Ps.* AUGUST. ser. de temp. 61, 191 *PL 39*, 2257 A *app. ser.* 273 *n.* 2 2181 C 2183 B *app. ser.* 236 *n.* 2, 6 — *Ps.* HIERON. in symb. ad Damas. *PL 30*, 181 D ep. 16 = *Ps. August. Libellus fidei Pelagii PL 45*, 1718 A *app. n.* 10 **33** sq. 2 Cor. 6, 6 **39** ssq. Deut. 12, 2 sq. 4, 12-19 18, 10 sq. 1 Reg. 28, 3 Ps. 113, 4-8 Lev. 19, 26. 31 20, 6. 27 Eccli. 34, 5

tiones superstitiosas, usum etiam artis magicae vel divinatoriae.

[29v] Docet etiam atque exigit, ut ‖ nullam prorsus creaturam quantumvis excellentem pro Deo habeamus, sed solum unum, verum, aeternum immensumque Deum credamus et confiteamur eique uni sacrificium et singularem summumque cultum, quem Graeci λατρείαν appellant, exhibeamus.

Hoc fit, ut super omnia colamus, invocemus, adoremus summum illud aeternumque bonum, optimum maximum creatorem, redemptorem, salvatorem, unum et immortalem Deum, qui est ‚super omnia benedictus,' omnis gratiae et gloriae largitorem.

VIII.

49 Quomodo praeter Deum sanctos colimus et invocamus? *44*

De sanctis, hoc est, sanctificatis et in Christo renatis omnibus hoc loco non agimus, sicut Paulus hoc nomen ad christianos omnes
30r crebro re- ‖ fert, sed eos intelligimus, qui vera suae sanctitatis in caelo praemia sunt consecuti. De quibus idem Paulus testatur, quod „per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam et adepti repromissiones."

Ac hi vere quidem sancti et immaculati, ‚sine macula et ruga' haec praestantiora ecclesiae membra et electa prorsus organa divini Spiritus, in quae peccatum ac malum iam nullum cadere potest. Qui sancti partim ex angelica partim ex humana natura constant, creaturae quidem illae omnium nobilissimae ac beatissimae, quibus datum est, ut summis et aeternis in caelo bonis affluant et cum Christo domino semper coniunctissime vivant.

Igitur et illius gratia, quae apud nos in terris geruntur, possunt intelligere; et quoniam eximia in fratres etiam absentes charitate flagrant, salutis nostrae ‖ cura tanguntur, no- [30v]
bis perpetuo favent et optant, quaeque salutaria tantoque studiosius causam nostram agunt, quo sunt minus de se ipsis solliciti quoque maiorem sincerae charitatis ac virtutis omnis, quae beatis congruit, perfectionem continenter exercent.

Est igitur, cur haec caeli lumina et ecclesiae firmamenta simul et ornamenta post Deum maxima veneremur; est, cur sanctos hos prae caeteris mortalibus quantumlibet excellentibus magnifaciamus, praedicemus, imitemur et amemus plurimum; est, cur eosdem tanta talique dignitate iam auctos magnis afficiamus honoribus pro nostra quidem exiguitate; est denique, cur eos ipsos pro christiana pietate compellemus sive invocemus, non sane ut per

A **28** adepti] sunt *add. G2-6 HL2* **29** At *J3-5* *B* **21** firmamentum *H*

A **7** AUGUST. de civ. Dei li. 10 c. 1 *PL 41*, 279 B: *CV 40/I*, 445-47 et epist. 49 ad Deograt. qu. 3 *PL 33*, 378 B *sq. ep.* 102 *n.* 20: *CV 34/II*, 561 *sq.*; de civ. Dei li. 10 c. 1 et 4 *PL 41*, 277 C *ssq.* 280 C *ssq. c.* 1, 3: *CV 40/I*, 445-47 449-51; c. Faustum li. 15 c. 9 et li. 20 c. 21 *PL 42*, 313 B *et* 384 C *ssq.*: *CV 25/I*, 435 *et* 562-64 **10** ssq. Joh. 4, 23 sq. Rom. 10, 11 ssq. 1 Joh. 4, 7-10. 12-14 Matth. 4, 10 Luc. 4, 8 Is. 43, 3. 12 1 Tim. 6, 13-16 **14** Rom. 9, 5 Ps. 83, 12 sq. **23** sq. Rom. 1, 7 2 Cor. 1, 1 Phil. 4, 21 Col. 1, 2. 4 Philem. 7 **25** sq. Apoc. 7, 9-17 **27** sq. Hebr. 11, 33

B **1** ssq. Eph. 5, 27 Apoc. 5, 8-12 7, 1-17 21, 2-4, 23-27 22, 3-5 Eph. 4, 30 1 Cor. 6, 19 **8** sq. Phil. 1, 21-24 2 Cor. 5, 1-8 GREG. M. 4 Moral. c. 32 *PL 75*, 666 A *ssq. c.* 29 *n.* 56 **11** GREG. M. 12 Moral. c. 13 *PL 75*, 999 B *c.* 21 *n.* 26 et li. 4 Dial. c. 33 *PL 77*, 376 B — AUGUST. de cura pro mortuis c. 15 et 16 *PL 40*, 605 D *ssq. n.* 18 606 D *ssq. n.* 19, 20: *CV 41*, 650-52 653 *sq.* — ORIGENES c. Celsum li. 8 *PG 11*, 1612 C *sq. n.* 64: *CB 3*, 280 4 Reg. 5, 25 sq. 6, 8-12 1 Cor. 14, 24 sq. **13** sq. Dan. 10, 12-21 Matth. 18, 10 Hebr. 1, 14 Tob. 12, 12-15 Luc. 15, 7 Act. 5, 19 sq. 12, 7 Apoc. 5, 8-12 8, 3 sq. CYPRIAN. de mortalitate *PL 4*, 601 A-602 A (624 A *sq.*) c. 26: *CV 3/I*, 313 *sq.* **16** ssq. HIERON. in Vigilant. *PL 23*, 343 D-44 D (359 A *ssq.*) *n.* 5, 6 — BERNARD. in Vigil. Petri et Pauli *PL 183*, 404 C-406 B *n.* 2-4: *XB I/2*, 541 *sq.* et ser. 2 de s. Victore *PL 183*, 373 D-76 D *n.* 1-5: *XB I/2*, 499-503; in festo ss. Apost. Petri et Pauli ser. 2 *PL 183*, 410 B *n.* 4: *XB I/2*, 549 **21** DAMASCEN. li. 4 Orthod. fidei c. 16 *PG 94*, 1164 A-68 C *c.* 15 **29** BASIL. M. in 40 Martyr. *PG 31*, 521 B-24 AC; *ho.* 19 in Mamant. *PG 31*, 589 C *sq.* 592 B 600 A *ho.* 23 — GREG. NAZ. in Cypr. *PG 35*, 1189 B-92 B 1193 B *or.* 24; in Athanas. *PL 35*, 1081 A *sq.* 1128 C *or.* 21 *c.* 1, 37; in Basil. *PG 36*, 601 C *sq.* 604 D *sq. or.* 43 *c.* 80, 82 AMBR. de viduis *PL 16*, 250 C-51 C (263 D-64 D) *c.* 9 *n.* 53-55 De fide resurrect. = *de excessu fr. li.* 2 *PL 16*, 1354 B (1414 A) *n.* 134 *sq.* In c. 22 Luc. *li.* 10 *PL 15*, 1827 A (1919 D) *n.* 92: *CV 32/IV*, 490 — CHRYSOST. ho. 66 ad pop. *Ed. Paris.* 1570 *t. V*, 359 D-61 *A (dub.)* — EPHRAEM de laud. martyr. *Ed. Colon.* 1603 *pg.* 747 *sq.*: *AG III*, 253 E-54 B HIERON. in epitaph. Paulae *PL 22*, 878 C *sq.* 889 A 906 A *ep.* 108 *n.* 1, 13, 33: *CV 55*, 306, 322 *sq.* 350 — AUGUST. de cura pro mortuis c. 4 *PL 40*, 596 B *sq. n.* 6: *CV 41*, 629 *sq.* et li. 7 c. Donat. c. 1 *PL 43*, 224 D *sq.*: *CV 51*, 342 BERNARD. ser. 66 in Cant. *PL 183*, 1098 B *sq.* 1099 D *n.* 9 *sq.* — THEODORET. de graec. affect. cur. li. 8 *PG 83*, 1021 C 1032 A *sq. ser.* 8 et in Philotheo = *Hist. relig. PG 82*, 1293 B 1305 B 1323 C 1340 B 1352 B 1357 B 1364 D 1365 D 1377 C 1388 C 1393 A 1396 A 1400 B 1413 C 1417 B 1428 B 1432 A 1452 C 1485 D 1489 B 1496 D — PRUDENT. in li. περὶ στεφάνων *PL 60*, 278 A *sq.* 335 A-40 A 356 A *sq.* 376 A *sq.* 409 A *sq.* 442 A *sq.* 444 A *sq.* 506 B 530 A 549 A 579 A *sq.* 580 B *sq.* 589 A *sq. hymn.* 1-5, 9-11, 13, 14 — 7. Synod. act. 6 = NICAEN. II. MSI *13*, 722 B — Vide etiam sup. in salutat. angel. — Gen. 48, 16 Job 5, 1 Gen. 32, 24-30 Os. 12, 3 sq. Zach. 1, 12 sq. Jer. 15, 1

se largiantur, sed ut apud Deum omnis boni
31r largitorem nobiscum precentur sintque ‖ vel immerentibus faventes et efficaces intercessores.

Cuiusmodi cultus et invocatio, si recte fiat, nimirum ut summus ille cultus et honos summo Deo debitus, quem λατρείαν diximus, integre constet, nihil sane habet incommodi neque cum scriptura pugnat, sed firmis ecclesiae testimoniis comprobatur multumque affert utilitatis.

Quod autem hunc in modum sanctos colimus et cum ecclesia invocamus, adeo Christi salvatoris et Domini nostri gloriam non obscurat, ut etiam magis illustret, amplificet augeatque. Hic enim Christi redemptoris virtus eximia splendescit ac gloria, quod is non
[31v] quidem in se tan- ‖ tum, sed in sanctis etiam suis est apparetque potens, gloriosus, mirabilis, quod eosdem honorat ipse nimisque honorari vult in caelo et in terra; quod per eos itidem et propter eos multa largitur et parcit saepe immerentibus. Nec enim obscurum est, quod Abraham, Isaac, Iacob, David, Hieremias, quanquam defuncti, vivis tamen profuisse legantur.

Unde patres, cum de sanctis loquuntur, suffragatores eos et intercessores patronosque nostros frequenter appellant. Nec immerito sane, quod sanctorum fida suffragia, cum humiliter et pie in Christi nomine implorantur, experientia teste, multis opitulentur.

Quare iam pridem damnati sunt Vigilantiani, qui sanctos ‖ et horum reliquias sacras 32r
suis fraudant honoribus, quos illis ecclesia tribuit orthodoxa.

Nec audiendi etiam calumniatores, qui fingunt divinum honorem in homines hac ratione transferri, sanctos pro diis adorari, creaturas creatori a catholicis exaequari. Nam longe secus rem habere, cum alia multa convincunt, tum vetus et solennis illa testatur supplicatio, quam litaniam vocant. Ubi Deus divinaeque personae primum ac multo quidem sublimius quam sancti et sanctorum ordines omnes coluntur et invocantur.

Hinc et illae de sanctis institutae feriae, quas Augustinus adversus Faustum Manichaeum scribens ita defendit: Populus christianus, inquit, ‖ memorias martyrum religi- [32v]
osa solennitate concelebrat et ad excitandam imitationem et, ut meritis eorum consocietur atque orationibus adiuvetur.

A **1** largiatur *G* 3 *B* **4** Christo *K* 2 imploratur *K* 2

A **6** August. de civit. Dei li. 10 c. 1 et li. 8 c. 27 *PL 41*, 279 B *et* 255 A *sq.*: *CV 40/I*, 445 405 *sq.* c. Faustum li. 20 c. 21 *PL 42*, 384 C *ssq.*: *CV 25/I*, 562-64 **8** sq. Rom. 15, 30 ssq. Hebr. 13, 18 sq. Eph. 6, 18-20 Col. 4, 2 sq. 1 Thess. 5, 25 2 Thess. 3, 1 sq. Luc. 7, 4 sq. Job 42, 7-10 **14** Concil. Trident. sess. 25 Msi *33*, 171 A *ssq.* *CTrG t. IX AA 6*, 1077 *sq.* **17** ssq. Ps. 67, 36 **20** sq. Joh. 12, 26 Matth. 19, 28 Luc. 19, 16-19 Apoc. 3, 20 sq. Ps. 138, 17 **22** *Ps.* Chrysost. ho. 2 in Ps. 50 *PG 55*, 588 C *sq.* — Chrysost. ho. 27 in Matth. *PG 57*, 343 A *sq.* *ho.* 26 *n.* 8 et ho. 42 in Gen. *PG 54*, 392 C et ser. de virtut. et vitiis *PG 63*, 758 C *sq.* *ho.* 26 **24** ssq. Gen. 26, 24 Ex. 32, 13 3 Reg. 15, 3-5 Is. 37, 33-36 4 Reg. 19, 34 2 Macc. 15, 14 **27** Ambr. de vid. *PL 16*, 250 C-51 C (263 D-64 D) *c.* 9 *n.* 53-55 et in c. 22 Luc. *PL 15*, 1807 *C* (1899 C) *in c.* 21 *n.* 12: *CV 32/IV*, 460 — Leo M. ser. de Petro et Paulo 1 et 2 *PL 54*, 428 A *ser.* 82 *c.* 7 *et* 431 B *sq.* *ser.* 83 *c.* 3 et in ser. de annivers. Pontificum ser. 2, 3, 4, c. 2, 3, 4 *PL 54*, 143 C *sq.* 146 B 152 A *sq.* — Paulinus ad Cytherium *PL 61*, 623 A *sq.* *poëma* 24 et de b. Felice *PL 61*, 464 B *sq.* 467 C *ssq.* 492 C *ssq.* 495 A *sq.* 643 C *ssq.* 653 A *sq.* *poëma* 13, 14, 18, 26, 27 — Maximus de Taurin. martyribus *PL 57*, 427 B 428 B *sq.* *ho.* 81 — Basil. M. in 40 martyr. *PG 31*, 521 B-24 AC *ho.* 19 — August. li. 2 qu. 108 in Exod. *PL 34*, 635 B: *CV 28/I*, 164 — Eusebius Caes. de praeparat. evangelii li. 13 c. 7 *PG 21*, 1096 B *sq.* *c.* 11

B **4** Hieron. c. Vigilant. *PL 23*, 342 B-43 D (357 A-59 A) *n.* 4, 5 et in ep. ad Riparium *PL 22*, 907 A-909 A *ep.* 109 *n.* 1-3: *CV 55*, 352-55 et in c. 65 Isaiae *PL 24*, 632 C-33 A (657 A *sq.*) *vers.* 4 *sq.* — Synod. Nicaen. II. Msi *13*, 560 C *ssq.* *act.* 3 722 B *act.* 6 730 D *act.* 7 — et Gangrensis Msi 2, 1096-1100 1103 C et 1108 B *can.* 20 Hi *pg.* 264-66 Tur. *II/2*, 174 179 *sq.* 211 **8** 4 Reg. 13, 21 August. de civitate Dei li. 22 c. 8 *PL 41*, 761 A-71 *passim* *CV 40/II*, 596-612 — Joh. Damascen. Orthod. fid. li. 4 c. 16 *PG 94*, 1164 A-68 C — *Ps.* Basilius M. in Ps. 115 *PG 30*, 112 B *sq.* — Chrysost. in Juvent. et Maximum *PG 50*, 576 C *sq.*: item in Babylam *PG 50*, 550 D-51 B 553 C — Ambros. epist. 85 *PL 16*, 1021 C *ssq.* (1064 B *ssq.*) 1023 A *sq.* (1066 B) *ep.* 22 *n.* 7, 9-11, 13 et ser. 91 *Ed. Paris.* 1569 *col.* 793 C-94 D ex ep. 22 *PL 16*, 1023 C-26 A (1067 A-69 A) *n.* 16-22 — *Ps.* Ambros. ser. 92=93 *Ed. Paris.* 1569 *col.* 796 A-C 798 A *sq.* *PL 17*, 716 AD 718 A-D *sq.* (740 AC *ssq.* 742 BD *sq.*) *ser.* 55 *n.* 2, 4, 9-11 — Trident. sess. 25 Msi *33*, 171 C *sq.*: *CTrG t. IX AA 6*, 1078 Act. 19, 11 sq. 5, 14-16 Luc. 8, 43 sq. Matth. 14, 35 sq. **12** Gen. 19, 1 sq. 23, 7 33, 3. 6 sq. 42, 6 sq. Jos. 5, 15 1 Reg. 20, 41 25, 23 sq. 4 Reg. 2, 15 **18** Bernard. ser. de 4 modis or. *PL 183*, 605 A-606 C *ser.* 25 *n.* 1, 2: *XB I/3*, 830 *sq.* — Victor. Afric. de persec. Vand. li. 3 *PL 58*, 256 C-58 C *li.* 5 *c.* 19 *sq.*: *CV 7*, 105-107 **22** ssq. Aug. c. Faust. li. 20 c. 21 *PL 42*, 384 C *ssq.*: *CV 25/I*, 562-64; in Ps. 88 cont. 2 *PL 37*, 1141 A — *Ps.* Aug. ser. 47 de sanctis *PL 39*, 2160 D *sq.* *app. ser.* 225 — Bern. in Vigil. Petri et Pauli *PL 183*, 404 C-406 B *n.* 2-4: *XB I/2*, 541 *sq.* — Isidor. de Officiis eccl. li. 1 c. 34 et 35 *PL 83*, 770 A *sq.* 771 B *c.* 35, 36

IX.

50 Pugnatne cum hoc primo praecepto usus receptus imaginum Christi atque sanctorum? 45

Haudquaquam, quia non sicut ethnici solent, adoramus sculptilia, ligna, lapides perinde ac deos quosdam (id enim hoc praecepto cavetur maxime) sed more christiano et mente pia Christum ipsum et sanctos illic veneramur, ubi per imagines propositas nobis repraesentantur.

Ita tum praesens tum vetus ecclesia summo consensu docet, commendans nobis pias et venerandas imagines, ut quarum usum apostolica etiam traditione commendatum accepe-
33r rimus et sacrosancta patrum synodo approbatum retineamus. Imo et veteri synagogae suas Deus imagines dedit.

Quapropter damnatus est error iconoclastarum, ut qui inter simulachra deorum et imagines Christi atque sanctorum discrimen nullum constituerent neque rationem temporis gratiae seu novae legis haberent, quo Deus homo factus ‹imaginem similitudinemque suam› initio a se creatam ipse induit atque in ea se nobis repraesentavit. Neque solum imperitus error, sed etiam nefandus istorum furor est, qui sacris e locis imagines ipsas et in his dominicam quoque crucem eiiciunt ac sacri- || legis mani- || bus sacra fere omnia, ubi pos- [33v]
sunt, demoliuntur.

X.

51 Quid nobis praescribit secundum praeceptum? 46

Prohibet abusum divini nominis et irreverentiam, quae committitur a periuris, blasphemis et per Deum, sanctos vel sacra temere iurantibus contra illud: Nolite iurare; ‹sit sermo vester est est, non non.”

Deinde requirit, ut iuxta rectum linguae usum ingentem reverentiam divino nomini exhibeamus, iuramenta servemus, vota Deo et ecclesiae facta non violemus, denique ut verbum Dei tractemus reverenter.

XI.

52 Quid imperat tertium praeceptum? 47

Postulat sabbatum seu diem festum in ecclesia piis operibus transigi. Vult igitur, ut || animus tunc adsit curis vacuus, qui se libere 34r
transferat ad cultum interiorem et exteriorem Deo in fide, spe et charitate praestandum. Vult, ut expediti divina meditemur beneficia, tractemus sacra, oremus et adoremus Deum, cum privatim tum publice, cum aliis ‹in spiritu et veritate.”

A **16** accepimus *K* 1.2 **23** constituerunt *G* 2-6

A **6** sq. Bar. 6,38 Deut. 4,15-19 5,8 sq. Ps. 113,4 ssq. 134,15-18 Sap. 14,12-31 1 Cor. 10,7 8,4-6 **7** sq. Lev. 26,1 TERTULL. adv. Marcionem li. 2 *PL 2*, 310 A *sq.* (337 B): *CV 47*, 364 *sq. c.* 22 **12** BASIL. de Spir. s. c. 18 *PG 32*, 149 C JOH. DAMASCEN. Orthod. fid. li. 4 c. 17 *PG 94*, 1168 C-76 A *c.* 16 — ATHANAS. ser. 4 c. Ar. *PG 26*, 332 A *sq. or.* 3 **13** 7. Synod. = NICAEN. II. MSI *13*, 397 C *ssq. act.* 7 item 8. Synod. = CONSTANTINOP. IV. MSI *16*, 400 C *sq.* 401 E *sq. actio* 10 *can.* 3,7 — AUGUST. de cons. ev. li. 1 c. 10 *PL 34*, 1049 C *n.* 16: *CV 43*, 15 — *Ps.* DAMASUS in vita Sylvestri *LP(D) I*, 172 174 178 *n.* IX X XIII XXI *LP(M) I*, 47-72 — *Ps.* ATHANAS. de passione imag. d. n. Jesu Christi c. 4 *PG 28*, 817 D *ssq.* — GREGOR. M. li. 9 ep. 9 *PL 77*, 1128 B-29 A *li.* 11 *ep.* 13 *MG Epp. 2*, 270 *(XI*, 10*)* GR. *c.* 11 *D. 3 de cons.* et li. 7 indict. 2 ep. 53 *PL 77*, 990 D *ssq. ep.* 52 *MG Epp. 2*, 147 *ssq. in calce (IX*, 147*)*; ep. 109 *PL 77*, 1027 C *sq. ep.* 105 *MG Epp. 2*, 195 *(IX*, 208*)* — JOH. DAM. Orthod. fid. li. 4 c. 17 *PG 94*, 1168 C-76 A *c.* 16 — EUSEB. CAES. eccl. hist. li. 7 c. 14 *PG 20*, 680 B *sq. c.* 18: *CB 9/II*, 672 — SOZOM. *hist. eccl.* li. 5 c. 20 *PG 67*, 1280 B *sq. c.* 21 — NICEPH. *hist. eccl.* li. 2 c. 7 et 43 *PG 145*, 773 B *ssq.* 876 D et li. 6 c. 16 *PG 145*, 1161 B NICET. de imp. Man. Comn. li. 5 *PG 139*, 501 B *sq.* 337 B — JOH. DAM. in trib. li. de imag. *PG 94*, 1232 A-1420 C **18** Ex. 25,18-22 37,7-9 Num. 7,89 21,7-9 3 Reg. 6,23-25 **20** Synod. NICAEN. II. act. 7 MSI *13*, 398 C *ssq.* 730 D et Synod. 8. = CONSTANTINOP. IV. can. 7 MSI *16*, 401 E *sq. act.* 10 — NICEPH. *hist. eccl.* li. 16 c. 27 *PG 147*, 169 B *sq.* — GREGOR. M. li. 9 ep. 9 ad Seren. Massil. vide supra *A* 13 — Conc. TRIDENT. sess. 25 MSI *33*, 171 D *ssq. CTrG t. IX AA 6*, 1078 *sq.* **25** Gen. 1,26 Phil. 2,7 **28** ssq. PAUL. DIAC. de gestis Langob. li. 6 c. 14 *PL 95*, 656 A-57 A *c.* 49: *MG SS rer. Langob. pg.* 181 *sq. c.* 49 et de gestis Roman. li. ult. in fine *MG AA 2*, 404 *sq.* — JOH. PATRIARCHA HIEROS. in vita Damasceni *PG 94*, 432 C-33 B 456 B-57 C *c.* 2, 3, 17

B **8** sq. Ex. 20,7 Lev. 19,12 5,1-6 Eccli. 23,9-20 27,15 Zach. 5,2-4 8,16 sq. Lev. 24,14-16 Matth. 5,33-37 **10** TOLET. VIII. can. 2 MSI *10*, 1210 E-15 E *c.* 2 HI *pg.* 386-89 GR. *C. 22 qu.* 4 **11** sq. Matth. 5,37 Jac. 5,12 **13** sq. Ps. 32 = 33,2 Jer. 4,1 sq. Ps. 14,4 75,12 **15** ssq. Eccle. 5,3 1 Tim. 5,11 sq. Deut. 23,21-23 Ps. 49,14-16 2 Cor. 2,17 4,2 Concil. TRIDENT. sess. 4 MSI *33*, 23 D *sq.*: *CTrG t. V AA* 2, 92 **22** ssq. Ex. 20,8-11 31,13-17 Deut. 5,12-15 Lev. 23,3 ssq. Jer. 17,21 sq. Is. 56,4-7 Apoc. 1,10 Act. 20,7 1 Cor. 16,1 sq. AUGUST. ad Januar. ep. 119 c. 12 et 13 *PL 33*, 214 C *ssq.* 215 A *ssq. ep.* 55 *n.* 22, 23: *CV 34/II*, 192 *sq.* 194 sq. et ep. 118 c. 1 *PL 33*, 200 B *ep.* 54 *n.* 1: *CV 34/II*, 159 *sq.* — *Ps.* AUGUST. ser. 154 de temp. *PL 39*, 2070 A *app. ser.* 167 *n.* 2 — LEO M. ep. 81 ad Diosc. *PL 54*, 626 A *sq. ep.* 9 *c.* 1 **29** sq. Joh. 4,23 sq.

Prohibet autem diebus festis laborare, operibus vacare mechanicis et occupationibus deditum esse prophanis, nimirum ut otio sancto vacemus, adeundo templum et audiendo publicum ecclesiae sacrum seu missam et statam contionem, quemadmodum hoc praeceptum observare pii consueverunt.

XII.

53 Quae summa est horum trium praeceptorum? 48

Haec tria priora quidem praecepta, quae [34v] sunt primae tabulae, nos eo instituunt, ‖ ut verum Deo cultum praestemus, interiorem scilicet et exteriorem, corde, ore et opere, privatim et publice.

Reliqua septem, quae porro sequuntur, praecepta secundae tabulae dicuntur in hoc addita, ut nostrum erga proximum officium explicent.

XIII.

54 Quid proponit et iniungit quartum praeceptum? 49

Docentur hic filii, quid suis debeant parentibus, quorum et ope in hanc lucem editi et labore liberaliter sunt educati. Docentur et subditi suum deferre officium maioribus, id est omnibus, qui dignitate et potestate quadam, sive in politicis sive in ecclesiasticis magistratibus gerendis, praecellunt.

Debent autem et illi parentibus et hi maioribus suis tum interiorem tum exteriorem quan- ‖ dam reverentiam et observantiam, 35r opem itidem et obedientiam.

Vetatur praeterea, ne quacunque ratione vel offendamus vel contristemus personas eiusmodi sublimiores sive verbis aut signis sive factis id committatur.

XIIII.

55 Quid includit quintum praeceptum? 50

Non solum externam prohibet caedem et vim omnem, quae corpus et vitam proximi laedit, sed etiam iram, odium, rancorem, indignationem, vindictae cupiditatem et quosvis internos affectus ad proximi laesionem propensos amputat.

Requirit vero animi mansuetudinem, humanitatem, clementiam, comitatem, beneficentiam, nimirum ut iniuriarum facile obliviscamur nec vindictam expetamus, sed ita condonemus ‖ invicem offensas, sicut in Chri- [35v] sto Deus nobis donavit.

XV.

56 Quid habet sextum praeceptum? 51

Prohibet fornicationem, adulterium et omnem concubitum illegitimum ac impuram qualemcunque libidinem.

Caveri praeterea et praescindi vult occasiones, quae carnis libidinem irritant ac fovent, ut sunt obscoena verba, cantilenae inhonestae, gestus impudici.

B **2** obedientiam] ex animo reddendam *add. K*1.2

A **1** ssq. Deut. 5,12-14 Num. 15,32-36 Lev. 13=23,4 ssq. *Ps.* IGNATIUS ad Philipp. *PG 5*,937A *c.* 13 FU *II*,120 **4** ssq. LEO M. ser. 3 de Quadrag. *PL 54*,272B *sq.* 273C *sq. ser.* 41 c. 1.2 — GREG. M. li. 11 ep. 3 *PL 77*,1254D *li.* 13 *ep.* 1 *MG Epp.* 2,368 *(XIII,3)* — HIERON. in c. 4 ad Galat. *PL 26*,378A *sq.* (404B *sq.*) *vers.* 10,11 — AUGUST. c. Adimant. c. 16 *PL 42*,156D *n.* 3: *CV 25/I*,162 — *Ps.* AUGUST. ser. 251 de temp. *PL 39*,2274A *ssq. app. ser.* 280 *n.* 1-3 Conc. MOGUNT. can. 36 MSI *14*,73B *sq. MG LL s. III tom. II/1*, 269 *sq.* — MATISCON. II. can. 1 MSI *9*, 949E-50C *MG LL. s. III tom. 1*,165 — AGATH. can. 21 et 47 MSI *8*,328B *sq.* 332E *cfr.* GR. *c.* 64 *D. 1 de cons.* **13** AUGUST. qu. 71 in Exod. *PL 34*,620D-21D 622C *sq.*: *CV 28/I*,135-138 139 et in Ps. 32 cont. 1 *PL 36*,281A *ssq. n.* 6 **27** Deut. 5,16 Col. 3,20 Eph. 6,1-3 Eccli. 3,1-18 Prov. 23,22.25 Tob. 4,1-5 **29** ssq. Rom. 13,1-7 Hebr. 13,17 Tit. 3,1 sq. 2,9 sq. 1 Tim. 2,1-3 6,1 sq. 1 Petr. 2,11-18 5,5 Eph. 6,5-8 Col. 3,22-24 **34** Lev. 19,32 1 Petr. 2,13-18 Gen. 43,26 1 Tim. 6,1 sq. Eccli. 4,7 Act. 10,25

B **1** 1 Tim. 5,17 sq. 1 Cor. 9,7-14 Matth. 10,9 sq. 20,1-16 Luc. 10,7 sq. AMBROS. Hexam. li. 5 c. 16 *PL 14*, 229B-30A (243C-44B) *n.* 55: *CV 32*,181 *sq.* **3** ssq. Matth. 15,3-6 Hebr. 13,17 Ex. 21,15.17 22,28 sq. Lev. 20,9 Deut. 21,18-21 27,16 Prov. 20,20 28,24 30,11.17 Eccli. 3,14 ssq. **12** ssq. Gen. 9,5 sq. Lev. 24,17-21 19,16-18 Deut. 5,17 Ex. 20,13 21,12-14 Matth. 5,21-24 Jac. 2,11 1 Joh. 3,15 Eph. 4,26.31 Col. 3,8.13 Ps. 4,5 Rom. 12, 14.17.19-21 Deut. 32,35 Eccli. 28,1-15 Hebr. 10,30 12,15 **18** Eph. 4,1-3 Col. 3,12-15 Rom. 12,14.18.20 1 Petr. 3,8 sq. Eph. 6,9 Matth. 6,14 5,43-48 18,21.22.33 Luc. 6,37 Marc. 11,25 sq. Prov. 24,29 **22** sq. Eph. 4,32 **29** Lev. 20,10 ssq. 19,29 Deut. 22,22 ssq. 23,17 sq. Matth. 5,27 sq. Eccli. 41,21.27 1 Cor. 6,9.10.15-20 Eph. 4,17-19 5.3-6 Prov. 6,24 ssq. Judas 4.7.8.12.23 **34** sq. Col. 3,5.6.8 Eph. 5.3-6 2 Petr. 2,6-10.12-14

Requirit ex adverso fidem in coniugio, tum pudicitiam omnem sive cordis in cogitationibus et desideriis sive corporis in lingua, facie, oculis, auribus, tactu atque in omni demum habitu cultuque exteriore, ut sive soli sive cum aliis vivamus, non modo luxus et intemperantiae notam effugiamus, verum etiam mo- 36r || destiam, frugalitatem continentiamque sedulo exerceamus.

XVI.

57 Quid docetur in septimo praecepto? 52

Prohibetur omnis rei alienae illicita contrectatio et usurpatio per furtum, rapinam, usuras, lucra iniusta, dolum malum et quosvis contractus alios, quibus fraterna laeditur charitas ac proximus fraude circumvenitur.

Exigit e regione hoc praeceptum, ut in omni negotio seu commercio inviolata servetur aequitas et proximi utilitas, sicubi sese offerat occasio, quacunque ratione ac ope nostra promoveatur.

XVII.

58 Quid in octavo praecepto comprehensum est? 53

Prohibemur eo falsum dolosumve testimo- [36v] nium in quenquam proferre et quoquo mo- || do proximi causam in iudicio subvertere vel etiam extra iudicium famam illius laedere, quod sane fit a susurronibus, detractoribus, maledicis, criminatoribus et adulatoribus. Breviter omne mendacium et omnis linguae contra proximum abusus hic interdicitur.

Docemur interim de proximo bene et commode loqui, nempe ad illius defensionem et utilitatem sine fuco, simulatione insidiisve.

XVIII.

59 Duo postrema praecepta quid continent? 54

Vetant concupiscentiam uxoris ac rei alienae, ut non solum ab uxore aliena illicitis commerciis et externa apertaque iniustitia nos abstineamus, sed etiam ne voluntate quidem noceamus cuiquam aut nocere deliberemus.

Igitur hoc utrunque praeceptum cordis sin- 37r ceritatem et benevolentiam erga omnes integram esse vult, ut quae in rem et salutem proximi cedunt, optemus ex animo neque cupiditati unquam cum levi alterius iniuria consentiamus.

XIX.

60 Quo demum referenda sunt mandata decalogi omnia? 55

Ad charitatem, quam nobis geminam duae illae tabulae, quibus Dei digito mandata haec inscripta fuere, commendant. Docent enim primae mandata, quae ad charitatem Dei, mandata vero secundae tabulae, quae ad charitatem proximi spectant.

Igitur ex his decem duo quidem priora id faciunt, ut quae vitia cultui honorique Dei maxime adversantur, idololatria scilicet ac periurium, in primis cavea- [37v] || mus. Tertium porro mandatum admonet verum purumque cultum corde, ore ac opere fideliter exhibendum esse. Quod sane ubi recte observatur, solus utique Deus in omnibus et super omnia diligitur ac honorificatur.

Iam summa praeceptorum, quae ad proximum diligendum pertinent, vel hoc uno constat: „Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne aliquando alteri facias." Cui respondet illa Christi sententia: „Omnia, quaecunque vultis,

---

A **4** atque in omni] atque omni *HL* **9** exerceamur *J* 1.2 **16** rapinam] simoniam *add. G* 2-6 *HK* 1.2 *L*
B **7** externa] extrema *K* 1.2 **38** sq. Quod-facias] Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris *GK* 1.2 vide ne] tu *add. HL* 3-6

A **1** 1 Thess. 4, 3-5 Hebr. 13, 4 **2** sq. Tob. 4, 6 1 Cor. 7, 3-5. 10 sq. Tob. 3, 16-18 Matth. 15, 18-20 Dan. 13, 8 ssq. 56 **3** ssq. 1 Tim. 5, 11-13 Eccli. 9, 3-13 Job 31, 1. 9 Prov. 6, 24 ssq. Gen. 9, 22-27 Deut. 25, 11 sq. Gen. 38, 8-10 1 Tim. 2, 8-10 1 Petr. 3, 1-4 Is. 3, 16-26 Amos 6, 1-8 Jac. 5, 1-5 Rom. 13, 12-14 Ez. 16, 48-52 2 = *1* Tim. 5, 6. 22 **15** ssq. Lev. 19, 11. 13. 15. 35 Eph. 4, 28 1 Cor. 6, 7. 8. 10 Luc. 6, 34 sq. Act. 8, 18-24 4 Reg. 5, 20-27 Deut. 25, 13-16 Prov. 11, 1 20, 10 Eccli. 10, 6-8 1 Thess. 4, 6 **20** ssq. Ps. 14, 1-5 Luc. 6, 29-31 Ez. 17 = *18*, 5-17 Rom. 13, 7 sq. Matth. 5, 38 **30** ssq. Lev. 19, 11. 13-16 Ex. 23, 1-3. 6-8 Deut. 5, 20 16, 18-20 19, 15-21 27, 19 Prov. 12, 17-22 4, 24 24, 21-29 25, 18 Jac. 4, 11 1 Petr. 2, 1. 2 Eph. 4, 25. 29 Prov. 17, 4. 5. 7. 9-11. 15. 20. 23. 26 18, 6-8 19, 5 Rom. 1, 28-32 Ps. 5, 7-11 Apoc. 21, 8 22, 14 sq. Jac. 3, 2-16 **38** ssq. Matth. 12, 35-37 Col. 3, 8. 9. 16 sq. Eph. 4, 29-32 Prov. 15, 1. 2. 4. 7 Eccli. 6, 1. 5

B **5** ssq. Deut. 5, 21 Eccli. 5 = *25*, 28 Matth. 5, 27 sq. Rom. 13, 9 1 Thess. 4, 3-6 Jac. 1, 14 sq. Is. 1, 23 Eccli. 5, 1 sq. 18, 30 sq. Ps. 9 (10), 4. 9 61, 11 Act. 20, 33 **10** ssq. Job 31, 1. 2. 9-11 1 Cor. 10, 24 Tob. 9, 8-11 10, 10 sq. Gen. 24, 59 sq. 1 Tim. 6, 9-11 **21** ssq. Ex. 32, 15 sq. 34, 1. 4 **38** ssq. Tob. 4, 16 **40** ssq. Matth. 7, 12 Luc. 6, 31

ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Haec est enim lex et prophetae."

XX.

61 **Quae sunt fraternae charitatis officia et argumenta?** *56*

De his Paulus ita disserit: „Charitas patiens est, benigna est. Charitas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa. Non quaerit, quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet."

38r Christus vero, ut seipsum nobis verae perfectaeque charitatis exemplum praebeat, in postrema illa coena, quam praeclaris suae charitatis indiciis mire condivit, tam serio dixit: „Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem." Ac iterum: „Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos." Quod tanti est sane momenti, ut Paulus affirmet: „Qui diligit proximum, legem implevit."

Igitur ut hunc de charitate locum oraculo divino absolvamus: „Elige vitam, ut et tu vivas et semen tuum; et diligas dominum Deum tuum atque obedias voci eius et illi adhaereas. (Ipse enim est vita tua et longitudo dierum tuorum.)"

Tum ne quisquam dubitet evangelicam Christi doctrinam hac in parte cum lege quadrare, dictum illud a Christo meminerimus: „Si vis ad vitam ingredi, serva mandata." Et alibi post commendata charitatis praecepta et ope- ‖ ra, idem haec verba subiunxit: [38v] „Hoc fac et vives." — „Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur."

Ex hisce factoribus erant Abel, Noë, Abraham, Zacharias et caeteri, quos scriptura iustos apud Deum fuisse testatur, ut qui opere et veritate Deum proximumque diligerent.

Quare David inter eos haud postremus et sancte gloriabundus canit: „Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum." — ‚Dilexi, servavi, custodivi mandata tua et testimonia tua.' — „In custodiendis illis retributio multa." — „Maledicti, qui declinant a mandatis tuis."

A **1** faciunt *J* 3-5 **25** diliget *J* 3-5 *B* **11** subiungit *G* 4-6

A **8** ssq. 1 Cor. 13, 4-7 Gregor. M. li. 10 Moral. c. 8 *PL 75*, 925 D *c.* 6 *n.* 10 **16** ssq. Joh. 13, 1-15 Luc. 22, 15. 19 **20** ssq. Joh. 13, 34 **22** sq. Joh. 15, 12 **25** Rom. 13, 8
B **1** ssq. Deut. 30, 19 sq. **9** Matth. 19, 17 **12** ssq. Luc. 10, 28 Rom. 2, 13 **15** ssq. Gen. 6, 9 7, 1 In orat. Manassis Sap. 10, 4-6. 10. 13. 15. 17 Matth. 23, 35 1, 19 Job 13, 18 Luc. 1, 5 sq. 2, 25 Jac. 2, 21 **21** sq. Ps. 118, 32 **23** sq. Ps. 118, 55. 113. 127. 159. 163. 166. 168 **24** sq. Ps. 18, 12 **25** sq. Ps. 118, 21

2. DE PRAECEPTIS ECCLESIAE.

I.

62 **Suntne praeter decalogum alia praecepta christianis observanda?** *57*

Sunt utique, quando legislator et magister 39r noster Chri- ‖ stus non solum docuit praecepta decalogi, sed etiam in universum praecepit, quae ad obedientiam apostolicis et ecclesiasticis mandatis praestandam spectant.

Hinc extant evangelicae illae sententiae: „Sicut misit me Pater, et ego mitto vos." — „Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit." — „Si non audierit eos, dic ecclesiae; si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus." Ubi summum atque extremum iudicium Christus defert deferrique iubet ad ecclesiam, id est, ad ecclesiae praepositos et rectores, sicut Chrysostomus interpretatur et verba evangelii mox sequentia declarant atque convincunt.

Proinde nec frustra scriptum est de apostolo Paulo: „Perambulabat Syriam et Ciliciam confirmans ecclesias praecipiens custodire praecepta apostolorum et seniorum."

A **6** Jac. 4, 12 Matth. 23, 8. 10 **6** sq. Matth. 19, 17-19 **12** Joh. 20, 21 17, 18 **13** sq. Luc. 10, 16
B **2** ssq. Matth. 18, 17 **4** ssq. 3 Reg. 8, 14 **7** sq. Chrysost. ho. 61 in Matth. 18 *PG 58*, 586 B ho. 60 et Basil. M. constitutiones monast. c. 30 *PG 31*, 1420 B item Theophylact. in Matth. 18 *PG 123*, 341 D et Euthymius in c. 18 Matth. *PG 129*, 505 B **11** ssq. Act. 15, 41 et 16

[39v]

II.

63 Cuiusmodi porro sunt apostolorum seniorumque praecepta, quae Paulus custodire iussit? 58

Pauli discipulus Dionysius Areopagita testatur duplicis ea generis utpote partim scripta partim non scripta esse. Ad utrunque genus pertinet, quod Ioannes affirmat evangelista: „Qui novit Deum, audit nos; qui non est ex Deo, non audit nos. In hoc cognoscimus Spiritum veritatis et spiritum erroris."

Ac primum quidem genus, quod litteris mandatur scriptisque legibus constat, satis est perspicuum, quia libris canonicis constat.

Posterius vero circa praecepta et instituta ea versatur, quae uno traditionum nomine comprehendi et sic a patribus nuncupari solent. Non enim scripto uti superiora, sed viva
40r voce tradita et veluti per manus a ‖ maioribus ad nos transmissa ecclesiaeque commendata retinentur.

III.

64 Estne utrunque hoc praeceptorum genus observatu necessarium? 59

Est plane, si doctorem Paulum sequimur ita praecipientem: „State et tenete traditiones, quas didicistis sive per sermonem sive per epistolam nostram." Unde laudat hoc nomine Corinthios, quod apostolica praecepta, quae viva voce tradita iam acceperant, sedulo custodirent. Tum admonet Thessalonicenses, ut ab omni se fratre subducant, qui inordinate et non secundum traditionem ab apostolis acceptam ambulat.

Atque hoc est, quod sacrosancta synodus Nicaena divinae scripturae consonans verbis tam luculentis expressit: Oportet nos ecclesiasticas traditiones sive scripto sive consuetudine in ecclesia retentas unanimiter ‖ et in- [40v]
violabiliter observare. Et apud Cyprianum legimus non minus ratum esse, quod dictante Spiritu sancto apostoli tradiderunt, quam quod Christus ipse tradidit. Sicut enim par est Spiritui sancto et Christo divinitas, ita utriusque in suis institutis aequa est autoritas et potestas.

IIII.

65 Quomodo cognoscemus, quae sint apostolicae et probatae in ecclesia traditiones? 60

De his nobis regulam observatu dignam Augustinus praescribit. Illa, inquiens, quae non scripta, sed tradita custodimus, quae quidem toto terrarum orbe servantur, datur intelligi vel ab ipsis apostolis vel plenariis conciliis, quorum est in ecclesia saluberrima autoritas, commendata atque statuta retineri. Sic idem contra Donatistas imo haereticos omnes
disserens hoc graviter admonet: Quod uni- 41r
versa tenet ecclesia nec conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi autoritate apostolica traditum rectissime creditur.

Cui Leo ille Magnus consonans ait: Dubitandum non est, quicquid in ecclesia in consuetudinem est devotionis retentum, de traditione apostolica et de sancti Spiritus prodire doctrina.

V.

66 Cuiusmodi sunt traditiones apostolicae, quae christianis veniunt observandae? 61

Exempla satis multa apud patres extant et eos quidem, qui vel ante mille annos fidem

---

A **18** sic *om. HL* **38** ambularet *K* 1.2

B **28** rectissime] certissime *G* 2-6

A **6** ssq. *Ps.* Dionys. Areop. de ecclesiast. hier. c. 1 *PG 3*, 376D *§ V* — Basilius M. de Spiritu s. c. 27 *PG 32*, 188A-89B *n.* 66 — Euseb. Caes. de demonstr. evang. li. 1 c. 8 *PG 22*, 76B: *CB 23*, 39 — Epiphanius haer. 61 c. Apostolicos *PG 41*, 1048B *c.* 6: *CB 31*, 386 — Tertull. de cor. mil. *PL 2*, 78C-80A (98B-99B) *c.* 3 **10** ssq. 1 Joh. 4, 6 **18** *Ps.* Cyprian. de ablutione pedum *Ed. Antverp.* 1568 *t. III*, 473 *col.* 1 *n.* 1 — Hieron. c. Luciferianos *PL 23*, 163C-64A *sq.* (172A *sq.*) *n.* 8, 9 — Chrysost. in 2 Thess. 2 ho. 4 *PG 62*, 488C *sq. n.* 14 **30** ssq. 2 Thess. 2, 14 *et ibid.* Cyprianus *falso cit. et* Chrysost. *PG 62*, 488C *n.* 14 *et* Theophylact. *PG 124*, 1348B *c.* 2 **33** 1 Cor. 11, 2 **35** 2 Thess. 3, 6 **40** ssq. Nicaen. II. c. iconomachos act. 7 Msi *13*, 377B *sq.* item 8. Synod. = Constantinop. IV. *can.* 1 Msi *16*, 397E *sq.*

B **4** *Ps.* Cyprian. de ablutione pedum *Ed. Antverp.* 1568 *t. III*, 473 *col.* 1 *n.* 1 **8** Ibid. **17** sq. August. in ep. 118 ad Januar. c. 1 *PL 33*, 200B *ep.* 54 *n.* 1: *CV 34/II*, 159 **24** ssq. August. c. Donatist. de baptismo li. 4 c. 24 li. 2 c. 7 li. 5 c. 23 *PL 43*, 174D 133D 192D: *CV 51*, 259 187 289 **29** Leo M. ser. 2 de ieiunio Pentecostes *PL 54*, 418B *ser.* 79 *c.* 1

publicam meruerunt. Nimirum secundum traditionem ORIGENES et AUGUSTINUS docent parvulos esse baptizandos.

[41v] DIONYSIUS et TERTULLIANUS ostendunt precationes et oblationes pro defunctis ad altare fieri oportere.

Hinc HIERONYMUS et EPIPHANIUS statas ecclesiae ieiunationes, praesertim Quadragesimae, observandas esse commonstrant.

Sic etiam AMBROSIUS et CHRYSOSTOMUS eorum dignitatem adstruunt, quae in sacro missae officio solenniter peraguntur.

Tum praeter DAMASCENUM patres, quos NICAENA synodus secunda citat, eadem ratione testantur, quod Christi et sanctorum eius imagines deceat venerari.

Demum, ut caeteros omittamus, magnus ille BASILIUS ob traditionem retineri vult sacrum chrisma aliasque solennes caeremonias,

42r quae sacramentis sanctissimis adhibentur. ‖ Et addit BASILIUS: Si instituta consuetudinesque non scriptas tanquam in eis vis magna non insit, semel repudiare aggrediemur, clam ac pedetentim ratas ipsas evangelii sententias improbabimus, aut potius ad inane nomen eius praedicationem contrahemus. Sed apostolicum existimo, ait, iis etiam traditionibus, quae scriptae non sunt, inhaerere.

VI.

67 Quantum hodie circa traditiones apostolicas et ecclesiasticas aberratur? 62

Plurimum, dum eas plerique contemnunt, alii negligunt, aut certe pluris non faciunt quam politicorum magistratuum constitutiones, et haec instituta esse hominum fingunt, quae vel observare vel omittere liberum sit exiguaeque aut nullius omnino frugis; ipsi ἀδιάφορα vocant.

Sunt qui universas fere traditiones eius- [42v] dem esse ponderis volunt atque adeo foede commiscent scripturae loca, perinde ac idem sit iudicium de traditionibus pharisaicis et apostolicis, de iudaicis et ecclesiasticis, de privatis seu particularibus et iis, quae totius ecclesiae consensu receptae communique piorum usu tot saeculis comprobatae, ac veluti per manus ad nos transmissae, ubique fere gentium comperiuntur.

VII.

68 Quid vero de iis iudicandum, 63 qui ecclesiae traditiones repudiant ac pro nihilo habent?

Hos verbum Dei redarguit ac damnat, cum traditiones observandas esse decernit, cum iubet ecclesiam audire et apostolorum seniorumque praecepta custodire. Verbum Dei est, quod subiicit nos magistrati- ‖ bus cum poli- 43r ticis tum ecclesiasticis, modestis iuxta et discolis propter conscientiam; vult illorum legibus et reverentiam et obedientiam deferri maximam. „Obedite" inquit „praepositis vestris et subiacete eis." — „Omnia quaecunque dixerint vobis, servate et facite; secundum opera vero eorum nolite facere."

Quapropter „isti non tam homines spernunt quam Deum ipsum' optimum maximum, quem in apostolis eorumque successoribus audire ac revereri sane oportebat. Igitur „plane verbo Dei resistunt, dum potestati et ordinationi Dei resistunt et hinc sibi damnationem acquirunt,' si Paulo credimus.

A **20** quae] a *add. H* 4

B **24** sq. tum — cum *K* 1.2 **37** et hinc] hinc *J*

A **2** ORIGEN. in c. 6=5 ad Romanos *PG 14*, 1047 B *n.* 9 — AUGUST. de Gen. ad litteram li. 10 c. 23 *PL 34*, 426 B *CV 28*, 327 et c. Donatist. li. 4 c. 24 *PL 43*, 174 D: *CV 51*, 259 **4** *Ps.* DIONYS. AREOPAG. de ecclesiast. hier. c. 7 *PG 3*, 561 C § 7 — TERTULL. in exhort. ad castitatem *PL 2*, 926 C (975 C) *c.* 11 et de cor. militis c. 3 *PL 2*, 79 B (99 A) **7** HIERON. ad Marcellam c. errores Montani ep. 54 *PL 22*, 475 D *ep.* 41 *n.* 3: *CV 54*, 313 — EPIPHANIUS c. Aërium haer. 75 *PG 42*, 512 C *ssq. c.* 7 **10** *Ps.* AMBROS. in officio Mediolanen. PA. *tom. I*, 266-92 293-457 — *Ps.* CHRYSOST. in Liturgia *PG 63*, 911 D *sq.* 912 D *ssq.* 914 B *sq.* 917 C: *Me pg.* 50 54 *sq.* 62 78 **13** JOH. DAMASCENUS Orthod. fid. li. 4 c. 16 *PG 94*, 1173 A-76 A et in li. de imaginibus *PG 94*, 1260 B-80 D **14** Synod. NICAEN. II. act. 6 et 7 MSI *13*, 268 D *ssq.* 378 C-79 A 398 C **18** BASILIUS M. de Spiritu s. c. 27 *PG 32*, 188 A-89 B *n.* 66: GR. *c.* 5 *D. 11* **21** Ibid. *PG 32*, 188 A **27** c. 29 eiusdem lib. *PG 32*, 200 B c. 29 **37** Rom. 13, 1-4

B **7** Matth. 15, 2-6. 9 **8** Col. 2, 8. 20-23 Marc. 7, 2-4. 7-13 2 Thess. 2, 14 Act. 15, 40 sq. 16, 4 **10** AUGUST. in ep. ad Januar. 118 c. 1 et 2 *PL 33*, 200 B 200 C *ssq. ep.* 54 *n.* 1, 2, 3: *CV 34/II*, 159 160 *sq.* Item ep. 86 ad Casulanum *PL 33*, 151 C *ep.* 36 *c.* 14 *n.* 32: *CV 34/II*, 62 **21** 2 Thess. 2, 14 1 Cor. 11, 2 **22** sq. Matth. 18, 17 Act. 15, 40 sq. 16, 4 **24** sq. Rom. 13, 1 Matth. 22, 21 23, 2 sq. Luc. 10, 16 1 Petr. 2, 13-18 Rom. 13, 5-7 **27** Tit. 3, 1 **28** sq. Hebr. 13, 17 **29** ssq. Matth. 23, 3 **32** sq. 1 Thess. 4, 8 1 Cor. 14, 37 **34** Joh. 20, 21 17, 18 Luc. 10, 16 CYPRIAN. li. 4 ep. 5 ad Florent. Puppian. *PL 4*, 403 A (415 B) *ep.* 69 *c.* 4: *CV 3/II*, 729 *sq.* — BASILIUS M. constitutiones monast. c. 23 *PG 31*, 1404 C *c.* 22 *n.* 2 **36** ssq. Rom. 13, 2

Nimirum divina est isthaec ordinatio, quae nec aboleri potest humana autoritate, ut certis legibus, iisque partim scriptis partim non scriptis, quas apostolica nobis commendat [43v] traditio, ecclesia regatur, dogmata ‖ conserventur, religio vindicetur, alatur concordia, disciplina retineatur.

VIII.

69 **Quid patres hac de re iudicarunt?** *64*

ORIGENES, qui celebris et pervetustus est autor, in haec verba scripsit: Haereticus nobis habendus est omnis ille, qui Christo se credere profitetur et aliud de veritate christianae fidei credit, quam habeat definitio traditionis ecclesiasticae. Tum idem alibi: Illa sola credenda est veritas, inquit, quae in nullo ab ecclesiastica discordat traditione.

Et HIERONYMI verbum est: Ego illud te breviter admonendum puto traditiones ecclesiasticas, praesertim quae fidei non officiunt, ita observandas, ut a maioribus traditae sunt.

AUGUSTINUS vero ita docet: Si quid divinae scripturae praescribit autoritas, non est dubi- 44r tandum, quin ita facere debeamus, ut legimus; similiter etiam, si quid per orbem frequentet ecclesia. Nam hoc quin ita faciendum sit disputare, insolentissimae insaniae est. Ac rursus idem: In his rebus, de quibus nihil certi statuit scriptura divina, mos populi Dei vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt; et sicut praevaricatores divinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coërcendi sunt.

Demum TERTULLIANUS, doctissimus et antiquissimus ecclesiae scriptor, toto libro adversus eos disputat, qui nihil, quod literis sacris non sit expressum, admittunt graviterque contendit, traditiones et observationes quasdam ecclesiasticas esse non scriptas, quae non possint nisi ab haereticis repudiari. „Si quis autem videtur contentiosus esse" (ut Paulinis verbis utamur) „nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia Dei."

IX. [44v]

70 **Age vero quid est ecclesia?** *65*

Ecclesia est omnium Christi fidem atque doctrinam profitentium universitas, quam princeps pastorum Christus tum Petro apostolo tum huius successoribus pascendam tradidit atque gubernandam.

Quare nomen ecclesiae non merentur, sed falso arrogant sibi haeretici et schismatici omnes, qui etsi fidem atque doctrinam Christi profiteri videntur, tamen summi pastoris ac pontificis, quem Christus ovili ecclesiae loco suo praefecit et perpetua successione in romana ecclesia usque conservavit, oves esse detrectant.

Hanc Petri cathedram, hunc ecclesiae primatum qui negant et oppugnant, primum illi quidem Christi magnificas promissiones Petro factas et mysti- ‖ cas regni caelestis cla- 45r ves illi uni traditas aliaque multa de Petro

A **31** rebus] verbis *J* **16** de *om. L* 2 *B* **14** ecclesia?] Dei *add. J*

A **5** BASILIUS M. de Spiritu s. c. 27 *PG 32*, 188 A-89 B *n.* 66: GR. *c.* 5 *D. 11* — AUGUST. c. Donatist. vide supra *pg. 106 B* 24 — EPIPHAN. haer. 55 *PG 41*, 977 B *c.* 3: *CB 31*, 328 *sq.* — EUSEBIUS CAES. hist. eccl. li. 3 c. 30 *PG 20*, 288 B *sq. c.* 36: *CB 9/I*, 274 *c.* 36 **13** ssq. ORIGENES in c. 3 ep. ad Tit. *PG 14*, 1303 C = teste Pamph. in Apolog. pro Orig. *PG 17*, 553 C *sq.* Περὶ ἀρχῶν li. 1 in Prooem. *PG 11*, 116 B *n.* 2: *CB 22*, 8 vide etiam Iren. *adv. haer.* li. 4 c. 43 *PG 7*, 1053 C *sq. c.* 26 *n.* 2 **21** HIERON. ep. 28 ad Lucin. *PL 22*, 672 A *ep.* 71 *n.* 6: *CV 55*, 6 *c.* 6 **25** ssq. AUGUST. ep. 118 c. 5 *PL 33*, 202 D *ep.* 54 *n.* 6: *CV 34/II*, 165 **31** ssq. AUGUST. ep. 86 ad Casulan. *PL 33*, 136 D *ep.* 36 *c.* 1 *n.* 2: *CV 34/II*, 32: GR. *c.* 7 *D. 11*

B **3** ssq. TERTULL. li. de praescript. haeret. *PL 2*, 10-74 (13-92) **10** ssq. 1 Cor. 11, 16 **17** Rom. 12, 4 sq. 1 Cor. 13 = *12*, 12 sq. 1 Petr. 5, 4 Joh. 21, 15-17 Matth. 16, 18 sq. **20** sq. CHRYSOST. de sacerdot. li. 2 *PG 48*, 632 C *sq.* — Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1031 E — BERNARD. de considerat. ad Eugen. li. 2 c. 8 *PL 182*, 751 C-52 C *n.* 15, 16 **23** HIERON. c. Luciferian. *PL 23*, 181 B *sq.* (190 C *sq.*) *n.* 28 — CYPRIAN. li. 4 ep. 9 *PL 4*, 406 A *sq.* (418 C *sq.*) *ep.* 69 *c.* 8: *CV 3/II*, 732 *sq. ep.* 66 *c.* 8 **28** IREN. *adv. haer. li. 3 c.* 3 *PG 7*, 848 B-51 B *n.* 2 — OPTATUS c. Donatist. li. 2 *PL 11*, 946 B-50 A *n.* 2, 3: *CV 26*, 36 *sq.* — AUGUST. ep. 165 *PL 33*, 196 B *ssq. ep.* 53 *c.* 1 *n.* 2, 3: *CV 34/II*, 153 *sq.* et in Ps. c. partem Donati *PL 43*, 30 C **32** Matth. 16, 18 sq. Joh. 21, 15-17 Luc. 22, 31 sq. Matth. 10, 2-4 Joh. 1, 42 Matth. 17, 23-26 Act. 1, 15 ssq. **34** sq. CYPRIAN. de simpl. praelat. *PL 4*, 500 A-503 A (515 A-19 A) *c.* 4-6: *CV 3/I*, 213 *sq.* — HILAR. in c. 16 Matth. *PL 9*, 1010 A *n.* 7 — HIER. in c. 16 Matth. *PL 26*, 117 C 120 A *sq.* (121 C 124 A *sq.*) *v.* 18, 22 *sq.* Idem in Jovin. li. 1 *PL 23*, 247 A (258 C) *n.* 26 — CYRILL. ALEX. in Joh. li. 2 c. 1 *PG 73*, 220 B — AUGUST. tract. in Joh. 56 et 124 *PL 35*, 1788 A 1973 B *sq. n.* 1, 5 — ORIGEN. ho. 2 in divers. ev. *Ed. Paris.* 1574 *t. II*, 276 J et tr. 6 in Matth. *PG 13*, 1180 C *sq. tom.* 13 — *Ps.* BASIL. de poenit. *PG 31*, 1481 C *ssq. app.* — CHRYSOST. ho. 87 in Joh. *PG 59*, 477 D *ssq. ho.* 88 *n.* 1 et ho. 55 in Matth. *PG 58*, 533 C 534 D *ho.* 54; item 9 de poenit. *PG 49*, 298 A *ho.* 3 *de eleemos.* — LEO M. ser. 3 in annivers. pont. *PL 54*, 149 C 150 B *ser.* 4 *c.* 2 et ep. 89 ad episc. Vienn. prov. *PL 54*, 630 B *ep.* 10 *c.* 2

apostolorum principe, ore, vertice scripta non intelligunt. Deinde pacem ecclesiae ordinemque certum manifeste perturbant, quae absque summo antistite et huius praecellenti autoritate nec rite gubernari neque in unitate atque contra portas inferorum soliditate necessaria diu contineri posset. Postremo patribus horumque synodis et scriptis de hac illustri ecclesiae nota consentientibus, imo et totius orbis christiani consonae voci detrahunt impudenter.

Agnovit hanc ecclesiam eiusque dignitatem HIERONYMUS, cuius haec verba sunt: Qui Petri cathedrae iungitur, meus est. Agnovit OPTATUS AFER, qui Petri cathedram inter veras ecclesiae notas primam esse testatur. Agnovit AUGUSTINUS, qui aperte scribit in romana ec- [45v] cle- ‖ sia semper apostolicae cathedrae principatum viguisse. Agnovit CYPRIANUS, qui omnium haeresum et schismatum pullulantium causam in eo statuit, quod uni et summo sacerdoti ac iudici vice Christi non obtemperatur. Agnovit AMBROSIUS, ut dixerit, se in omnibus cupere romanam sequi ecclesiam.

His autem omnibus antiquior et apostolicorum temporum vicinus vereque apostolicus vir IRENAEUS tale tribuit elogium ecclesiae romanae: Ad hanc, inquit, ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab iis, qui sunt undique, conservata est ea, quae est ab apostolis, traditio.

X.

71 Quaenam ecclesiae dignitas est atque autoritas? 66

Multis et eximiis sane dotibus, promissionibus ac beneficiis illustrat Deus ecclesiam suam, qua nihil habet in terris charius. Hanc usque ornat, conservat, defendit, vindicat. [46r]

Hanc porro constituit esse domum suam, in qua omnes filii Dei foveantur, doceantur et exerceantur.

Voluit esse „columnam et firmamentum veritatis," ut de illius non dubitemus doctrina, quae tanquam magistra, custos et interpres veritatis fidem atque autoritatem obtinet inviolabilem.

Praeterea fundatam esse supra firmam petram decrevit, ut certi essemus eam immobilem inconcussamque stare atque inferorum etiam portis, hoc est gravissimis adversariorum impugna- ‖ tionibus, inexpugnabilem prae- [46v] valere.

Demum vult eam sanctissimam quandam esse „civitatem supra montem positam' omnibusque conspicuam atque aditu facilem, ne quis ea relicta pestiferas haereticorum speluncas latebrasque consectetur et falsis illis vocibus: „Ecce hic est Christus, ecce illic" forte perculsus ab ea divertat aut dimoveatur.

A **10** christianae *G* 4-6 **25** Apostolorum *HL* 1.2 *B* **1** ab *om. G* 3

A **7** sq. AUGUST. c. ep. fundamenti c. 4 *PL 42*, 175 C: *CV 25/I*, 196 item de utilitate credendi c. 17 *PL 42*, 91 B *n.* 35 *CV 25/I*, 45 et c. Faustum li. 11 c. 2 *PL 42*, 246 B: *CV 25/I*, 315 **13** HIERON. ad Damasum ep. 58 *PL 22*, 358 B-59 A *ep.* 16 *n.* 1, 2: *CV 54*, 68 *sq.* et ad eundem ep. 57 *PL 22*, 355 A-56 A 358 A *ep.* 15 *n.* 1, 2, 5: *CV 54*, 62-64 67 **14** OPTATUS MILEV. c. Donatist. li. 2 *PL 11*, 946 B-50 A *n.* 2, 3: *CV 26*, 36 *sq.* **17** AUGUST. ep. 162 *PL 33*, 163 B *ep.* 43 *c.* 3 *n.* 7; *CV 34/II*, 90 et ep. 90, 92, 93 *PL 33*, 760 A 761 A *ep.* 175 *n.* 2, 4 763 A *ep.* 176 *n.* 1, 2 784 B *sq. ep.* 182 *n.* 2: *CV 44/II*, 655 658 664 716 *sq.* et ep. 165 *PL 33*, 196 B *ssq. ep.* 53 *c.* 1 *n.* 2, 3: *CV 34/II*, 153 *sq.* **19** CYPR. li. 1 ep. 3 *PL 3*, 802 B *sq.* 805 A 818 A-21 A (828 B *sq.* 831 A 844 A-47 A) *ep.* 12 *c.* 5, 6, 14: *CV 3/II*, 671 *sq.* 673 *sq.* 683 *ep.* 59 et li. 4 ep. 9 *PL 4*, 403 A (416 A) *ep.* 69 *c.* 5: *CV 3/II*, 730 *ep.* 66 item HIERON. c. Lucif. *PL 23*, 165 A (173 A) *n.* 9 — LEO M. ep. 84 ad Anastas. Thess. c. 11 *PL 54*, 676 A *sq. ep.* 14 **23** AMBROS. de sacram. li. 3 c. 1 *PL 16*, 432 C *sq.* (452 A *sq.*) *n.* 5 et de obitu Satyri *PL 16*, 1306 A (1362 B) *li. 1 n.* 47 **27** IREN. *c. haer.* li. 3 c. 3 *PG 7*, 848 B-51 B *n.* 2 — TERTULL. de praescript. haeret. *PL 2*, 49 A *sq.* (58 B *sq.*) *c.* 36 — CYPR. li. 4 ep. 8 *PL 3*, 710 B (733 A) *ep.* 4 *c.* 3: *CV 3/II*, 607 *ep.* 48 *c.* 3 et li. 3 ep. 11 *c.* 2 *PL 3*, 721 A (744 A *sq.*) *ep.* 6: *CV 3/II*, 611 *ep.* 49 *c.* 2 — THEODORET. hist. eccl. li. 2 *c.* 3 *PG 82*, 996 B: *CB 19*, 97 *sq. c.* 4 — BERNARD. ep. 190 ad Innocent. *PL 182*, 1053 D *sq. (Praefatio)* et de considerat. li. 2 *PL 182*, 751 C-52 C *c.* 8 *n.* 15, 16 — Concil. CHALCED. act. 3 MSI *6*, 1006 B 1011 B 1022 C 1030 C-1102 *passim* — *Ps.* ANACLET. ep. 1 et 3 *c.* 4 *PG 2*, 799 C *ssq.* 813 B-15 A *n.* 3, 4 HI *pg.* 74. 83 *sq.* — *Ps.* MARCELL. ep. 1 *PL 7*, 1091 D-93 C *app.* 2 HI *pg.* 223 *sq.* — Synod. ALEX. ad Felicem MSI *3*, 404 A-407 B *ep. Athanasii et Aegyptiorum pontificum*

B **7** ssq. 1 Cor. 12, 28 Eph. 5, 25-29 Joh. 14, 16. 17. 26 16, 12. 13 17, 11. 17-21 Matth. 28, 20 16, 18 Ps. 120, 4 ssq. **11** ssq. 1 Tim. 3, 15 Ps. 22, 1 ssq. Joh. 10, 16 **14** sq. 1 Tim. 3, 15 AUGUST. c. Cresconium li. 1 c. 33 *PL 43*, 466 A *n.* 39: *CV 52*, 357 et li. 2 c. 32 *PL 43*, 490 B *sq. n.* 40: *CV 52*, 399 *sq.* **19** Matth. 16, 18 Eph. 2, 19. 20 Ps. 86, 1-3 47, 9 AUGUST. in Ps. 47 *PL 36*, 538 A *sq.* **21** sq. Matth. 16, 18 **25** ssq. Apoc. 21, 2. 10 Matth. 5, 14 Is. 2, 2. 3 Mich. 4, 1. 2 Mal. 1, 11 Act. 1, 8 Ps. 21, 26. 28. 29 1 Joh. 2, 19 **30** Matth. 24, 23 et ibidem ORIGENES tract. 29 et 30 *PG 13*, 1667 B-68 A 1669 C *n.* 46 *sq.*

Haec est, quam scriptura nobis proponit atque commendat, Christi ‚amica, soror et sponsa' unica, pro qua redimenda, mundanda, sanctificanda, congreganda et prorsus adiungenda sibi Filius Dei nihil non fecit ac pertulit, ut corpus etiam sanguinemque suum sacrosanctum illius amore tradere non dubitarit.

Pro hac rogavit et impetravit, ut fides, unitas et firmitudo eius deficeret nunquam. 47r Huic promisit fideliterque transmisit et reliquit doctorem, praesidem ac rectorem Spiritum sanctum. „Ille" inquit „docebit vos omnia, ille suggeret vobis omnia, quaecunque dixero vobis;" ‚ille manebit vobiscum in aeternum' — ‚ille docebit vos omnem veritatem,' quae videlicet scitu crediuque est necessaria.

XI.

72 **Per quos tandem nos docet** *67* **Spiritus in ecclesia veritatem?**

Per eos plane, quos Apostolus testatur a Spiritu sancto, ut ecclesiam regant, esse constitutos, quales vocat episcopos, praepositos, pastores itidem atque doctores, et hi post apostolos fuere semper ac etiamnum sunt primarii Dei ecclesiaeque „ministri et summi dispensatores mysteriorum Dei."

Horum vero autoritas cum in aliis tum in sacris synodis quam maxime cernitur, ubi [47v] de ‖ fide ac religione illi non modo definire quaedam, sed suo etiam iure ac pro autoritate apostolica contestari possunt ac dicere: „Visum est Spiritui sancto et nobis," sicut ex actis constat primi concilii HIEROSOLYMIS celebrati. Certe olim nefas erat et extremo supplicio expiabatur crimen, si quis iudicio summi sacerdotis, qui Moysi regebat cathedram, non obtemperasset. Atqui haudquaquam inferiorem nunc habet ecclesia quam tunc synagoga in regendo, iudicando ac decernendo autoritatem. Quod ius obediendi manebat Iudaeis, etiam christianis incumbit, ut sacerdotum praecellenti dignitate praestantium iudicia de his, quae ad religionem pertinent, recipiantur, approbentur atque observentur.

Quapropter magno se illi crimine contaminant, qui magi- ‖ stratibus ecclesiasticis au- 48r toritatem et obedientiam adeo non deferunt, ut etiam convellere et oppugnare palam audeant, iam quidem sacras summorum pontificum sanctiones, penes quos de sacris definiendi suprema semper potestas fuit, iam vero venerandas conciliorum generalium constitutiones, quorum in ecclesia, ut AUGUSTINUS loquitur, saluberrima est autoritas, iam demum certas patrum de fide sententias, quorum in re una communis sensus atque consensus firmum est testimonium christianae veritatis. Illud praeclare dictum est a piis imperatoribus: Iniuriam facit iudicio synodi, si quis semel iudicata et recte disposita revolvere et publice disputare contendit.

A **7** sq. dubitaret *G* 6 **14** ille suggeret] et suggeret *HL* **25** praepositos] ut praepositos *L* 2

A **2** ssq. Cant. 4, 7. 9 6, 8 Eph. 5, 25-29 Joh. 11, 49 ssq. Col. 1, 18. 24 Eph. 4, 12 1, 22. 23 **9** sq. Joh. 17, 17-21 Luc. 22, 31 sq. Matth. 16, 18 **11** Joh. 14, 16. 17. 26 15, 26 16, 13 Act. 2, 4 **13** Joh. 14, 26 Ibid. 14, 16 **16** Joh. 16, 13 AUGUST. tract. 97 in Joh. *PL 35*, 1877 B *n.* 1 **23** ssq. Act. 20, 28 1 Tim. 3, 2 Hebr. 13, 17 Eph. 4, 11 sq. 1 Cor. 12, 28 **27** sq. AUGUST. in Ps. 44 *PL 36*, 513 A *sq. n.* 32 **28** sq. 1 Cor. 4, 1 **31** Can. Ps. APOST. 38 HI *pg.* 29 FU *I*, 574 *sq. can.* 37 TUR. *I/1*, 25 — Concil. NICAEN. I. MSI 2, 687 B *can.* 5 HI *pg.* 258 TUR. *I/2*, 118 *sq.* 192 *sq.* — SOZOM. *hist. eccl.* li. 6 c. 7 *PG 67*, 1309 C *sq.* — CYRILL. ALEX. ep. 4 *PG 77*, 46 A *sq.* — BASIL. imp. in 8. synod. = CONSTANTINOP. IV. act. 10 MSI *16*, 408 D — ATHANAS. in ep. ad solitar. vitam agentes *PG 25*, 745 D 756 C *sq.* 785 C *sq. n.* 44, 52, 77 — RUFIN. hist. eccl. li. 1 c. 5 *PL 21*, 472 B

B **2** sq. Act. 15, 28 **5** sq. Deut. 17, 8-13 **7** sq. Matth. 23, 2. 3 CYPRIAN. li. 1 ep. 3 ad Cornel. *c.* 4, 5 *PL 3*, 801 A-803 B 805 A (826 B-29 B 831 A) *ep.* 12: *CV 3/II*, 670-72 673 *sq. ep.* 59 *c.* 4-6 et ep. 11 ad Pomponium *c.* 4 *PL 4*, 370 B *sq.* (381 B *sq.*) *ep.* 62: *CV 3/II*, 476 *sq. ep.* 4 **13** ssq. GREGOR. M. li. 1 ep. 24 ad Patriarchas *PL 77*, 478 A *ssq. ep.* 25: *MG Epp. 1*, 36 (*I*, 24) et li. 2 indict. 11 ep. 10 ad Savinum *PL 77*, 613 B *ep.* 10: *MG Epp. 1*, 170 (*III*, 10) — NICEPH. hist. eccl. li. 16 c. 33 *PG 147*, 181 D *ssq.* **20** sq. Concil. TOLET. III. can. 1 MSI *9*, 992 D HI *pg.* 358 *sq.* — GR. *c.* 1 *D. 19 et c.* 10, 15, 16 *C. 9 q.* 3 **21** sq. HIERON. ep. 57 ad Damasum *PL 22*, 355 A-56 A 358 A *ep.* 15 *n.* 1, 2, 5: *CV 54*, 62-64, 67 et ep. 58 *PL 22*, 358 B-59 A *ep.* 16 *n.* 1, 2: *CV 54*, 68 *sq.* **23** CHALCED. synod. act. 3 in ep. ad Leonem MSI 7, 474 C = *PL 54*, 962 B — 6. synod. CONSTANTINOP. III. act. 4 MSI *11*, 241 A-E (239 D-42 C) **24** AUGUST. ep. 118 ad Januarium c. 1 *PL 33*, 200 B *ep.* 54 *n.* 1: *CV 34/II*, 159; c. Donat. li. 1 c. 18 *PL 43*, 124 B *n.* 28: *CV 51*, 173 — GREG. M. ut sup. *PL 77*, 478 A *ssq. cfr. B* 13 *ssq.* 613 B *ep.* 10 *MG Epp. 1*, 170 (*III*, 10) **27** VINCENT. LIRIN. c. novatores *PL 50*, 639 C-41 B 665 A *sq.* 670 A-C 671 B *sq.* 674 B-76 B 677 B *sq.* 686 A — AUGUSTINUS c. Julianum li. 1 et 2 *PL 44*, 643 D *c.* 3 655 A *c.* 6 694 D *c.* 9 697 D 700 D *c.* 10 **30** ssq. In act. 3. Concil. CHALCEDON. MSI 7, 476 B-77 A — GELAS. in ep. ad episc. Dardan. *PL 59*, 61 C *ssq. ep.* 13 LEO M. ep. 43 ad Martianum *PL 54*, 933 B *sq. ep.* 90 *c.* 2 et 50 *PL 54*, 941 B *sq. ep.* 94 et ep. 78 ad Leonem August. *PL 54*, 1145 C *ep.* 162 *c.* 3

XII.

73 Quorsum vero spectat divina isthaec ordinatio, ut pastores et doctores in ecclesia conserventur? *68*

[48v] Non parum utilis ac salutaris est nobis divina haec ordinatio, qua potestas et hierarchia ecclesiastica politicos magistratus omnes longe antecellit. Est enim potestas haec spiritualis, qua christianus populus ad spiritualia aeternaque bona consequenda maxime promovetur.

„Prodest" inprimis, ut Pauli verbis utamur „ad consummationem sanctorum" hoc est, ut qui illa potestate funguntur, exhibeant ‚omnem hominem perfectum in Christo,' sicut idem Paulus alibi loquitur suoque studio fideles ad sanctitatis, in quam vocati sunt, perfectionem adducant.

„Prodest etiam in opus ministerii" ut qui sunt et dicuntur ministri praecipui ecclesiae, habeant, quod vigilent ac curent semper pro concrediti sibi summi muneris ratione.

49r Prodest praeterea „in aedificatio- ‖ nem corporis Christi" ut norint hi spirituales et ‚sapientes architecti' circa corpus Christi mysticum, quod singularem in aedificando contentionem requirit, continenter sibi esse versandum, ut iam verae fidei fundamenta iaciant ac confirment, iam reliqua fidelibus ad perfectam iustitiam necessaria superstruant.

Prodest demum „ut non simus parvuli fluctuantes et circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum." Hoc est propter imbecilliores, qui semper in ecclesia sunt plurimi, necessarium est munus antistitum ecclesiasticorum, praesertim haeresum ventis ac persecutionum procellis in ecclesiae domum irrumpentibus. Tum enim opus est praesenti eorum praesidio, qui pro autoritate velint et possint arcere lupos, oves defendere, zizania extirpare et sana confirmare dogmata, ne simplices alioquin fallacium ac per- ‖ ditorum [49v] hominum verbis, scriptis et exemplis a via veritatis regia seducantur, quin potius, ut omnes veritatem non modo cognoscentes, sed etiam facientes in illo, qui ‚caput est Christus' grandescant atque proficiant, ut idem Paulus adiunxit.

XIII.

74 Quo pacto insignes hos fructus consequemur? *69*

Ita nimirum, si ‚non alte, sed sobrie sapiamus,' „solliciti semper servare unitatem spiritus in vinculo pacis" ut nosmet oves Christi humiles obedientesque praestemus.

Quarum sane ovium illud est proprium lupos fugere nec alienos, sed suos pastores sequi, illis velut ordinariis ovilis dominici praefectis sese submittere, in illis audire spiritum veritatis.

Is est, qui per malos etiam praepositos 50r dominicum gregem docere, pascere et conservare dignatur, quique per eosdem tum Dei Patris tum ecclesiae matris praecepta nobis his verbis commendat: „Audi, fili mi, disciplinam patris tui, et ne dimittas legem matris tuae." Et rursus idem inculcans: „Conserva" inquit „fili mi, praecepta patris tui et ne dimittas legem matris tuae."

XIIII.

75 Quae sunt praecepta ecclesiae? *70*

Praecipua quinque numerantur cuique christiano et scitu et observatu certe necessaria.

1. Statutos ecclesiae festos dies celebrato.

A **20** etiam] enim *G* 3 **33** circumferemur *J* 3-5 **39** praesente *G* 2-6 *H*

A **6** Chrysost. de sacerd. li. 3 *PG 48*, 643 A *sq.* item ho. 4 *PG 56*, 125 D-26 C et 5 de verb. Isaiae *PG 56*, 130 D *ssq.* *Ps.* Ignat. ad Smyrn. *PG 5*, 853 A *sq. app.* Fu *II*, 150 *sq. c.* 9 — Ambr. in exhort. ad virg. c. 12 *PL 16*, 360 C (376 B) *n.* 82 et li. de dignit. sacerd. c. 2 = *Gerbert. ser. de inform. episcop. PL 138*, 170 C *sq.* **13** sq. Eph. 4, 11-15 **16** Col. 1, 28 sq. **18** 1 Thess. 4, 7 2 Tim. 3, 17 2 Cor. 13, 11 **20** *Eph. 4*, 12 **21** Act. 20, 28 Hebr. 13, 17 Cyprian. li. 1 ep. 9 ad Furn. *PL 4*, 398 A *ssq.* (410 B *ssq.*) *ep.* 66 *c.* 1: *CV 3/II*, 465 *sq. ep.* 1 *c.* 1 **24** sq. Eph. 4, 12 **26** sq. 1 Cor. 3, 10 Eph. 1, 22 sq. Col. 1, 18. 24. 25 Eph. 2, 19-21 **29** ssq. 1 Cor. 3, 11-13 **32** ssq. Eph. 4, 14 1 Cor. 14, 20 Rom. 15, 1 sq. Act. 14, 20 sq. 1 Thess. 4, 1 sq. Ez. 34, 2-5 **38** Matth. 7, 24-27

B **2** sq. Act. 20, 28-31 Ez. 33, 6-9 2 Tim. 2, 23-26 4, 2-5 Tit. 1, 7-11 **4** sq. 2 Petr. 2, 1-3 3, 3 Rom. 16, 17 sq. Judas 10-12. 16. 17-19 Matth. 7, 15 sq. **8** Eph. 4, 11-15 **15** Rom. 12, 3 **16** sq. Eph. 4, 3 Joh. 10, 2-5 21, 15-17 **19** ssq. Joh. 10, 2-14 Tit. 3, 1 Hebr. 13, 17 Matth. 10, 20 **21** ssq. Bernard. de praecepto et disp. *PL 182*, 873 C *sq. c.* 9 Joh. 15, 26 14, 16. 17. 26 16, 13 **24** ssq. Matth. 23, 2-3 Phil. 1, 15-18 Joh. 11, 51 Matth. 18, 17 Deut. 17, 8-13 **28** ssq. Prov. 1, 8 Epiphan. haer. 75 *PG 42*, 516 A *sq. n.* 9 **30** Prov. 6, 20 **39** Concil. Lugdun. ap. Ivon. p. 4 c. 14 *PL 161*, 266 D *sq.*: Gr. c. 1 *D. 3 de cons.* — Matiscon. II can. 1 Msi *9*, 949 E-50 C *MG LL s. III t. 1*, 165 Mogunt. can. 36 et 37 Msi *14*, 73 B *sq.* 73 D *MG LL s. III tom. II/1*, 269 *sq.* — Tribur. can. 35 Msi *18*, 149 E *Ps.* Ignatius ad Philipp. *PG 5*, 937 A *app.* Fu *II*, 120 *c.* 13

II. Sacrum missae officium diebus festis reverenter audito.

III. Ieiunia certis diebus temporibusque indicta observato, ut in Quadragesima, quatuor anni temporibus et festorum quorumdam sollennium pridianis diebus,
[50v] quos maiores ‖ nostri, quod iisdem temporibus in templis noctu pervigilaretur, Vigilias appellarunt.

IV. Peccata tua sacerdoti proprio annis singulis confitetor.

V. Sacrosanctam eucharistiam ad minimum semel in anno idque circa festum Paschae sumito.

XV.

76 Quem fructum adfert horum 71 praeceptorum observatio?

Haec et eiuscemodi reliqua ecclesiae tum instituta tum praecepta, tot saeculis recepta magnoque piorum consensu et usu confirmata, pietati atque rationi valde consentanea, insignes secum adferunt commoditates.

Sunt enim fidei, humilitatis et obedientiae christianae salutaria exercitia, honestam disciplinam et concordiam popularem promovent, religionis pulchra existunt symbola, no-
51r tas ‖ praebent demum et indicia interioris nostrae pietatis, quibus „ad aedificationem" et bonis collucere et malis praelucere oporteat.

Breviter haec eo nos promovent, ut apostolicus ille CANON: „Omnia honeste et secundum ordinem fiant" in vobis, ad unguem observetur.

XVI.

77 Ubi necessaria est nobis 72 ecclesiae autoritas?

Primum in eo quidem, ut scripturas canonicas et veras ab adulterinis certo discernamus. Unde testatur HIERONYMUS: Novum et vetus testamentum recipimus in eo librorum numero, quem sanctae ecclesiae catholicae tradit autoritas. Et AUGUSTINUS: Ego vero, inquit, evangelio non crederem, nisi me catholicae ecclesiae commoveret autoritas.

Deinde ut constet de vero ‖ scripturae sensu [51v]
et apta interpretatione, ne alioquin sine fine dubitemus ac disceptemus de verborum sententia. Omnes enim haeretici, ut scripsit idem AUGUSTINUS, ex sacris scripturis falsas atque fallaces opiniones suas conantur defendere. Atqui non in legendo, sed in intelligendo scripturae consistunt, HIERONYMO teste.

Tertio, ut in gravioribus de fide quaestionibus atque controversiis, quae possunt incidere, iudex adsit atque legitima illius autoritas interponatur. Ut enim verissimum est, quod contra haereticos docet EPIPHANIUS a divina scriptura non posse accipi omnia, ita

---

A **20** sq. ecclesiae tum instituta] Ecclesiarum instituta *J* *B* **13** eo] illorum *GK* 1.2 **30** haereticos] haereses *L*

A **1** Concil. AGATH. can. 47 et 21 MSI *8*, 332 E 328 B *sq.* HI *pg.* 335 333 — TRIBUR. can. 35 MSI *18*, 149 E — AUREL. I. can. 28 MSI *8*, 355 D *can.* 26 *MG LL s. III t. 1*, 8 **3** ssq. Canon PS. APOST. 68 MSI *1*, 43 C *(Hervet.)* FU *I*, 584 *sq. can.* 69 — GANGR. can. 19 MSI 2, 1103 C TUR. *II/2*, 208 *sq.* HI *pg.* 266; GR. *c.* 8 *D. 30* — *Ps.* IGNATIUS ad Philipp. *PG 5*, 937 A *app.* — MOGUNT. can. 34 et 35 MSI *14*, 73 A *sq. MG LL s. III t. II/1*, 269 — SALEGUNSTAD. c. 1 et 2 MSI *19*, 396 C-97 A — *Ps.* IGNAT. ad Philipp. *PG 5*, 937 A FU *II*, 120 *c.* 13 — BERN. in Vigil. Andreae *PL 183*, 501 C *ssq. n.* 1, 2: *XB I/2*, 670 *sq.* — Vide BURCHARD. ep. Vormat. li. 13 *PL 140*, 883 D-90 A et IVONEM ep. Carnot. parte 4 *PL 161*, 269 C-75 C *c.* 26-57 **9** TERTULL. ad uxor. li. 2 *PL 1*, 1294 A *sq.* (1406 C *sq.*) *c.* 4 et in Apol. c. 2 *PL 1*, 272 A *sq.* (321 A *sq.*) **10** sq. Synod. LATERAN. III. c. 21 MSI 22, 1007 E *ssq.* **12** ssq. Synod. LATERAN. III. c. 21 MSI 22, 1007 E *ssq.* et TRIDENT. sess. 13 can. 9 MSI *33*, 85 C **26** sq. Phil. 4, 8 1 Cor. 14, 26-40 **30** Matth. 5, 16 Rom. 15, 2 Phil. 2, 3. 4. 14. 15

B **2** sq. 1 Cor. 14, 40 **10** sq. Gal. 2, 1 sq. TOLET. I. c. 21 MSI 3, 1004 A *can.* 12 HI *pg.* 352 — *Ps.* AUGUST. ser. 129 de temp. *PL 39*, 2176 A *app. ser.* 233 *n.* 2 — AUGUST. c. Faustum li. 13 c. 4 et 5 *PL 42*, 283 C 284 A: *CV 25/I*, 381 382 item li. 28 c. 2 et 4 *PL 42*, 485 C *sq.* 487 A *sq.*: *CV 25/I*, 739 *sq.* 741 *sq.* **12** *Ps.* HIERON. in symb. ad Damasum *PL 30*, 176 B (181 D) *ep.* 16 = *Ps.* AUGUST. *Libellus fidei Pelagii n.* 8 *PL 45*, 1718 A *app.* = ser. 191 de temp. *PL 39*, 2183 A *app. ser.* 236 — Concil. LAODIC. can. 59 MSI 2, 573 C *ssq.* = 591 A *sq. can.* 60 HI *pg.* 276 Concil. CARTHAG. III. c. 47 MSI 3, 891 A *sq.* HI *pg.* 301 — Concil. FLORENT. *falso citat.* — Concil. TRIDENT. sess. 4 MSI *33*, 22 A-E *CTrG t. V AA* 2, 91 **15** AUGUST. c. ep. Manich. *[Fundamenti]* c. 5 *PL 42*, 176 B *CV 25/I*, 197 *sq.* **18** Is. 39 = *59*, 21 AUGUST. c. Cresconium li. 1 c. 33 *PL 43*, 466 A *n.* 39: *CV 52*, 357 TRIDENT. sess. 4 MSI *33*, 23 A *sq. CTrG t. V AA* 2, 92 — VINCENT. LIRIN. c. novat. *PL 50*, 639 C-41 B 665 A *sq.* 670 A-C 671 B *sq.* 674 B-76 B 677 B *sq.* 686 A: Commonit. c. 2, 3, 20, 24, 27-29, 33 **22** AUGUST. li. de Trinit. li. 1 c. 3 *PL 42*, 823 D *n.* 6 — HILARIUS li. 2 ad Constant. *PL 10*, 569 C *sq. n.* 9 — VINCENT. LIRIN. c. novat. *PL 50*, 672 A-74 B *c.* 25 *sq.* **25** HIERON. c. Lucif. *PL 23*, 182 A *sq.* (190 C *ssq.*) *n.* 28 et in c. 1 ad Galat. *PL 26*, 322 C *sq.* (347 A *sq.*) *v.* 11, 12 — HILARIUS li. 2 de Trinit. *PL 10*, 51 B *n.* 3 **26** sq. Deut. 17, 8-13 **28** Act. 15, 1-41 **30** EPIPHAN. haer. 61 c. Apostolicos *PG 41*, 1048 B: *CB 31*, 386 *c.* 6

rectissime AUGUSTINUS illud affirmat: Palam est, quod in re dubia ad fidem et certitudinem valeat autoritas ecclesiae catholicae. Non enim deesse potest ecclesiae Spiritus, qui ip-
52r sam ‚in omnem ducat ve-‖ritatem,' sicut Christus ipse promisit.

Rursus, ut pro ratione personarum, locorum et temporum canones constituantur, disciplina integra conservetur ac iura dicantur. ‚Dedit' enim hanc ‚potestatem Deus ecclesiae' „ad aedificationem et non ad destructionem."

Praeterea, ut quam Christus instituit coërcendi et excommunicandi potestatem, qua Paulus etiam est usus, pervicaces sentiant ipsaque corrigantur et comprimantur. Hinc AUGUSTINUS: Eis, inquit, per quos ecclesia regitur, adest salva pace potestas disciplinae adversus improbos aut nefarios exercendae.

Igitur in his omnibus, ut caetera omittamus, ecclesiae autoritatem non solum utilem, sed etiam necessariam esse constat, ut sine illa quidem nihil aliud christiana respublica, quam
[52v] confusio babylonica possit existimari. Proinde sicut scripturae propter testimonium divini Spiritus in illa loquentis credimus, adhaeremus ac tribuimus maximam autoritatem, sic ecclesiae fidem, reverentiam obedientiamque debemus, quod eo ipso Spiritu a Christo capite sponsoque suo informata, dotata simul et confirmata sit, ut non possit non esse, quod dicitur „columna et firmamentum veritatis."

XVII.

78 Quis est doctrinae totius de ecclesiae praeceptis et traditionibus usus ac fructus? *73*

Ingens profecto est ac varius. Atque primus quidem, ut intelligamus, nos solis litteris seu scripturis divinis minime alligari. Quid enim (ut IRENAEI verbis utamur) si neque apostoli quidem scripturas reliquissent ‖ nobis, nonne 53r oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt iis, quibus committebant ecclesias? Itaque luculenter dixit BASILIUS: Dogmata, quae in ecclesia servantur ac praedicantur, quaedam habemus e doctrina scripto prodita, quaedam rursus ex apostolorum traditione in mysterio, id est in occulto ‹tradita›, recepimus. Quorum utraque parem vim habent ad pietatem, nec his quisquam contradicit, quisquis sane vel tenuiter expertus est, quae sint iura ecclesiastica.

Neque dubium esse potest, quin ‚Christus et apostoli multa tum egerint tum docuerint, quae, etsi scripta quidem non sint,' ad nos tamen posterosque maxime pertineant. De quibus generatim Paulus admonens: „De caetero, fratres" inquit „quaecunque sunt vera, quaecunque pudica, quaecunque iusta, quaecunque sancta, quaecunque amabilia, quaecunque bonae fa-‖mae, si qua virtus, si qua [53v] laus disciplinae, haec cogitate. Quae et didicistis et accepistis et audistis et vidistis in me, haec agite et Deus pacis erit vobiscum."

Proximus est recte uti christiana libertate, quam homines otio luxuque capti, si unquam alias, nunc maxime ‚dant in occasionem carnis' ut Apostolus loquitur, illius praetextu foedis voluptatibus inserviunt et quicquid fere libet, etiam circa religionis instituta mutanda, id licere sibi arbitrantur. Atqui ab ista profana novitate ac temeritate nos revocant, tuentur, deterrent apostolica et ecclesiastica dogmata simul et instituta, quae frenum iniiciunt humanae licentiae docentque convenienter uti christiana libertate, ita nimirum, ut nos a iugo peccati et a servitute veteris

A **1** illud *om. L* **1** sq. Palam est, quod *om. L* **2** certitudinem] plurimum *add. HL* **3** valeat autoritas] valere autoritatem *L*

B **1** allegari *J* **4** quam] quem *J* 3-5 **9** rursus *om. K* 1.2 **14** quae sunt *HL* 1.2 **26** erat *J* 1.2 nobiscum *G* 4-6

A **1** AUGUST. c. Faust. li. 11 c. 2 *PL 42*, 245 D *ssq.*: *CV 25/I*, 314 *sq.* et li. 7 c. 53 c. Donatist. *PL 43*, 242 D *sq. n.* 102 *CV 51*, 373 item in Ps. 57 *PL 36*, 678 C *n.* 6 **5** Joh. 14, 16. 17. 26 16, 12 sq. **8** Canon. PS. APOST. 38 FU *I*, 574 *sq. can.* 37 HI *pg.* 29 TUR. *I/1*, 25 et synod. NICAEN. I. can. 5 MSI 2, 687 B HI *pg.* 258 TUR. *I/2*, 118 *sq.* 192 *sq.* LATERAN. IV. can. 6 MSI 22, 991 B *sq.* **11** 2 Cor. 10, 8 13, 10 **12** sq. Matth. 18, 15. 17. 18 et ibid. HIERON. *PL 26*, 131 D (136 C) *v.* 18 **14** 1 Cor. 5, 3-5 1 Tim. 1, 19. 20 **19** ssq. AUGUST. li. de fide et op. c. 5 *PL 40*, 201 D *n.* 7: *CV 41*, 43; item c. Parmen. li. 3 c. 2 *PL 43*, 92 A *ssq. n.* 13: *CV 51*, 114 *sq.* — GREGOR. M. ho. 26 in evang. *PL 76*, 1200 AC 1201 B *n.* 5, 6 — CHRYSOST. de sacerdotio li. 3 *PG 48*, 643 A *sq.* **24** sq. 2 Petr. 1, 19-21 1 = 2 Tim. 3, 16 sq. Matth. 18, 17 sq. Joh. 14, 16. 17. 26 16, 12 sq. **28** Act. 2, 1-4 Eph. 4, 3-7 **31** 1 Tim. 3, 15 **2** IRENEAUS. *adv. haeres.* li. 3 c. 4 *PG 7*, 855 A *ssq. n.* 1, 2 — EPIPHAN. haeres. 61 *PG 41*, 1048 B: *CB 31*, 386 *c.* 6

B **6** ssq. BASILIUS M. li. de Spiritu sancto c. 27 *PG 32*, 188 A-89 B *n.* 66 **15** ssq. Joh. 20, 30 21, 25 AUGUST. ep. 108 ad Seleuc. *PL 33*, 1087 B *ep.* 265 *n.* 4: *CV 57*, 641 **19** ssq. Phil. 4, 8 sq. **29** Gal. 5, 13 2 Petr. 2, 19 **35** sq. AUGUST. ep. 118 *PL 33*, 200 B *ep.* 54 *c.* 1 *n.* 1: *CV 34/II*, 159 **38** sq. 1 Petr. 1, 18 sq. Rom. 6, 18. 22 Gal. 3, 13 4, 31 Rom. 8, 2

legis per Christum liberi effecti ultro libenterque praestemus christianum officium ‚ser-
54r viamus Deo ‖ in iustitia et sanctitate' ducem sequamur Spiritum in lege charitatis, iustitiae servi, obedientiae filii, humilitatis cultores, patientiae custodes, poenitentiae et crucis amatores. „Vos" inquit Apostolus „in libertatem vocati estis, fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem Spiritus servite invicem." Ad quam Spiritus charitatem sanctae servitutis obsequio et alendam et conservandam cum honesta cuncta prosunt, tum ingens pondus adferunt pie observatae ecclesiae traditiones.

Postremus est, ut verum inter legitimos et notos ecclesiae filios seu inter catholicos et haereticos discrimen inde accipiamus. Illi enim simpliciter in doctrina ecclesiae, sive scripto ea, nempe biblicis litteris tradita sit sive patrum traditione comprobata, acquie-
[54v] scunt. Sequuntur enim verbum Dei: ‖ „Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui."

Hi vero, qui sunt haeretici, ab hac simplicitate fidei et a venerandae matris ecclesiae sanctorumque patrum probata sententia discedunt nimiumque sibi vel desertoribus ecclesiae fidunt, adeoque ne moniti quidem resipiscunt. Quare Paulus de iis tam serio sanxit dum ait: „Haereticum hominem post unam et secundam correptionem devita sciens, quia subversus est, qui huiusmodi est." Atque ut cum Cyprianо concludamus: Quisquis ab ecclesiae unitate discesserit, cum haereticis necesse est inveniatur.

XVIII.

79 Quae demum est summa omnium superiorum? *74*

Quae a principio quidem hucusque tractata sunt de summa christianae doctrinae eo spec-
55r tant, ut vera christiani ho- ‖ minis sapientia constituatur, quae tribus illis virtutibus ‚fide, spe et charitate' comprehenditur. Et fide quidem veritati Dei firmiter assentitur eique innititur anima. Spe autem propius adhuc apprehendit bonitatem Dei, fide iam cognitam atque conceptam; charitate demum Deo proximoque propter Deum coniungitur et unitur.

Caeterum de fide nos docet symbolum apostolicum, dum ea proponit, quae maxime sunt credenda et profitenda christiano. De his vero, quae speranda et desideranda, precatio nos instituit dominica. Ad charitatem porro spectant, quae duabus tabulis decalogus exhibet.

Praeclare igitur Origenes: Puto, inquit, quod prima salutis initia et ipsa fundamenta fides est; profectus vero et augmenta aedificii spes; perfectio ‖ autem et culmen totius [55v] operis charitas.

Illi ergo „beati, qui audiunt et custodiunt verbum Dei" - ‚quique voluntatem Patris cognoscunt et faciunt' in fide, spe et charitate, duce Christo ambulantes atque perseverantes.

Et hactenus pro instituti quidem nostri ratione satis de summis illis virtutibus, quae cum divinitus infundantur ac divinos mortales faciant, iure quidem theologicae nuncupantur recteque ad sapientiam christianam referuntur.

XIX.

80 Anne aliud quicquam ad doctrinam christianam spectat? *75*

Etiam huc enim plane spectat doctrina de sacramentis, ut norint christiani, quibus veluti instrumentis divinitus institutis habeant opus ad fidem, spem et praecipue chari- ‖ tatem 56r accipiendam, exercendam, augendam, conservandam ac etiam reparandam.

Adde, quod neque sapientia neque iustitia christiana constitui ac retineri absque sacramentis potest, ut sine quibus religionem universam extingui prorsus necesse sit. Habent igitur ea sublimem in doctrina christiana locum et necessariam quoque tractationem.

A **32** Atqui *HJK*2

A **1** sq. Ps. 53,8 Col. 3,23 sq. Luc. 1,74 sq. 2 Cor. 3,17 Rom. 6,18.20.22 1 Cor. 9,19 **5** sq. 1 Petr. 1,22 Luc. 21,19 Matth. 4,17 16,24 **7** ssq. Gal. 5,13 **15** ssq. Vinc. Lir. *Commonit. PL 50*, 671 B *sq. li. 1 c.* 24 **21** ssq. Prov. 22,28 Eccli. 8,11 sq. Deut. 32,7 Jer. 6,16 **30** ssq. Tit. 3,10 sq. **33** ssq. Cypr. ad Pomp. *PL 3*, 1136 A (1182 B) *c.* 11 *CV 3/II*, 808 *sq. ep.* 74 **44** sq. August. retr. li. 2 c. 63 *PL 32*, 655 C: *CV 36*, 202 *c.* 89 1 Cor. 13,13 2 Tim. 2,22

B **2** sq. Hebr. 11,1 **3** ssq. Gal. 5,5 sq. **5** sq. Rom. 8,38 sq. Joh. 14,21.23 Rom. 13,8 **9** ssq. August. Ench. c. 17 *PL 40*, 234 A *c.* 7 **14** ssq. Orig. in c. 4 ep. ad Rom. *PG 14*, 981 A **19** ssq. Luc. 11,28 Rom. 2,13 Luc. 6,46 ssq. Matth. 7,21.22.24.26 19,17 25,42 ssq. Joh. 15,2 Matth. 10,22 24,13 **35** sq. August. in Joh. tr. 120 *PL 35*, 1953 A *n.* 2 **41** sq. August. c. Faust. li. 19 c. 11 *PL 42*, 355 A: *CV 25/1*, 510 et de vera relig. c. 17 *PL 34*, 136 A *sq. n.* 33 Item ep. 118 *ad Januar.* c. 1 *PL 33*, 200 A *sq. ep.* 54 *n.* 1: *CV 34/II*, 159

CAPUT QUARTUM.

DE SACRAMENTIS.

I.

81 **Cur de sacramentis docendi sunt christiani?** *76*

Quia sacramentorum cognitio et usus facit, ut illi accepta ex Iesu Christi meritis gratia, quae per sacramenta ipsa confertur, legitime [56v] exer- ‖ ceantur et conserventur atque promoveantur in divino cultu.

II.

82 **Quid et quotuplex est cultus divinus?** *77*

Cultus divinus dicitur, quem christianus tanquam praecipuum ac summum obsequium debet ac praestat creatori ac salvatori suo Deo optimo maximo.

Neque enim est dubium hominem ea potissimum causa, ut Deum pure integreque colat et initio conditum et postea redemptum atque ad id omnino destinatum esse.

Divinus autem cultus est duplex, interior et exterior. Interior, quo per intellectum et affectum Deo coniungimur ‚fide, spe et charitate,' ut antea dictum est, perficitur. Exterior est professio quaedam cultus interioris, quem externis quibusdam et visibilibus signis 57r ritibusque ‖ declaramus. ‚Deus enim, qui bonorum nostrorum non eget' quippe ‚beatus' per se totusque ‚perfectus,' tamen sicut totum ipse hominem tum corpore tum animo constare voluit sic eundem quoque totum, hoc est secundum omnem sui partem, reposcit, a quo sincere studioseque colatur, anima quidem secundum interiorem, uti docuimus, corpore vero secundum exteriorem cultum cum interiore coniunctum, quod multis sane modis, sed vel maxime et saluberrime per usum sacramentorum praestatur.

Sic enim divinae visum est sapientiae mortalium se imbecillitati accomodare suamque virtutem per quasdam externas res et signa, quae sensibus percipiuntur, exercere. Animus quippe noster immortalis, in hoc obscuro et caduco corpore velut carcere quodam inclusus, sensuum ‖ ministerio plurimum utitur ne- [57v] que citra hoc adminiculum ad divina capessenda solet assurgere. Itaque tum in veteri tum in nova lege sacramenta multaque ad cultum externum pertinentia instituit Deus ac Dei populus semper observavit.

III.

83 **Quid est sacramentum?** *78*

Est divinae et invisibilis gratiae externum et visibile signum a Christo institutum, ut per id quisque Dei gratiam accipiat atque sanctificationem.

Quare non quaevis signa sunt, quae ecclesiae sacramenta dicuntur, sed certa, sacrosancta et efficacia signa, christianis ex divina institutione et promissione commendata.

Signa quidem idcirco, quoniam externa quadam specie et similitudine id nobis referunt et declarant, quod per ipsa Deus ‖ nobis- 58r cum invisibiliter atque spiritualiter agit.

Certa vero sacrosancta simul et efficacia signa, quoniam indubie quam gratiam significant, etiam continent conferuntque ad nostram sanctificationem. Sacramenta enim,

A **10** conservantur *K* 2

A **9** Tit. 3,5 Joh. 3,5.6.51.52.56-58 20,22 sq. **18** AUGUST. de civit. Dei li. 10 c. 1 *PL 41*, 279 B: *CV 40/I*, 445-47 **22** ssq. Prov. 16,4 Gen. 1,26 2 Cor. 5,15 1 Thess. 5,9 sq. 1 Petr. 3,9 **27** AUGUST. Ench. c. 3 *PL 40*, 231 C *sq. c.* 2 **30** sq. Matth. 5,16 Rom. 12,17 1 Cor. 14,40 **31** sq. Ps. 15,2 1 Tim. 6,15 sq. Matth. 5,48 Gen. 2,7 **35** sq. Prov. 16,4 Luc. 10,27 Matth. 22,37 **38** ssq. 1 Cor. 6,19 sq. Ps. 83,2 sq.

B **9** sq. AUGUST. in Ps. 73 *PL 36*, 930 D *sq. n.* 2 et c. Faustum li. 19 c. 11 *PL 42*, 355 A: *CV 25/I*, 510 item de doctr. christ. li. 3 c. 9 *PL 34*, 71 A; qu. 84 super Levit. *PL 34*, 712 C *ssq.*: *CV 28/II*, 305 *sq.* et qu. 33 in Num. *PL 34*, 732 D: *CV 28/II*, 341 — TERTULL. de resurrect. carnis *PL 2*, 806 A *sq.* (852 A) *c.* 8 — GREGOR. M. in 1 Reg. li. 6 c. 3 *PL 79*, 459 D **14** sq. CHRYSOST. ho. 60 ad pop. Antioch. *Ed. Paris.* 1570 *tom. V*, 332 B *(dub.)* **23** ssq. BERNARD. ser. de coena Dom. *PL 183*, 271 C *ssq. n.* 2: *XB I/1*, 326 — AUGUST. de civit. Dei li. 10 c. 5 *PL 41*, 282 A: *CV 40/I*, 452 et de doctr. christ. li. 3 c. 9 *PL 34*, 71 A — AMBROS. de sacram. li. 4 c. 4 *PL 16*, 439 A (458 C) *n.* 13 — Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1054 C et TRIDENT. sess. 7 MSI *33*, 52 B-E *can.* 1, 2, 6, 7, 8 *CTrG t. V AA 2*, 995 **31** ssq. AUGUST. ep. 23 *ad Bonif. PL 33*, 364 A *ep.* 98 *n.* 9: *CV 34/II*, 531 et de catechiz. rud. c. 26 *PL 40*, 344 D *sq.* **35** ssq. AUGUST. in Ps. 73 et 77 *PL 36*, 931 A *n.* 2 983 D *n.* 2 et c. Faust. li. 19 c. 11, 13, 16 *PL 42*, 355 AC 356 D *sq.*: *CV 25/I*, 510 513

quantum in se est (ut CYPRIANUS loquitur) sine propria esse virtute non possunt nec ullo modo divina se absentat maiestas mysteriis, quamvis etiam ab indignis administrentur.

Ut exempli causa in sacramento baptismi exterior ablutio, quae sordes corporis purgat, efficax est symbolum interioris ablutionis, utpote testimonium praebens indubitatum, quod spiritualiter anima purificetur. Sic res aliae visibiles et externae, ut oleum, panis vinique species, quarum in sacramentis necessarius est usus, apte nobis constituuntur, tum ad si-
[58v] gnificandum tum ‖ ad conferendum homini divinam gratiam animaeque salutem, modo ad haec non indigne accedatur.

Per baptismum etenim „regeneramur et renovamur;" per confirmationem augemur et roboramur; per eucharistiam nutrimur et reficimur; per poenitentiam restituimur et sanamur in vita spirituali; in qua per reliqua itidem sacramenta pro sua cuiusque ratione iuvamur atque provehimur, ut suo deinde loco aperiemus.

IIII.

84 Quibus partibus constat unumquodque sacramentum? 79

Verbo et elemento. Per verbum hic intellige certa quaedam et determinata verba, in quibus ipsa consistit forma, quam vocant, sacramenti. Per elementum accipe res externas,
59r quae vera materia sunt sa- ‖ cramentorum, ut aqua, oleum, panis, vinum et eiusmodi.

Iam his partibus perfecte sumptis adiunguntur reliqua, quae ad cuiusque sacramenti tum idoneam collationem tum dignam susceptionem spectant, videlicet institutio divina, minister idoneus, intentio recta in ministro, fides in suscipiente, et si quae sunt huius generis alia.

V.

85 Quot sunt sacramenta? 80

Septem, quae a Christo per apostolos accepta conservavit ac fideliter dispensavit hucusque Christi „sponsa" et „columna veritatis" ecclesia. Sunt autem haec: Baptismus, confirmatio, eucharistia, poenitentia, extrema unctio, ordo et matrimonium.

Nec refert sane, si eiusmodi vocabula in scripturis non extent omnia, modo de re ipsa con- ‖ stet ac sacramentorum veritas et virtus [59v] divinis testimoniis approbetur. Quanquam ea, quae universalis ecclesia ex apostolorum traditione retinet atque conservanda commendat, etiamsi in scriptura divina non reperiantur, plenam apud nos fidem, ut antea docuimus, habere merentur. Ac de singulorum quidem sacramentorum institutione postea suo loco.

Vis autem eorum, ut fidissimus scripturae interpres AUGUSTINUS inquit, inenarrabiliter valet plurimum et ideo contempta sacrilegos facit. Impie quippe contemnitur, sine quo non potest perfici pietas. Atque ut idem alibi docet: Contemptor visibilis sacramenti invisibiliter sanctificari nullo modo potest.

VI.

86 Quare instituta sunt sacramenta? 81

Primum, ut sint praesentissima remedia con- 60r
tra peccatum, quod letalis est animae mor-

A **31** sq. sacramentorum *GK* 1.2

B **2** sint *G* 3

A **1** *Ps.* CYPRIAN. de coena Dom. *Ed. Antverp.* 1568 *t. III*, 468 *col.* 2 *n.* 2 *in fine* **4** AUGUST. c. Donat. li. 3 c. 10 et li. 5 c. 15 *PL 43*, 144D *n.* 15 *et* 190B *c.* 20 *n.* 27: *CV 51*, 205 *et* 285 **7** Tit. 3,5 sq. Rom. 6,3.7 1Cor. 6,9-11 TERTULL. in li. de resurrect. carnis *PL 2*, 806A *sq.* (852A) *c.* 8 **15** PROSPER Sent. 69 ex August. in Ps. 142 *PL 51*, 437B — Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1054C *sq.* **16** Joh. 3,5 Tit. 3,5.6 **17** Act. 8,14-17 1,8 Luc. 24,49 **18** Joh. 6,52.56.58.59 **19** Joh. 20,23 **29** Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1054E — AUGUST. tr. 80 in Joh. *PL 35*, 1840B *n.* 3

B **1** Synod. TRIDENT. sess. 7 can. 10 et 11 de sacr. in gen. MSI *33*, 53A *et* B *CTrG t. V AA* 2, 995 — Item FLOR. MSI *31/I*, 1054E **8** Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1054C — CONSTANTIENSE sess. 15 MSI 27, 754C — TRIDENT. sess. 7 can. 1 MSI *33*, 52B: *CTrG t. V AA* 2, 995 **10** Cant. 4,9 1Tim. 3,15 **11** sq. Matth. 28,19 Act. 8,17 Matth. 26,26-28 Joh. 20,20.23 **13** Jac. 5,14 sq. 1Tim. 4,14 Eph. 5,32 **17** ssq. AUGUST. c. Donatist. li. 2 c. 7, li. 4 c. 24, li. 5 c. 23 *PL 43*, 133D 174D 192D *n.* 12,31,31: *CV 51*, 186 *sq.* 259 289 Item ep. 118 c. 1 *PL 33*, 200B *ep.* 54: *CV 34/II*, 159 — CHRYSOST. in 2 ep. ad Thess. ho. 4 *PG 62*, 488C *sq. n.* 14 **26** AUGUST. c. Faustum li. 19 c. 11 et 16 *PL 42*, 355A 356D *sq.*: *CV 25/I*, 510 513 Item tract. 80 in Joh. *PL 35*, 1840B *n.* 3 **29** ssq. AUGUST. supra Levit. qu. 84 *PL 34*, 712C *ssq.*: *CV 28/II*, 305 *sq.* et c. Faustum li. 32 c. 14 *PL 42*, 505A *CV 25/I*, 773 **38** Sap. 16,14 Eccli. 21,2 Rom. 6,23

bus ac, nisi hoc tempore curetur, perpetuam adfert damnationem. Quamobrem haec longe praestant legis antiquae sacramentis, virtute utique maiora, utilitate meliora, numero pauciora, intellectu augustiora, observatione faciliora, significatione praestantiora, quae praeterquam, quod significant, etiam sanctificant ac salutem dant, ut e scripturis AUGUSTINUS optime colligit.

Secundo, ut habeamus certa efficaciaque signa divinae erga nos gratiae et voluntatis, quae dum in sensus externos incurrunt, non solum excitant fidem in Christum Deique misericordiam et bonitatem, verum etiam vivifica sunt instrumenta, per quae visum est Deo [60v] salutem nostram efficaciter operari. Ut ‖ praeclare dictum sit iam olim per se ipsum quoque sacramentum multum valere.

Tertio, ut extent velut symbola et externae notae christianae professionis, quibus Dei et ecclesiae filii se mutuo agnoscant, utque in unione, humilitate et obedientia se fructuose exerceant et contineant, atque ita unius religionis necessariis quasi nexibus et foederibus inter se invicem maneant colligati. Alioquin sine sacramentis nec constare neque discerni satis ulla religio potest.

VII.

87 Quid vero sentiendum est de sacramentorum ministris? *82*

Ita plane sentiendum est de illis ‹tanquam ministris Christi et dispensatoribus mysteriorum Dei,' qui ‹portant vasa Domini' - ‹tabernaculoque deserviunt,' qui et sacris ex 61r professo praesunt ‖ eaque iure quodam administrant. Non enim omnibus indifferenter, sed sacerdotibus et episcopis incumbit ac divinitus iniunctum est sacramenta conficere, dispensare vel administrare.

At ne putemus unquam ex vita et probitate ministrorum sacramenta pendere, hanc nobis regulam praescribit AUGUSTINUS: Non ideo veriora et sanctiora sunt sacramenta, quia per meliorem ministrantur; illa nanque per se ipsa vera et sancta sunt, propter verum et sanctum Deum, cuius sunt. Et rursus: Memento sacramentis Dei obesse nihil mores malorum hominum, quo illa vel omnino non sint vel minus sancta sint. Suffragatur his AMBROSII illa sententia: Non merita personarum consideres, sed officia sacerdotum; puta in administratione sacramentorum. Nam et per indignos consuevit Deus ope- ‖ rari et [61v] nihil propter sacerdotis vitam sacramenti gratia laeditur, CHRYSOSTOMO teste.

VIII.

88 Quid iudicandum de caeremoniis, praecipue quarum solennis est usus in sacramentis? *83*

Caeremoniae ab ecclesia probatae ritus quidam sunt externi religiose ac decenter instituti.

Primum, ut signa, testimonia et exercitia sint cultus interioris, quem Deus in primis requirit.

Deinde, ut viva extent religionis incitamenta, quibus fragilitas humana ceu adminiculis fulciatur et ad sacra mysteria, tum capessenda tum retinenda, veluti manu ducatur.

Postremo, ut quae ad cultum divinum promovendum et ad disciplinam concordiamque conservandam publicam pertinent, ‹honeste'

A **5** angustiora *K*2 **31** est *om. HL*<6

A **3** Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1054C — TRIDENT. sess. 7 MSI *33*, 52C *can.* 2 52C *can.* 4: *CTrG t. V AA 2*, 995 **8** AUGUST. c. Faust. li. 19 c. 13 *PL 42*, 355C: *CV 25/I*, 510 et de doctr. christ. li. 3 c. 9 *PL 34*, 71A Item ep. 118 c. 1 *PL 33*, 200A *sq. ep.* 54: *CV 34/II*, 159 **13** Rom. 9, 23 **15** sq. Tit. 3, 5 Joh. 6, 55. 59 20, 23 **17** AUGUST. c. Donat. li. 4 c. 24 *PL 43*, 175A: *CV 51*, 259 **19** sq. AUGUST. c. Faust. li. 19 c. 11 *PL 42*, 355A: *CV 25/I*, 510 de vera relig. c. 17 *PL 34*, 136B — BASIL. M. ho. 13 in exhort. in bapt. *PG 31*, 432B *sq. n.* 4 **33** ssq. 1 Cor. 4, 1 **35** sq. Is. 52, 11 Num. 1, 48-51 *3 Reg. 8*, 4 Num. 16, 3. 8. 9

B **1** 2 Reg. 6, 6 sq. 2 Chron. 26, 16-21 — Concil. NICAEN. I. can. 14 MSI 2, 690C: TUR. *I/2*, 138 *sq.* 230 *ssq.* 270 *sq.* HI *pg.* 259 — TRIDENT. sess. 7 de sacr. in gen. MSI *33*, 53A *can.* 10: *CTrG t. V AA 2*, 995 **4** sq. 1 Cor. 1, 13 3, 4-7 Conc. TRIDENT. sess. 7 de sacr. can. 12 MSI *33*, 53B: *CTrG t. V AA 2*, 995 **6** ss. AUGUST. c. Cresc. li. 4 c. 20 *PL 43*, 562A *n.* 24: *CV 52*, 524 et c. Donat. li. 4 c. 4 *PL 43*, 156D: *CV 51*, 326 **10** ssq. AUGUST. c. litt. Petil. li. 2 c. 47 *PL 43*, 298B *n.* 110: *CV 52*, 85 Item tr. 5 in ev. Joh. 1 *PL 35*, 1417A 1422A *sq.* 1423D-24B *n.* 6, 15-18 **14** ssq. AMBR. de his qui myst. init. c. 5 *PL 16*, 397B (414B) *n.* 27 **17** sq. Joh. 11, 49-52 Matth. 22 = *23*, 2 *sq.* CHRYSOST. ho. 8 in 1 Cor. 3 *PG 61*, 69B *n.* 1 **26** Joh. 9, 6 sq. 11, 33. 38. 41. 43 sq. 20, 22 Luc. ult. = *24*, 50 Marc. 7, 32-34 8, 22-26 Matth. 8, 3 14, 19 **29** ssq. Joh. 4, 23 sq. Matth. 15, 8 Is. 1, 14 sq. **37** sq. LEO M. ep. 81 ad Diosc. *PL 54*, 625A *ep.* 9 (*init.*) — INNOC. I. ad Decent. Eugub. ep. 1 *PL 20*, 551C *sq. ep.* 25 *n.* 1: HI *pg.* 527 Concil. TOLET. IV. c. 2 MSI *10*, 616C HI *pg.* 364 **38** 1 Cor. 14, 40 Phil. 4, 5-8

62[r] ac ‚decenti quodam or- ‖ dine,' sicuti Apostolus iubet, in ecclesia peragantur.

Eae vero caeremoniae, quarum est usus in sacramentorum administratione quasque veluti per manus traditas et commendatas nobis a patribus accepimus, ingenti praecipue studio retineri et observari debent. Nam praeterquam quod decorem illae sacramentis afferunt et reverentiam quandam conciliant, singulari quoque antiquitatis commendatione nobis sunt venerandae.

Tum praeter institutionem vetustissimam et apostolicam habent fecunditatem mysteriorum gravitate atque dignitate plenam, ut sanctissimi doctissimique patres annotarunt. De his demum aliisque id genus praeclare ita Damascenus: Quae christiana religio erroris nescia suscipit et in tot saecula servat incon- [62[v]] cussa, minime vana ‖ sunt, sed utilia, Deo placita salutique nostrae conducibilia plurimum.

Rident interim sectarii caeremonias, quae sacramentis adhibentur, sed ipsi magis ridendi aut potius deplorandi, quod caeco iudicio et hostili odio (pessimis consultoribus) freti adversus veritatem clarissimam bellum gerant. Certe de baptismi caeremoniis vel antiquissimi theologi nobis testantur Dionysius, Clemens, Tertullianus, Origenes, Cyprianus, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus.

Nugentur licet ac blasphement impii, magno quidem patres illi consensu commendant abrenuntiationem, exorcismos, aquam benedictam, sacrum chrisma, crucis signaculum. Ante annos bis sexcentos fere scripsit Basilius in hunc modum: Consecramus aquam baptismatis ‖ et oleum unctionis et praeterea 63[r] eum, qui baptismum accipit.

Verum de caeremoniis, quae sacramentis omnibus adiunguntur, sigillatim admonere, ut longum est, ita difficile et huic quidem instituto haud necessarium. Quin et aperte fatetur Origenes in ecclesiasticis huiusmodi observationibus esse nonnulla, quae omnibus quidem facere necesse sit, rationem autem eorum, cur ita fiant, nondum satis esse compertam.

A **6** Jer. 6,16 Prov. 22,28 Basilius M. de Spiritu s. c. 27 *PG 32*,188A *n.*66 — Concil. Trident. can. 13 de sacram. Msi *33*,53C *CTrG t. V AA 2*,995 **10** sq. Tertullianus de corona militum *c.* 3 *PL 2*,78C-80A (98B *ssq.*) *Ps.* Dionysius Areop. de eccl. hierarch. per totum *PG 3*, 393A-584D *passim* **15** Ambrosius de initiandis myst. *PL 16*, 389-410 (405-26) — August. et alii passim — Vide Isidor. de Offic. eccl. *PL 83*, 737-826 *passim* et plures alios **17** Joh. Damascen. in ser. de defunct. *PG 95*,249C *n.* 3

B **4** *Ps.* Dionysius Areop. de eccl. hier. c. 2 *PG 3*,393B-97B **5** *Ps.* Clemens ep. 3 *PG 1*,493A *sq.* Msi *1*,132A Hi *pg.* 54 — Tertull. de corona militum *PL 2*,79A (98C *sq.*) *c.* 3 — Origenes ho. 12 in Num. *PG 12*,665C *CB 30*,105 *sq.* **6** Cyprianus li. 1 ep. 12 *PL 3*,1039A 1040A (1077A 1078A *sq.*) *c.* 1,2: *CV 3/II*,767 768 *ep.* 70 *c.* 1,2 — Basilius M. de Spiritu s. c. 27 *PG 32*, 188B *sq.* — Chrysost. ho. de Adam et Eva *Ed. Paris.* 1570 *tom. I*, 459D *(dub.)* — Cyrill. Hieros. catech. mystagog. 1-4 *PG 33*, 1068A-76A 1077A-80B 1089A-92C 1104B *catech.* 19-22 Rupp *pg.* 346 356-58 366-70 378 **12** Basilius M. ibid. *PG 32*, 188B *sq. c.* 27 — Vide Rhaban. de institut. cler. li. 1 c. 27 *PL 107*, 311C *ssq.* — et Isidor. de Offic. eccl. li. 2 c. 20 *PL 83*,814C *sq. c.* 21 *n.* 2 Ambr. de sacr. li. 1 *PL 16*,417B-19A (435B *ssq.*) *c.* 1 *n.* 2,3 419A (437A *sq.*) *c.* 2 *n.* 4 420B (438B) *c.* 3 *n.* 9 422C *sq.* (441A) *c.* 5 *n.* 18 li. 2 *PL 16*,427C *sq.* (446B) *c.* 5 *n.* 14 429B (448B) 430B *sq.* (450A) *c.* 7 *n.* 20,24 li. 3 *PL 16*, 431A (449C) 432B (451B) 432C *sq.* (452A) *c.* 1 *n.* 1,4,5 434A (453B) 434C (454A) *c.* 2 *n.* 8,11 et de iis, qui mysteriis initiantur *PL 16*, 389B *sq.* (406A *ssq.*) *c.* 1 *n.* 3,4 390B *sq.* (407B *ssq.*) *c.* 2 *n.* 5-7 393B (410B) *c.* 3 *n.* 14 398A *ssq.* (415A *ssq.*) *c.* 6 *n.* 29-31 399B 402B *sq.* (417B 419A) *c.* 7 *n.* 34,42 403B (420A *sq.*) *c.* 8 *n.* 43 — August. de nupt. li. 1 c. 2 *PL 44*, 427A *c.* 20 *n.* 22: *CV 42*, 235 et li. 2 c. 18 et 29 *PL 44*, 455C 465C 466D *sq. n.* 33,50,51: *CV 42*, 286 *sq.* 306 308 **20** Origenes ho. 5 in Num. *PG 12*,603B *ssq.*: *CB 30*, 26 — Item *Ps.* Dionys. Areop. eccl. hierarch. c. 1 et ult. *PG 3*,376D *sq.* 568A *c.* 1.7 — et August. de doctr. christ. li. 3 c. 9 *PL 34*,70D *sq.*

1. DE BAPTISMI SACRAMENTO.

I.

89 **Quid est baptismus et an cunctis necessarius?** *84*

Est hoc novae legis primum et maxime necessarium sacramentum in ablutione corporis exteriore et legitima ver- ‖ borum enuntiatione iuxta Christi institutionem consistens. [63[v]]

Necessarium inquam sacramentum non so-

B **4** institutionem] institutum *J* 3-5

A **5** Act. 2,38 Marc. 16,16 Joh. 3,5.22 4,2 Tit. 3,5-7 Matth. 28,19 Eph. 5,25 sq. 1 Petr. 3,20 sq.

B **5** Trident. sess. 6 c. 4 et sess. 7 can. 5 de baptismo Msi *33*, 33E *sq. et* 53E *sq.*: *CTrG t. V AA 2*, 792 *et* 996 August. tract. 13 in Joh. *PL 35*, 1496B — Ambrosius de myst. initiandis c. 4 *PL 16*, 394C (412A) *n.* 20 *Ps.* Clemens ep. 4 ad Julium *PG 1*,504B *ssq.* Hi *pg.* 63

lum adultis, sed etiam parvulis ac simul eis efficax ad salutem aeternam consequendam. Nascuntur omnes „irae filii," opus igitur habent etiam parvuli emundatione peccati, nec possunt absque hoc sacramento mundari et in filios Dei regenerari. Nam et generatim legislator edixit: „Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei." Alibi vero: „Non est voluntas ante Patrem, qui in caelis est, ut pereat unus de pusillis istis." Perirent autem non baptizati etiam parvuli, sicut olim in synagoga Hebraeorum pueri incircuncisi.

64[r] Iam cum sit „unum baptisma" Christi fidelium, hoc semel acceptum, nefarium est prorsus iterare, quicquid demum praetexant iam olim damnati anabaptistae. Cum synodo CONSTANTINOPOLITANA dicendum est: Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et cum AUGUSTINO: Rebaptizare haereticum hominem omnino peccatum est; rebaptizare autem catholicum immanissimum scelus est, quod idcirco caesareis etiam legibus prohibetur.

II.

90 **Quae circa hoc sacramentum praecipue sunt notanda?** *85*

Elementum abluens eiusque significatio, verbum et effectus baptismi.

Elementum est aqua simplex, materia ad hoc necessaria, ‖ quae natura sua sordes corpo- [64[v]]
ris abluere solet. Cui haec pulchre respondet significatio, baptismo animam emundari peccatis et hominem, uti dicemus, iustum effici.

Verbum, quo sacramenti forma consistit, ex Christi praecepto sic habet: ‚Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.'

Et quanquam sit sacerdotum munus baptismum administrare, tamen, ubi necessitas vehementer urget, baptizare possunt alii quoque, ne impiis quidem et haereticis exceptis, modo a forma ecclesiae et eius verbis conceptis non recedatur.

III.

91 **Quem fructum et effectum praestat baptismus?** *86*

Eum plane, quem docente Christo ac testi-

A **17** Constantinopolitana] Nicaena *GK* 1.2 *B* **4** sq. verbum] minister *add. HL* verbum et] verbum *K* 1.2

A **1** Concil. LATERAN. IV c. 1 MSI 22, 981/82 D *sq. c.* 1 et MILEVIT. can. 2 MSI *4*, 327 A *ssq.* HI 317: GR. *c.* 153 *D. 4 de cons.* — *Ps.* DIONYS. AREOP. de eccl. hier. c. 7 *PG 3*, 568 A *ssq.* — CYPRIAN. li. 3 ep. 8 *PL 3*, 1015 A 1016 B-19 A *c.* 2-6 (1050 A *ssq.* 1052 B-56 A): *CV 3/II*, 718-21 *ep.* 64 *c.* 2-6 — CHRYSOST. ho. de Adam et Eva *Ed. Paris.* 1570 *tom. I*, 458 D 459 D *(dub.)* **3** Eph. 2, 3 TRIDENT. sess. 5 MSI *33*, 28 B *sq. c.* 4: *CTrG tom. V AA* 2, 239 **4** ssq. AUG. ep. 28 *PL 33*, 730 A *ep.* 166 *c.* 7 *n.* 21: *CV 44*, 576 et de anima et eius orig. li. 3 c. 9 *PL 44*, 516 D *n.* 12 *CV 60*, 369 item de peccat. meritis li. 1 c. 23 *PL 44*, 128 C *n.* 33: *CV 60*, 33 **7** ssq. Joh. 3, 5 AUGUST. de peccat. meritis li. 3 c. 4 et 12 *PL 44*, 189 C *n.* 7 199 B *n.* 21: *CV 60*, 133 149 **9** ssq. Matth. 18, 14 BERNARD. ser. 66 in cant. *PL 183*, 1098 B *ssq. n.* 9, 10 et ep. 240 ad Hildef. *PL 182*, 434 B-35 B *ep.* 241 *n.* 1, 2 **11** sq. AUGUST. de nupt. et concup. li. 1 c. 20 et li. 2 c. 17 sq. *PL 44*, 427 A *n.* 22 *et* 455 B *sq. n.* 32 *sq.*: *CV 42*, 235 286 item ser. 14 de verb. Apost. *PL 38*, 1336 C *sq.* 1343 D 1346 C *ssq.* 1347 A *sq. ser.* 294 *c.* 2, 14, 18, 19 **13** Gen. 17, 14 **14** Eph. 4, 5 BASIL. M. de Spir. s. c. 15 *PG 32*, 129 C **15** sq. Hebr. 6, 4-6 *Ps.* CLEM. pont. Const. apost. li. 6 c. 15 *PG 1*, 948 C 949 A: FU *I*, 337 339 — JOH. DAMASC. *de orth. fide* li. 4 c. 10 *PG 94*, 1117 B *sq. c.* 9 **17** ssq. In conc. CARTH. I. can. 1 MSI *3*, 153 D HI 292 et VIENN. MSI *25*, 411 C — TRID. sess. 7 c. 9 de sacr. MSI *33*, 53 A et 13 de bapt. MSI *33*, 54 D: *CTrG t. V AA* 2, 996 — AUGUST. tr. 11 in Joh. 2 *PL 35*, 1478 C 1482 A *sq.* 1483 AD *n.* 6, 12-15 — BEDA in Joh. 3 *PL 92*, 668 C *[=* ALCUIN. *PL 100*, 779 A *v. 4] — Synod. I.* CONSTANTINOP. in symb. fid. MSI 3, 565 C HI 277 *c.* 7 **20** ssq. AUG. ep. 203 *PL 33*, 95 C *ep.* 23 *n.* 2: *CV 34/I*, 65 et in li. de unico bapt. c. Petil. c. 13 *PL 43*, 607 A *n.* 22: *CV 52*, 23 — LEO M. ep. 79 ad Nicet. *PL 54*, 1139 A *ep.* 159 *c.* 7 et ep. 37 ad Leon. Ravenn. *PL 54*, 1193 B *sq. ep.* 166 *c.* 1 — Cod. IUSTIN. li. 1 tit. 6 Ne sanctum baptisma iteretur.

B **6** Joh. 3, 5 Eph. 5, 26 Act. 8. 36-38 10, 47 TRIDENT. sess. 7 c. 2 de bapt. MSI *33*, 53 D: *CTrG t. V AA* 2, 996 et FLOR. MSI *31/I*, 1055 B — CHRYSOST. ho. 24 in Joh. *PG 59*, 151 A *sq.* **7** ssq. Tit. 3, 5 Act. 2, 38 1Cor. 6, 11 **11** Conc. LATER. IV. MSI 22, 981/82 E *sq. c.* 1 et FLOR. MSI *31/I*, 1055 B *sq.* — AUG. c. Donat. li. 6 c. 25 *PL 43* 214 A *ssq. n.* 47: *CV 51*, 323 *sq.* — DIDYM. ALEX. de Spir. s. li. 2 *PG 39*, 1053 D *sq.* **12** ssq. Matth. 28, 19 AMBR. de iis, qui myst. init. c. 4 *PL 16*, 394 C (412 A) *n.* 20 **16** ssq. AUG. c. Parm. li. 2 c. 13 *PL 43*, 71 B 72 A *n.* 29, 30 *CV 51*, 80 *sq.* et de unico bapt. c. 9 *PL 43*, 603 B *n.* 15: *CV 53*, 16; c. Donat. li. 3 c. 15 et li. 7 c. 53 *PL 43*, 147 D *sq. et* 243 A *sq.*: *CV 51*, 211 373 *sq.* — HILAR. in Ps. 67 *PL 9*, 466 C *sq. n.* 33 — Conc. LAT. IV. c. 1 MSI 22, 981 D *sq.* FLOR. MSI *31/I*, 1055 C — TRID. sess. 7 can. 4 de bapt. MSI *33*, 53 E: *CTrG t. V AA* 2, 996 **24** sq. Marc. 16, 16 Act. 2, 38 22, 16 1Petr. 3, 20 sq. Ez. 36, 25 ssq. 1Cor. 6, 11 Rom. 6, 3-11 BASIL. M. ho. 13 in exhort. ad bapt. *PG 31*, 433 A et li. de Spir. s. c. 15 *PG 32*, 132 A — AUG. c. duas ep. Pelag. li. 1 c. 13 et li. 3 c. 3 *PL 44*, 562 D *n.* 26 *et* 590 C *n.* 5: *CV 60*, 445 490 Ench. c. 64 *PL 40*, 262 A *sq.* — *Ps.* BEDA in c. 3 Joh. *PL 92*, 668 D *sq. [=* ALCUIN. *PL 100*, 779 B *sq. v. 5] —* JOH. DAMASC. li. 4 orth. fid. c. 10 *PG 94*, 1121 C — GREG. M. li. 9 ep. 39 *PL 77*, 1162 B *ssq. li. 11 ep.* 45: *MG Epp.* 2, 295 *(XI, 27)* — HIER. ad Ocean. *ep.* 83 *PL 22*, 657 C *sq.* 659 B-60 A *ssq. ep.* 69 *n.* 4-6 — GREG. NAZ. in s. lavacr. *PG 36*, 361 B-64 A 368 A *sq.* 409 A — CLEM. ALEX. li. 1 Paedag. c. 6 *PG 8*, 281 A 284 A 285 B *sq.* CHRYSOST. ho. ad neoph. *Ed. Paris.* 1570 *tom. V*, 614 D et ad baptizandos *PG 49*, 225 C-27 C

bus apostolis Petro et Paulo discimus, ni-
65r mirum per baptismum ‖ et peccata remitti et Spiritum dari, quo et vetus homo aboleatur et nova fiat in Christo creatura. Quippe susceptus rite baptismus non hoc modo largitur, ut impio plene peccata omnia condonentur atque tollantur, sed etiam ut baptizatus plane innovetur ac vere innocens, iustus, sanctus et caelesti gloria dignus in Christo efficiatur, ut iure a Paulo dictum sit omnibus baptizatis: „Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi et in Spiritu Dei nostri." Atque alibi testatur idem baptismum esse „lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti" — „lavacrum etiam aquae in verbo vitae." Et rursus ille scribit: „Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis."

[65v] Scite BERNARDUS ac breviter ‖ sacramenti huius effectus praecipuos complectitur: Lavamur in baptismo, inquit, quia deletur chirographum damnationis nostrae et gratia haec nobis confertur, ne iam nobis concupiscentia noceat, si tamen a consensu abstineamus.

Quae concupiscentia in renatis manens non per se peccatum est, sed, ut theologi appellant, fomes peccati ad agonem relictus, ut baptizati hac occasione vigilantius Dei gratiam quaerant, virtutes studiosius exerceant fortiusque certando maiorem sibi gloriam parent. Itaque, ut Paulus docet, „nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulant," quique secundum Pauli doctrinam et exemplum ‚veterem hominem exuentes'-‚de die in diem'-‚secundum interiorem hominem renovantur' id, quod proprium est baptizatorum.

IIII. 66r

92 Quid a nobis requirit acceptum tanti sacramenti beneficium? *87*

Primum a nobis summam postulat et assiduam animi gratitudinem, ut praedicemus, amemus et celebremus eum, qui „secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum hoc regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum dominum nostrum, ut iustificati gratia ipsius haeredes simus secundum spem vitae aeternae."

Deinde sic huius sacramenti mysterium rememorandum est, ut identidem se ipsum quisque admoneat praeclarae illius suae sponsionis et christianae professionis, quam in sacro lavacro per sponsores edidit. Cogitet igitur christianus illic se ex ‚irae filio' et satanae servo Dei Filium Christique membrum et cohaeredem vivumque templum Spiritus sancti factum esse.

Ingressus es regenerationis sacrarium, in- [66v]
quit AMBROSIUS, repete, quid interrogatus sis, recognosce, quid responderis. Renuntiasti diabolo et operibus eius, mundo et luxuriae eius ac voluptatibus. Memor esto sermonis tui, et nunquam tibi excidat tuae series cau-

A **13** nostri *om. GK* 1.2 *B* **15** et renovationis *om. J*

A **11** sq. 1 Cor. 6, 11 AMBR. de sacr. li. 1 c. 4 *PL 16*, 421 A (439 A) *n.* 12 — FLOR. MSI *31/I*, 1055 D — TRID. sess. 5 c. 5 MSI *33*, 28 D *sq. CTrG tom. V AA 2*, 239 *sq.* **14** sq. Tit. 3, 5 AUGUST. ep. 23 *PL 33*, 360 A *sq. ep.* 98 *n.* 2 *CV 34/II*, 521 *sq.* et qu. 33 sup. Num. *PL 34*, 736 C: *CV 28/I*, 348. Conf. li. 4 c. 4 *PL 32*, 696 C *n.* 8: *CV 33*, 69 *sq.* LACT. li. 3 div. instit. c. 26 *PL 6*, 432 *ssq.* — CYPR. li. 2 ep. 2 *PL 4*, 198 A *ssq.* (201 B *sq.*) *ep.* 1 *c.* 3: *CV 3/I*, 5 *Libell.* 1 *ad Donat. c.* 3 **16** Eph. 5, 25 sq. **17** sq. Gal. 3, 27 Rom. 6, 3 sq. **19** ssq. BERN. ser. in coena Dom. *PL 183*, 272 B *sq. n.* 3: *XB I/1*, 327 — Vide *Ps.* CYPRIAN. de bapt. Chr. et ablut. pedum *Ed. Antverp.* 1568 *tom. III*, 457 *col.* 2 *sq. n.* 2 473 *col.* 1 *sq. n.* 1 — ORIGEN. in c. 6 ad Rom. *PG 14*, 1047 B *li.* 5 — RETICIUS, AUGUSTODUN. a. August. li. 1 c. Iulian. c. 2 *PL 44*, 644 D *c.* 3 *n.* 7 **25** Jac. 1, 14 sq. Rom. 6, 12 7, 7 sq. TRIDENT. sess. 5 c. 5 MSI *33*, 28 E *sq.*: *CTrG t. V AA 2*, 239 *sq.* — AUG. de nupt. et concup. li. 1 c. 23 et 25 *PL 44*, 428 B *sq. n.* 25 429 D *ssq. n.* 28: *CV 42*, 237 *sq. et* 240 *sq.* et li. 1 c. duas ep. Pelag. c. 13 *PL 44*, 563 A *sq. n.* 27: *CV 60*, 445 *sq.* Item retr. li. 1 c. 15 *PL 32*, 608 D *sq.* et de Trin. li. 13 c. 16 *PL 42*, 1029 C *sq.* de pecc. merit. li. 1 c. 39 *PL 44*, 150 C *ssq. n.* 70: *CV 60*, 70 et li. 2 c. 33 et 34 *PL 44*, 182 D 183 A *ssq. n.* 53-56: *CV 60*, 123-25 **31** ssq. Rom. 8, 1

B **1** ssq. Col. 3, 9 sq. Eph. 4, 22-24 2 Cor. 4, 16 *Eph. 3*, 16 Rom. 6, 4 **13** ssq. Tit. 3, 5-7 **20** ORIGENES ho. 12 in Num. *PG 12*, 665 C: *CB 30*, 105 *sq.* **24** *Ps.* DIONYS. AREOP. eccl. hierarch. c. 7 *PG 3*, 568 B *sq.* — AUGUST. de nupt. et concupisc. li. 1 c. 20 *PL 44*, 427 A *n.* 22: *CV 42*, 235 item de peccat. meritis li. 1 c. 19 *PL 44*, 123 A *n.* 25: *CV 60*, 24 *sq.* de bapt. c. Donat. li. 4 c. 24 *PL 43*, 175 C: *CV 51*, 260 **25** Eph. 2, 3 **26** sq. Rom. 8, 1. 2. 14-17 Gal. 4, 4-7. 28. 31 **27** sq. 1 Cor. 6, 19 **30** ssq. AMBROS. de initiandis myst. li. 1 c. 2 *PL 16*, 390 B (407 B) *n.* 5 — CHRYSOST. ho. 21 ad pop. Antioch. *Ed. Paris.* 1570 *t. V*, 160 BD 161 C *sq.* = *Ad illuminandos catech. II PG 49*, 239 A 240 C *sq. n.* 4, 5 — AMBROS. de sacr. li. 1 c. 2 *PG 16*, 419 B *sq.* (437 B *sq.*) *n.* 5-7 — CYRILL. HIEROS. catech. 1 mystag. 1 *PG 33*, 1069 B *catech.* 19; RUPP *pg.* 348 *sq.*

tionis. Et praeclara Pauli baptizatos omnes adhortantis vox est: „An ignoratis" fratres „quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus."

B **2** resurrexit *J*

A **2** ssq. Rom. 6,3 sq. Gal. 3,27 AUGUST. de fide et op. c. 26 *PL 40*,227 D *n.* 48: *CV 41*,93 *sq.*

67r

2. DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO.

I.

93 **Quod est alterum a baptismo sacramentum?** *88*

Confirmatio, quae sacramentum est novae legis aeque sacrosanctum, ut AUGUSTINUS inquit, ac ipse baptismus, quod baptizatis confertur cum impositione manuum episcopalium et sacri chrismatis inunctione.

II.

94 **Unde nobis comprobatur hoc sacramentum?** *89*

Testimonium habet a divina scriptura secundum patrum et ecclesiae concordem sententiam atque interpretationem. Huc enim spectat, quod Lucas evangelista semel atque iterum scribit de apostolis, qui [67v] super baptizatos manus imposuerunt, hoc signo utentes visibili divinitusque instituto, per quod Christo iam initiatis nova et amplior Spiritus sancti gratia conferretur. Quare cum apostoli manus illis imposuissent, acceperunt, ut Lucas de iisdem baptizatis refert, Spiritum sanctum cum accessione scilicet ac exuberantia quadam gratiae spiritualis.

Nunc vero, ubi apostolorum vicem episcopi gerunt et locum tenent, non fraudat Deus ecclesiam suam hac tam salutari gratia, sed per eosdem episcopos in hoc sacramento efficaciter operatur, ut adsit, CYPRIANO teste, et veritas signo et Spiritus sacramento.

Atque huc pertinet veteris ecclesiae CANON: Omnes fideles per manus impositionem episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut pleni christiani inveniantur, quia, cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam et constantiam dilatatur. 68r

III.

95 **Quae necessaria sunt ad conficiendum hoc sacramentum?** *90*

Tria praecipue ad hoc requiruntur: sacramenti propria materia, certa verborum forma et minister idoneus.

A **18** interpretationem] approbationem *H* 5 **22** per *om. HL* *B* **14** plene *HL* 1.2

A **7** AUGUST. c. litt. Petil. li. 2 c. 104 *PL 43*,341 C 342 B *n.* 239: *CV 52*,152 *sq.* — Concil. ELIBERT. can. 38 MSI 2,12 B HI *pg.* 341 — AURELIAN.? c. 3 MSI *8*, 364 D *c.* 5 GR. *c.* 6 *D. 5 de consecr.* — LAODIC. can. 48 MSI 2, 572 D HI *pg.* 275 — MELDENSE can. 6 *imo Concil. Paris. VI. c.* 33 MSI *14*,560 C *sq.*: GR. *c.* 7 *D. 5 de cons.* — FLORENT. MSI *31/I*,1055 D *sq.* — CONSTANTIENSE sess. 15 8. *artic. damnatus Joh. Hus* MSI 27, 754 B — TRIDENT. sess. 7 MSI *33*, 55 A *can.* 1 *CTrG tom. V AA* 2, 996 — BERNARDUS in vita Malachiae ep. *PL 182*, 1079 B *ssq. c.* 3 PETR. DAMIAN. ser. 1 de dedicat. eccl. *PL 144*, 898 C *ssq. ser.* 69 — ISIDOR. de eccl. Offic. li. 2 *c.* 25 et 26 *PL 83*, 823 A *ssq. c.* 26 *n.* 1, 2 et 824 A *ssq.* c. 27 *n.* 1-4 — RHABAN. de institut. cler. li. 1 c. 30 *PL 107*, 314 A-15 A: GR. *c.* 5 *D. 5 de consecr.* **16** CYPRIAN. li. 1 ep. 12 *PL 3*, 1040 A (1078 A) *c.* 2: *CV 3/II*, 768 *ep.* 70 *c.* 2 — AUGUST. c. Donatist. li. 5 c. 19 et 20 *PL 43*, 190 BD *c.* 20: *CV 51*, 285; item tract. 6 in ep. 1 Joh. *c.* 3 *PL 35*,2025 B *sq. n.* 10 **19** ssq. Act. 8,14-17 19,5 sq. CYPRIAN. ad Jubaian. *c.* 9 *PL 3*,1115 A (1160 B *sq.*) *CV 3/II*,784 *sq. ep.* 73 *c.* 9

B **8** sq. HIERON. c. Lucifer. *PL 23*,163 C-64 C (172 A *ssq.*) *n.* 8, 9 **9** *Ps.* CYPRIAN. de unct. chrism. *Ed. Antverp.* 1568 *tom. III*, 475 *col.* 2; 476 *col.* 2 *n.* 1, 2 **11** *Ps.* URBAN. pont. et m. qui anno 227 vixit, in ep. ad omnes episc. HI *pg.* 146: GR. *c.* 1 *D. 5 de consecr.* **23** Concil. BRACCAR. II. *(al. III.)* can. 4 MSI *9*, 839 D HI *pg.* 425 *Ps.* CYPRIAN. de unct. chrism. *Ed. Antverp.* 1568 *tom. III*, 475 *col.* 2 476 *col.* 2 *n.* 1, 2 — GREGOR. M. in Cant. 1 *PL 79*, 493 D *nota a* — *Ps.* FABIAN. *ep.* 2 HI *pg.* 160 *sq. cfr.* GR c. 18 *D. 3 de consecr.* — Concil. FLORENT. MSI *3/I*, 1055 E Decret. Eugenii IV.

Materia ex oleo et balsamo mixta est, quae ab episcopo consecrata sacri chrismatis nomen iam olim obtinuit et in hoc sacramento fronti solenni ritu illinitur.

Forma verborum haec praescripta est: Consigno te signo crucis et confirmo te chrismate salutis in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

Minister sacramenti huius solus est episcopus, ut apostolorum exemplum, forma et [68v] tra- ‖ ditio retineatur. Qua de re iam olim ita sancitum accepimus: manus impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus. Nec tempore apostolorum ab aliis quam ab ipsis apostolis legitur et scitur esse peractum.

IIII.

96 Cur autem baptizati sacro chrismate inunguntur? 91

Quia per Spiritum sanctum sic nobis apostoli tradiderunt, sicuti Clemens et Dionysius, Petri Paulique apostolorum discipuli, probant. Tradiderunt autem illi, quod a Domino ipso utique acceperant de chrismate conficiendo, ut gravis est testis Fabianus, idem et Christi martyr et pontifex ecclesiae.

Sacrosanctae etiam synodi praeceptum de 69r hoc tale extat: Oportet baptizatos post baptismum sacratissimum chrisma percipere et caelestis regni participes fieri. Rationem Cyprianus reddit hanc, ut accepto chrismate, id est unctione christianus esse unctus Dei et habere in se Christi gratiam possit teneatque sanctitatem.

Atqui unguentum hoc visibile, quo ecclesia baptizatos ungit, ut Augustinus docet, significat invisibilis gratiae donum, quo Spiritus sanctus Christum inprimis, qui et a chrismate nomen suum trahit, ac deinde christianos omnes interna unctione imbuit atque confirmat. Unde pulchre Tertullianus velut ad olei naturam alludens ita de hoc sacramento scripsit: Caro ungitur, ut anima consecretur. Caro signatur, ut et anima muniatur. Caro manuum impositione adumbratur, ut anima Spiritu il- [69v] luminetur.

Unde qui sacrum chrisma reiiciunt, ma-

A **1** mista *K* 1.2 **6** Consigno] Signo *L* 6 **16** et] aut *HL* *B* **13** Atque *HL*

A **2** *Ps.* Cyprian. *Ed. Antverp.* 1568 *t. III,* 475 *col.* 2 476 *col.* 2 *n.* 1,2 — Cyprian. li. 1 ep. 12 *PL 3,* 1040 A (1078 A) *CV 3/II,* 768 *ep.* 70 *c.* 2 — Basilius M. de Spir. s. c. 27 *PG 32,* 188 B-89 B *n.* 66 — *Ps.* Fabianus, qui vixit anno 241 ep. 2 Hi *pg.* 160 *sq.*: Gr. *c.* 18 *D. 3 de cons.* — Concil. Florent. Msi *31/I,* 1055 E **10** Act. 8, 14-17 *Ps.* Clemens ep. 4 Hi *pg.* 63 *sq.* — *Ps.* Urban. ep. ad omnes christ. Hi *pg.* 146: Gr. *c.* 1 *D. 5 de consecr. Ps.* Melchiades *(Miltiades)* Hi *pg.* 245: Gr. *c.* 2 *et* 3 *D. 5 de consecr.* — *Ps.* Damasus ep. 4 *PL 13,* 435 C *ep.* 3 Hi *pg.* 513 — *Ps.* Leo ep. 88 ad episc. Germ. et Galliae *PL 55,* 1325 C *sq. app.* — Concil. Vormat. Msi *15,* 871 C *can.* 8 — Florent. Msi *31/I,* 1055 E — Trident. Msi *33,* 55 B *sess.* 7 *can.* 3 *CTrG t. V AA 2,* 996 **11** sq. *Ps.* Eusebius pont. et m., qui vixit anno 310, ep. 3 ad episc. Tusciae et Campaniae *PL 7,* 1114 A *app.* 3 Hi *pg.* 242: Gr. *c.* 4 *D. 5 de consecr.* — Innocentius I. ep. ad Decent. Eugub. c. 3 *PL 20,* 554 A *sq. ep.* 25 Hi *pg.* 528 **16** Act. 8, 14-17 19, 5 sq. **23** Basilius M. de Spiritu sancto c. 27 *PG 32,* 188 B-89 B *n.* 66 **24** *Ps.* Clemens ep. ad Jul. et Julian. Hi *pg.* 63 *sq.* — *Ps.* Dionysius Areopag. de eccl. hierarch. c. 2 et 4 *PG 3,* 396 D 404 C *sq.* 472 D *sq.* 476 C 477 C 484 C 485 A

B **3** *Ps.* Fabianus in ep. 2 ad orient. episc. Hi *pg.* 160 *sq.*: Gr. *c.* 18 *D. 3 de consecr.* **6** ssq. Synod. Laodic. can. 48 Msi 2, 572 D *Ps. Isid. PL 130,* 290 C Hi *pg.* 275 — Cornelius ad Fabium Antioch. ap. Eusebius li. 6 hist. eccl. c. 35 *PG 20,* 621 B *sq. c.* 43: *CB 9/II,* 620 *n.* 14 — Theodoret. de haeret. fab. in novat. *PG 83,* 408 B *li.* 3 *c.* 5 — Cyprianus li. 1 ep. 12 *c.* 2 *PL 3,* 1040 A (1078 A): *CV 3/II,* 768 *ep.* 70 — *Ps.* Cyprianus de unct. chrism. *Ed. Antverp.* 1568 *tom. III,* 475 *col.* 2; 476 *col.* 2 *n.* 1, 2 — Cyrillus Alex. = Origenes *li. 9 in Lev. PG 12,* 521 C: *CB 29,* 436 — Cyrill. Hieros. catech. 3 mystagog. *PG 33,* 1089 A 1092 AC 1093 A *catech.* 21 *mystagog.* 3: Rupp *pg.* 366-70 **14** Augustinus de Trinitate li. 15 c. 26 *PL 42,* 1093 B *ssq.* Pacianus Barcinon. de baptismo *PL 13,* 1093 B *c.* 6 et ep. 1 ad Sympron. *PL 13,* 1057 C *c.* 6 **16** sq. In Sent. Prosperi 342 *PL 51,* 482 A *sent.* 346 ex August. tr. 33 in Joh. = ser. 47 de verbis Domini *PL 35,* 1648 C Rhabanus *de institutione clericorum* li. 1 c. 30 *PL 107,* 314 A-15 A — Isidorus *de Offic. eccl.* li. 2 c. 25 *PL 83,* 823 A *sq. c.* 26 **19** Tertullianus li. de carnis resurrectione *PL 2,* 806 A *sq.* (852 A) *c.* 8: *CV 47,* 36 *sq.* Item in li. de bapt. *c.* 7 *et* 8 *(initium) PL 1,* 1206 C *sq.* (1315 A *sq.*): *CV 20,* 206 *sq.* — Theodoret. in c. 1 Cant. *c.* 1 *PG 81,* 60 C *li.* 1 *vers.* 2 **25** ssq. *Ps.* Dionysius Areopag., *Ps.* Clemens, Tertullianus, *Ps.* Cornelius, *Ps.* Fabianus, *Ps.* Cyprianus, Cyrillus uterque, Basilius, Pacianus, ut supra — *Ps.* Amphilochus Icon. ep. in vita s. Basil. M. *PG 29,* CCC *col.* 2 A *sq.* — Optatus Milev. c. Donatist. li. 2 *PL 11,* 972 A *c.* 19: *CV 26,* 53 *sq.* — Concil. Romanum sub Silvestro Msi 2, 625 A; item Carthag. II. Msi 3, 869 C *c.* 3 Hi *pg.* 295 Carthag. III. Msi 3, 885 D *c.* 36 Hi pg. 299 Carthag. IV. Msi 3, 954 C *c.* 36 Hi *pg.* 304 — Tolet. I. Msi 3, 1002 A *c.* 20 Hi *pg.* 351 — Vasense I. Msi 6, 453 C *can.* 3 Hi *pg.* 330 Trident. Msi 33, 55 B *sess.* 7 *can.* 2: *CTrG t. V AA 2,* 996

gnum illi imperitiae suae argumentum praebent, ut qui aperte antiquissimam et vetustissimam apostolorum institutionem negent ac perpetuum ecclesiae usum ac traditionem temere damnent.

V.

97 **Quis sacramenti huius est usus et fructus?** *92*

In baptismo regeneramur ad vitam; post baptismum autem in hoc sacramento confirmamur ad pugnam. In baptismo abluimur, hoc vero post baptismum roboramur, ut regeneratis custos et consolator et tutor adsit Spiritus sanctus. Haec summi et pontificis et martyris MELCHIADIS est doctrina. Nec dissentit ab eo, quod CLEMENS testatur se ab apostolis ipsis accepisse: Cum regeneratus, inquiens, quis fuerit per aquam, postmodum septiformis Spiritus gratia ab episcopo confirmetur, quia aliter perfectus christianus esse nequaquam poterit. 70r

Prodest igitur hoc sacramentum mirifice, ut qui fidei mysteriis initiati sunt ‚sicut geniti modo infantes' et adhuc imbecilles in Christo adolescant atque corroborentur.

Hos ceu christianae militiae tirones episcopus admonet inunctione, ut adversus tot hostes et quotidiana pericula ‚Spiritu principali confirmentur.' Consignat illis cruce frontem, quae pudoris est sedes, ut constanter et intrepide nomen Domini confiteantur; impingit et alapam, ut christianam militiam invicta patientia exercendam et ornandam esse sibi perpetua memoria retineant.

A **8** Qui *K*2

B **6** fidei [fide *G*4-6 **12** confirmetur *K*2

A **10** Joh. 3,3.5 *Ps.* MELCHIADES *(Miltiades)* ad Hispaniae episc., vixit anno 311 HI *pg.* 245 *sq. cfr.* GR. *c.* 2 *et* 3 *D. 5 de consecr.* — Concil. FLORENT. MSI *31/I,* 1056 B *sq.* **17** *Ps.* CLEMENS ep. 4 ad Jul. et Julian., vixit apost. temp. HI *pg.* 63 *sq.* — AMBROS. de sacram. li. 3 c. 2 *PL 16,* 434 A *sq.* (453 B *sq.*) *n.* 8-10 et de iis, qui mysteriis initiantur c. 7 *PL 16,* 402 B *sq.* (419 A) *n.* 42

B **5** sq. *Ps.* DIONYS. AR. de eccl. hier. c. 2 *PG 3,* 396 D 404 C *sq.* **6** sq. 1 Petr. 2,2 **11** sq. Ps. 50,14 **12** sq. AUGUST. in Ps. 141 *PL 37,* 1839 A *n.* 9 Luc. 9,26 Matth. 10,32 1 Petr. 2,21 ssq. Luc. 21,15.16.19 Matth. 5,39 Act. 4,8.9.13. 19.21.31.33 5,18.29.30.40.41

[70v]

3. DE EUCHARISTIAE SACRAMENTO.

I.

98 **Quid significat nomen eucharistiae?** *93*

Summum illud et longe sacratissimum sacramentum, quo nihil habet ecclesia dignius, admirabilius, efficacius salubriusve hoc uno nomine designatur.

Et recte quidem eucharistia tanquam bona gratia seu gratiarum actio dicta est, quia praecipuum et maximum Dei donum ipsumque omnis gratiae fontem et autorem continet summorumque nos bonorum admonet, pro quibus acceptis gratiarum actionem, laudem et gloriam summam Deo summo debemus. Maius enim beneficium optare non potuissemus, quam quod Christus Iesus, dominus ‖ noster de virgine natus, cruci affixus et ‚in gloriam assumptus' se nobis totum ita largiatur, ut etiam nunc corpus eius sanguinemque vere sumamus illique per hoc divinum sacramentum prorsus incorporemur. 71r

II.

99 **Quae in hoc sacramento praecipue continentur?** *94*

Tria continet eucharistia: species visibiles, veritatem corporis et sanguinis dominici et spiritualis gratiae virtutem.

B **11** in hoc] hoc *J*3-5

A **4** sq. *1 Tim. 3,* 16 **5** *Ps.* DIONYS. AR. eccl. hier. c. 2 et 3 *PG 3,* 404 D 424 C *sq.* — Concil. TRIDENT. sess. 13 can. 2 et 3 MSI *33,* 81 C-D *sq.* **9** sq. AMBROS. li. 5 de sacram. c. 3 *PL 16,* 448 B *sq.* (468 A) *n.* 12 — CYPRIAN. de laps. *PL 4,* 487 A (501 A) *c.* 26: *CV 3/I,* 256 *c.* 26 — ORIGEN. c. Celsum li. 8 *PG 11,* 1565 C 1604 A *n.* 33, 57 *CB 3,* 249 273 **11** CHRYSOST. ho. 60 ad pop. = 83 in Matth. *PG 58,* 743 A *sq.* 744 A *sq. ho.* 82 *(al.* 83*) n.* 4 *sq.* item 45 in Joh. = 61 ad pop. Antioch. *PG 59,* 260 C *sq.* 261 A *sq. ho.* 46

B **4** sq. CHRYSOST. de sacerd. li. 3 *PG 48,* 642 C *ssq. n.* 4 et ho. 2 ad pop. Antioch. *PG 49,* 46 D *sq. n.* 9 et ho. 3 ad Eph. *PG 62,* 27 D *sq.* **7** sq. CYRILL. ALEX. in Joh. li. 4 c. 16 et 17 *PG 73,* 581 D *sq.* 584 B *sq. c.* 2 li. 10 c. 13 *PG 74,* 341 B-44 C *c.* 2; li. 11 c. 26 et 27 *PG 74,* 557 C-60 D 564 C *sq. c.* 11, 12 — HILARIUS de Trinitate li. 8 *PL 10,* 246 A *sq. n.* 13 — IRENAEUS adv. haer. li. 5 *PG 7,* 1124 B-26 D *c.* 2 — CHRYSOST. ho. 45 in Joh. *PG 59,* 260 C *sq.* 261 A *sq. ho.* 82 *(al.* 83*)* **13** CYRILL. HIEROS. catech. 4 mystag. 4 *PG 33,* 1100 A *catech.* 22 *c.* 3 RUPP *pg.* 374 **14** Matth. 26,26-28 Marc. 14,22-24 Luc. 22,17-20 1 Cor. 11,23-30

Quod enim oculis nostris apparet, species sunt visibiles, panis videlicet ac vini. Quod autem sub speciebus iisdem fides nostra, non sensus aut ratio comprehendit, id verum corpus et sanguis est Christi salvatoris.

[71v] Caeterum quod participatio- ‖ ne sacramenti huius consequimur, eximia quaedam est Spiritus sancti gratia, fructus nimirum et effectus, ut ostendemus, salutaris eucharistiae.

III.

100 Quae sunt praecipua de hoc sacramento capita scitu necessaria? *95*

Ea quinque potissimum sese offerunt: primum de veritate eucharistiae, alterum de panis et vini transsubstantiatione, tertium de adoratione eius, quartum de eiusdem oblatione et sacrificio, postremum de sumptione ipsius sub altera vel utraque specie. De his enim praecipue hac quidem tempestate scire magnum est operae pretium.

IIII.

101 Quid igitur de veritate eucharistiae sentiendum? *96*

Id plane, ut cum tota ecclesia contra omnes Capharnaitas certo credamus, sub speciе-
72r bus panis et vini veram Iesu Christi carnem ac verum eius sanguinem in eucharistia exhiberi ministerio quidem sacerdotis, virtute autem ac potentia domini nostri Iesu Christi, ‚apud quem impossibile non est omne verbum.' — „Ipse dixit et facta sunt; ipse mandavit et creata sunt."

Dixit autem in coena illa pridie quam pateretur instructa, cum panem primum ac deinde calicem suis manibus apprehendisset, cumque de huius sacramenti tum institutione tum veritate certos omnes reddere vellet, dixit inquam planissime: „Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur" dixit: ‚Hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur.' De qua institutione dixit et antea: „Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus." Dixit: „Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum; et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita."

Nec obscura sunt alia tum evangelistarum [72v] tum apostoli Pauli testimonia, quae nobis hanc fidem evidenter adstruunt, ne quis dubitare possit Christum in eucharistia totum secundum divinam humanamque naturam existere et nobiscum manere usque ad saeculi consummationem.

Igitur eandem plane Christi carnem in templis habemus et sumimus, quae olim in Palaestina coram cernebatur, sed ea nec sensi-

---

A **4** aut] ac *HL*

B **18** descendit *J*

A **1** THEOPHYLACT. in Marc. 14 *PG 123*, 649 D *sq.* et Matth. 26 *PG 123*, 444 C *sq.* ac in Joh. 6 *PG 123*, 1308 C *sq.* CYRILL. ALEX. ad Calosyr. *PG 76*, 1073 A *sq.* — AMBROS. de sacram. li. 4 c. 4 *PL 16*, 442 B *sq.* (462 A *sq*) *n.* 19, 20 et li. 6 c. 1 *PL 16*, 453 C-55 A (473 C-75 A) *n.* 1-4 **3** ssq. JOH. DAMASCEN. li. 4 orthod. fid. c. 14 *PG 94*, 1140 B-53 C *c.* 13 **6** sq. AUGUST. tr. 26 in Joh. 6 *PL 35*, 1611 C *n.* 11 et alii postea citandi **16** Patrum testimonia extant. apud ROFFENS. adv. Oecolampad. li. 4 item apud TONSTALLUM: De virtute corporis et sang. dom. nostri Jesu Christi ed. 2ª Lutetiae 1554 li. 2 fol. 56-122 — GROPPER: *Institutio catholica Antverp.* 1562 *pg.* 98-106 et GARETIUM 1. *Omnium aetatum . . . Antverp.* 1569 *ed.* III 2. *sacrificii missae . . . Antverp.* 1569 *ed.* III **28** sq. Joh. 6, 53 ssq. 60 sq. et ibid. CYRILLUS ALEX. *PG 73*, 600 B *ssq.* — AUGUSTUS tr. 27 in Joh. *PL 35*, 1617 C *sq. n.* 5 **30** sq. Concil. EPHES. *Cyrilli ep.* 3 *ad Nest.* MSI *4*, 1078 A *sq. c.* 26 *n.* 7 *ACOe t. I vol. I/1 pg.* 37 *sq. n.* 7 — NICAEN. II. act. 6 MSI *13*, 264 E-65 E — LATERAN. IV. c. 1 MSI *22*, 981/82 D *sq. c.* 1 — CONSTANTIENSE sess. 8 MSI *27*, 632 E *art.* 1-3 — FLORENT. MSI *31/I*, 1057 B *sq. Decret. Eugenii IV.* — TRIDENT. sess. 13 MSI *33*, 80 E *ssq. c.* 1, 3 IGNAT. ad Smyrn. teste THEODORETO in dialogo 3 *PG 5*, 713 A *n.* 7 et *PG 83*, 284 A

B **4** Luc. 1, 37 Marc. 10, 27 **5** sq. Ps. 148, 5 DAMASC. de orth. fid. li. 4 c. 14 *PG 94*, 1140 B-53 C *c.* 13 — AMBR. de sacram. li. 4 c. 4 et 5 *PL 16*, 439 B-45 A (458 C-64 A *ssq.*) *n.* 14-25 **8** sq. Luc. 22, 17-20 Marc. 14, 22-24 Matth. 26, 26-28 1 Cor. 11, 23-30 IUSTIN. Apol. *PG 6*, 428 A-32 A *n.* 65-67 — IREN. adv. haer. li. 4 c. 32 et 34 *PG 7*, 1023 C *sq. c.* 17 *n.* 5 1027 B-29 A *c.* 18 *n.* 4, 5 **12** sq. Luc. 22, 19 **13** sq. Marc. 14, 24 Matth. 26, 28 **15** ssq. Joh. 6, 51. 52 Vide HILAR. de Trin. li. 8 *PL 10*, 247 A *sq. n.* 14 — CYRILL. ALEX. in Joh. li. 4 c. 12, 15, 16 *PG 73*, 565 D *sq.* 581 B-D *c.* 2 — THEOPHYLACT. in c. 6 Joh. *PG 123*, 1308 C *sq.* et in 14 Marc. *PG 123*, 649 D *sq.* **22** 1 Cor. 10, 16. 17. 21 11, 23-30 **23** ssq. EPIPH. in Ancor. *PG 43*, 117 A *sq. n.* 57 — CYRILL. HIEROS. catech. 22 myst. 4 *PG 33*, 1097 A *sq.* RUPP *pg.* 372 *sq.* — CYRILL. ALEX. ad Calosyr. *PG 76*, 1065 A-77 B *impr.* 1073 A *sq.* — CHRYSOST. ho. 83 in Matth. *PG 58*, 743 A *sq.* D *ho.* 82 *n.* 4 *sq.* — LEO M. ser. 6 de ieiunio sept. mens. *PL 54*, 452 B *ser.* 91 *(al.* 89*) c.* 3 **26** sq. Matth. 28, 20 Conc. VIENN. in Clement. tit. de reliqu. et ven. sanct. MSI *25*, 412 E **28** sq. AUGUST. in Ps. 98 *PL 37*, 1264 C *sq. n.* 9 et 33 *PL 36*, 306 D *ser.* 1 *n.* 10 308 D *ser.* 2 *n.* 2 — PROSP. de promiss. et praedict. parte 2 c. 25 *PL 51*, 798 C *sq.* **29** sq. CHRYSOST. ho. 2 in 2 Tim. *PG 62*, 612 C *sq.* et 24 in 1 Cor. *PG 61*, 203 B *sq. n.* 5 204 B *sq.* 205 A *ho.* 24 — Presbyteri Achaiae in hist. s. Andreae *PG 2*, 1228 A *(apocr.)*

bus hic patet nec transmutationi et corruptioni est obnoxia, utpote invisibilis, impassibilis, immortalis summa et divina resplendens gloria, quam solis fidei oculis licet hoc tempore intueri. Beati autem in caelis clare perspiciunt incredibili cum voluptate.

Et sunt adhuc sacramentarii (o horrendam saepeque damnatam impietatem), qui adoran-
73r dum hoc magis quam investigandum ‖ mysterium, dum sensu suo assequi non possunt, etiam negare audent, evangelii verba quamvis luculenta mire depravantes. Quod nihil est aliud sane, quam velut e mundo solem tollere summoque sponsi thesauro sponsam ecclesiam spoliare et panem vitae fidelibus eripere, ne sit demum, unde exules illi in hoc mundi deserto pascantur atque sustententur.

V.

102 **Quid vero de transsubstantiatione?** *97*

Hic duo imprimis animadvertenda eaque aperte profitenda sunt: Alterum sacerdotem, qui conficiat eucharistiam, legitime ordinatum esse oportere; alterum tantam inesse vim in verbis illis arcanis et consecratoriis, quibus idem sacerdos Christi vice panem et vinum in altari consecrat, ut panis quidem in corpus, vinum autem in san- ‖ guinem Domini [73v] subito transmutetur.

Vere stupenda solaque fide metienda transmutatio, quae omnipotente Christi virtute per ea ipsa verba operante fit; nec immerito transsubstantiatio tum a synodis tum a patribus appellata est, quod panis vinique substantia in corpus sanguinemque Christi certo convertatur.

Si enim valuit tantum sermo Eliae, ut ignem de caelo devocaret, non valebit Christi sermo (sic enim colligit Ambrosius) ut species mutet elementorum? De totius mundi operibus legisti: „Ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt." Sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere, quod non erat, non potest ea, quae sunt, in id mutare, quod non erant? Non enim minus est novas rebus dare quam mutare naturas. Atqui Chri-
sti ‖ sermone nihil apertius, dum ait: „Hoc 74r est corpus meum" — „hic est sanguis meus" ut nullus omnino relictus sit locus suspicandi post consecrationem panem et vinum in eucharistia manere.

VI.

103 **Estne venerandum nobis adorandumque hoc sacramentum?** *98*

Est maxime sic postulante a nobis officio

A **10** sequi *HL* 1.2

B **5** sq. nec — patribus] nec immerito a sancta catholica ecclesia transsubstantiatio *HL* **28** hoc *om. L* 1.2

A **8** Synod. Nicaen. II. act. 6 t. 3 Msi *13*, 264 E-65 E — Synod. Rom. 4=2 Msi *19*, 759 D-68 E — Vercell. s. Leo. IX. Msi *19*, 773 D-78 E *cfr. Guitmund.: De corp. et sangu. Chr. verit. in euchar. li. 1 PL 149*, 1427 A-94 D *praesertim* 1429 D *ssq.* 1486 D *ssq.* — Concil. Turon. sub Victore II. Msi *19*, 839 D *ssq. cum notis Antonii Pagi* — Rom. sub Nicolao II. Msi *19*, 900 D *sq. cum notis s. Binii* 901 D *ssq.* — Rom. sub Gregorio VII. Msi *20*, 523 C *sq.* 524 C *ssq.* Constantiensis sess. 8 in art. 3 Joh. Wicleff Msi *27*, 632 E — Trid. sess. 13 can. 1 Msi *33*, 84 C **24** ssq. Concil. Lateran. IV. can. 1 Msi *22*, 981/82 D *c.* 1 — Chrysost. de sacerd. li. 3 *PG 48*, 643 A *n.* 5 — Hieron. *ep.* 1 ad Heliod. *PL 22*, 352 A *ep.* 14 *c.* 8: *CV 54*, 55; *ep.* 85 ad Evagr. *PL 22*, 1193 A *ep.* 146 *n.* 1: *CV 56*, 308 **26** ssq. Iustin. Apol. 2 *PG 6*, 428 C-32 A *n.* 66 *sq.* — Ambr. de sacram. li. 4 c. 4 *PL 16*, 440 A-43 A (459 A-62 B) *n.* 14-20 — Chrysost. ho. 2 in 2 ad Tim. *PG 62*, 612 D et de proditione Judae *PG 49*, 380 C *n.* 6 — vide Bessarion. hac de re *PG 161*, 499 C-503 D — Gregor. Nyss. in ser. catech. *PG 45*, 97 A 96 B *ssq. c.* 37 **29** ssq. Euseb. Emis. ho. 5 de Pascha *PG 67*, 1052 D *sq.* — *Ps.* Cyprian. ser. de coena Dom. *Ed. Antverp.* 1568 *t. III*, 467 *col.* 1 *in fine n.* 1 Cyrill. Hieros. catech. mystag. 1, 3, 4 *PG 33*, 1072 A *sq.* 1089 C *sq.* 1079 B *sq. catech.* 19 *n.* 7 *catech.* 21 *n.* 3 1097 B *sq. catech.* 22 *n.* 2 *sq.* Rupp *pg.* 350 *sq.* 368 374 — Cyrill. Alex. ad Calosyr. *PG 76*, 1065 A-77 B — Ambros. de sacram. li. 5 c. 4 *PL 16*, 452 A (471 B) *n.* 24 li. 4 c. 4 et 5 *PL 16*, 439 B-43 A (458 C-62 B) *n.* 13-20 443 A-45 A (462 C *ssq.*) *n.* 21-25 Gr.: *c.* 55 *D.* 2 *de cons.* Item li. 4 de fide c. 5 *PL 16*, 641 A (667 B) *c.* 10 *n.* 124 — Chrysost. in Matth. ho. 83 *PG 58*, 744 B *ho.* 82 *n.* 5 et de encaeniis *Ed. Paris.* 1570 *tom. III*, 827 D *(dub.)* — Joh. Damasc. *de orthod. fide* li. 4 c. 14 *PG 94*, 1145 A *sq. c.* 13

B **6** Concil. Lateran. IV. can. 1 Msi 981/82 D — Trid. sess. 13 c. 4 Msi *33*, 82 B et can. 2 Msi *33*, 84 C *sq.* — Vide et Concil. Rom. sub Greg. VII. Msi *20*, 524 D *sq.* — Constantiense sess. 8 art. 1 et 2 Msi *27*, 632 E — item Florent. Msi *31/1*, 1057 B *sq.* — Lanfranc. in li. de sacram. euch. *PL 150*, 419 A 430 C **12** Ambros. de iis, qui myst. init. c. 9 *PL 16*, 404 C-407 D (422 A-25 A) *c.* 8, 9 *n.* 48-54 de sacram. li. 4 c. 4 *PL 16*, 439 A-43 A (458 C-62 B) *n.* 13-20 Gr *c.* 55 *D.* 2 *de consecr.* **14** sq. Ps. 148, 5 32, 9 **20** sq. Matth. 26, 26. 28 et ib. Theophylactus *PG 123*, 649 D *sq.* Marc. 14, 22, 24 atque in 6 cons. cap. Joh. *PG 123*, 1308 C *sq.* — Vide etiam Gregor. Nyss. ser. catech. de div. sacr. *PG 45*, 96 B-97 B *c.* 37 — Guitmund. de sacr. euch. li. 3 *PL 149*, 1480 D *sq.* 1482 B *sq.* 1484 C-85 B **29** ssq. August. in Ps. 98 *PL 37*, 1264 A *ssq. n.* 9 — Ambr. de Spir. s. li. 3 c. 12 *PL 16*, 794 C-95 A (828 B *sq.*) *c.* 11 *n.* 78 *sq.* Matth. 4, 10 Apoc. 14, 7 19, 10 22, 9 Trident. sess. 13 c. 5 et can. 6 Msi *33*, 82 C *ssq.* 85 A *sq.*

religionis, ut quem adesse in eucharistia credimus, cultu quoque debito prosequamur creaturae creatorem, servi Dominum atque redemptorem optimum maximum.

De quo scriptura ipsa pronuntiat: „Adorent eum omnes angeli eius;" et rursus: „Adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes servient ei." Tum alibi divinus propheta, cum hoc sacramentum eiusque magnitudinem contemplatur, non sat habet dicere: „Edent pauperes et saturabuntur et laudabunt Dominum;" [74v] sed ‖ hoc etiam addit: „Adorabunt in conspectu eius universae familiae gentium." Item: „Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terrae."

Laudantur sane Magi similesque nonnulli apud evangelistas, quod Christo adhuc in carne mortali honores divinos exhibuerint, coram eo procidentes eumque adorantes. Atqui nobis idem nunc est Christus in eucharistia non mortalis, sed immortalis, omni gloria et virtute prorsus admirabilis. Quam nos fidem religioso corporis animique cultu iure testamur, dum christianae humilitatis et debitae gratitudinis officium coram tremenda illa semperque reverenda Dei maiestate venerabundi ac supplices exhibemus.

VII.

104 **Quid porro de altaris sacrificio credendum est?** *99*

75r Id procul dubio institutam esse eucharistiam non in eum usum tantum, ut a christianis velut alimentum salutare sumatur, unde cibus, potus, vivus ac vitae panis dicitur, sed etiam ut tanquam summum et proprium novi testamenti sacrificium offeratur, ut hinc iam olim nomen acceperit hostiae, sacrificii, victimae, oblationis, holocausti.

Offertur autem in iugem passionis dominicae memoriam et gratiarum actionem atque ut credentibus prosit ad huius et futurae vitae mala depellenda bonaque impetranda; neque solum vivis, sed etiam defunctis prosit in remissionem peccatorum, sicut e scriptura divina et traditione apostolica gravissimi patres asseverant.

Hoc est eximium illud et incomparabile sacrificium, quod ‖ Christus in extrema coena [75v] sub panis et vini specie instituens suis apostolis, ut primis novi testamenti sacerdotibus horumque successoribus, ut offerrent, his verbis demandavit: „Hoc facite in meam commemorationem."

Haec est oblatio, quae per varias sacrificiorum naturae et legis tempore similitudines figurabatur, utpote quae bona omnia per illa tum significata velut illorum omnium consummatio et perfectio complectitur.

Hoc illud est iuge sacrificium, quod non nisi ad finem mundi abolendum Daniel testatur.

A **4** maximum] honorantes *add. K* 1.2 **6** eius] Dei *HL* **22** fidem] quidem *J*
B **21** mandavit *G* 2-6

A **5** sq. Hebr. 1, 6 Ps. 96, 7 **7** sq. Ps. 71, 11 **11** sq. Ps. 21, 27-30 vide ibid. AUGUST. exposit. prima *PL 36*, 170 C *a.* 30 et ep. 120 ad Honor. *PL 33*, 564 C *ep.* 140 *c.* 24 *n.* 61: *CV 44*, 206 **16** ssq. Matth. 2, 11 Joh. 9, 38 Matth. 14, 33 9, 18 28, 9. 17 Luc. ult. = *24*, 51 *sq.* **21** sq. Rom. 6, 9 Ps. 94, 1-6 **26** sq. CHRYSOST. ho. 24 in 1 Cor. *PG 61*, 204 C *sq. n.* 5 et ho. 61 ad pop. = ho. 3 in ep. ad Eph. *PG 62*, 29 B *sq. n.* 5 item de sacerdot. li. 6 *PG 48*, 681 B *sq.* GREGOR. NAZ. in Gorgon. *PG 35*, 809 A-12 A *orat.* 8 *c.* 17, 18 — GREGOR. M. 4 Dial. c. 58 *PL 77*, 425 D *sq.* *Ps.* ORIGENES ho. 5 in divers. ev. locos *ed. Paris. II*, 285 E

B **2** sq. Joh. 6, 51 sq. 56. 59 1 Cor. 10, 16 1 Cor. 11, 26 Prov. 9, 5 **4** ssq. *Ps.* DIONYS. AR. eccl. hier. c. 3 *PG 3*, 425 B-28 A *ssq. n.* 2 *sq.* et ep. 8 *PG 3*, 1098 B *sq. § 6* — IGNAT. ad Smyrn. *PG 5*, 713 B *n.* 8 FU *I*, 281 — IUSTIN. in Dial. c. Tryphon. *PG 6*, 745 B *n.* 117 — AUGUST. ep. 23 ad Bonifac. *PL 33*, 363 D *sq. ep.* 98 *n.* 9: *CV 34/II*, 530 *sq.* et c. Faust. li. 20 *c.* 21 *PL 42*, 384 C 385 C *sq.*: *CV 25/I*, 562 564 **10** sq. *Ps.* IACOB. *in liturg.* RE *II*, 29-44 — BASIL. *in liturg.* RE *I*, 1-25 *Ps.* CHRYS. *in liturg. PG 31*, 1581 C-84 B ME — AUGUST. de civ. Dei li. 23 = 22 c. 8 *PL 41*, 764 C: *CV 40/II*, 602 CHRYS. ho. 77 in Joh. *PG 59*, 426 C *ho.* 78 et ho. 18 in Act. apost. *PG 60*, 147 A *ssq.* 148 C — GREG. M. 4 Dial. c. 57 *PL 77*, 424 A-25 A — BEDA Angl. hist. li. 4 c. 22 *PL 95*, 205 C-208 A PLUMMER *I*, 249-52 *c.* 20 **14** sq. *Ps.* CLEM. ep. 3 HI *pg.* 58 — IREN. c. haer. li. 4 c. 32 *PG 7*, 1023 C *sq. c.* 17 *n.* 5 — CHRYSOST. ho. 3 ad Phil. *PG 62*, 204 B et 69 ad pop. *ed. Paris. t. V*, 369 C *sq. (dub.)* — JOH. DAMASC. in or. de defunct. *PG 95*, 249 B *sq.* 264 D *ssq. n.* 3, 19 **18** IREN. c. haer. li. 4 c. 32 *PG 7*, 1023 C *sq. c.* 17 *n.* 5 — EUSEB. CAES. de demonstr. ev. li. 1 c. 10 *PG 22*, 89 B-92 B *CB 23*, 47 *sq.* — CYPRIAN. li. 2 ep. 3 *PL 4*, 385 B *sq.* 386 B *sq.* (397 B 398 B-99 A) *ep.* 63 *c.* 14, 16, 17: *CV 3/II*, 713 *sq.* AUG. de civ. Dei li. 10 c. 20 *PL 41*, 298 B *sq.*; *CV 40/I*, 480 *sq.* c. Faust. li. 20 c. 21 *PL 42*, 384 C 385 C *sq. c.* 19, 21 *CV 25/I*, 562 564 In Ps. 33 cont. 2 *PL 36*, 308 B **21** sq. Luc. 22, 19 CHRYSOST. ho. 83 in Matth. *PG 58*, 739 A *ssq. ho.* 82 et ho. 24 in prior. ad Cor. *PG 61*, 200 B *sq.* — *Ps.* MART. ad Burdig. *B. SS. PP. t. I*, 49 C *sq.* — *Ps.* DIONYS. AR. eccl. hier. c. 3 *PG 3*, 441 D *sq. §* 12 **23** ssq. Gen. 4, 4 8, 20 sq. 14, 18 sq. Ex. 12, 3-7, 13 — AUG. de civ. Dei li. 10 c. 20 *PL 41*, 298 B *sq.*: *CV 40/I*, 480 *sq.* et c. Faust. li. 6 c. 5 *PL 42*, 231 C: *CV 25/I*, 290 *sq.* **29** *Ps.* HIPPOL. de cons. mundi *PG 10*, 936 D *sq. c.* 33 *sq.* — *Ps.* CHRYSOST. ho. 49 op. imp. *PG 56*, 907 B *sq.* **30** Dan. 12, 11 9, 26 sq.

Ad hoc spectat sacerdotium „secundum ordinem Melchisedech" quod etiam David
76r in Christo futurum et permansurum praedicat.

Haec „oblatio munda," quam nulla vel indignitas vel malitia offerentium inquinare possit; quae iudaicae legis sacrificiis quam plurimis unice succedens apud gentes „in omni loco" id est toto orbe terrarum, ad celebrandum Dei et redemptoris nostri nomen „offertur atque sacrificatur" ut apud Malachiam legimus.

Haec est missae oblatio, sacrificium, liturgia, cui testimonium omni exceptione maius praebent CANONES et traditiones APOSTOLORUM, sanctae SYNODI, magnus consensus et usus perpetuus totius ecclesiae, graecae et latinae, orientalis et occidentalis.

Quod missae sacrificium, si rem omnem aeque perpendimus, est revera dominicae passionis et illius cruenti sacrificii, quod in cruce pro nobis est oblatum, ‖ sancta quaedam et [76v]
viva repraesentatio atque simul incruenta et efficax oblatio.

Ex qua fit primum, ut memoria, fides et gratitudo nostra in redemptorem ipsum vivida quotidie excitetur confirmeturque secundum illud: „Hoc facite in mei commemorationem." Quorum verborum ecclesia tam sedula interpres fuit, ut omnem incruenti huius sacrificii externum ornatum, vestes sacras, vasa, ritus actionesque omnes ita instituerit, ut ob oculos circumstantium nihil aliud quam commemoratio illa sancta obversetur tantique sacrificii maiestas magis commendetur ac mentes fidelium his tum signis tum adminiculis exterioribus ad meditationem rerum ‖ divina- 77r
rum, quae in hoc sacrificio latent, facilius sustollantur et veluti manu ducantur.

Hinc fit etiam, ut oblationis Christi in cruce factae et redemptionis fructus nobis

---

B **2** viva] unica *G* 6 **7** mei] meam *HL* **11** ita *om. G* 3 **12** circumstantiam *J* **13** observetur *G* 3 *H* 4.5 *L* 2.4.5

A **1** sq. Ps. 109, 4 Hebr. 7, 1.11 sq. Gen. 14, 18 sq. CYPRIAN. li. 2 ep. 3 *PL 4*, 374 A-78 A (385 A-89 A *ssq.*) *ep.* 63 *c.* 2-5 *CV 3/II*, 702-704 — EUSEBIUS CAESAR. de demonstratione evangel. li. 5 c. 3 *PG 22*, 365 C *ssq.*: *CB 23*, 222 HIERON. ad Marcellam *PL 22*, 484 C *ep.* 46 *n.* 2: *CV 54*, 331 et ad Evagrium t. 3 *PL 22*, 678 A *sq. ep.* 73 *n.* 3 *CV 55*, 151 *sq.* — AUGUST. in Ps. 33 cont. 2 *PL 36*, 308 B *n.* 2 — EPIPHAN. haer. 55 *PG 41*, 973 B *ssq.* 981 A *sq. n.* 2, 3, 6: *CB 31*, 326 *sq.* 331 — JOH. DAMASCEN. *orthod. fidei* li. 4 c. 14 *PG 94*, 1149 C *sq. c.* 13 **4** *Mal. 1*, 11 **5** Num. 28, 3-10 29 **7** ssq. AUGUST. de civit. Dei li. 17 c. 20 *PL 41*, 555 D *sq.*: *CV 40/II*, 260 *sq.* Mal. 1, 11 Vide *Ps.* MARTIALIS ad Burdig. *B.SS.PP. t. I*, 49 C *sq.* — IUSTIN. in dialog. cum Tryph. *PG 6*, 745 B *n.* 117 IREN. adv. haer. li. 4 c. 32, 33, 34 *PG 7*, 1023 C *sq.* 1024 B *sq. c.* 17 *n.* 5, 6 1024 C-29 A *c.* 18 *n.* 1-6 — *Ps.* CHRYSOST. in Ps. 95 *PG 55*, 622 D-25 A — AUGUST. de civitate Dei li. 19 c. 23 *PL 41*, 655 A *n.* 5: *CV 40/II*, 418 li. 18 c. 35 *PL 41*, 594 B *n.* 3: *CV 40/II*, 322 **14** Canon PS. APOST. 3 et 9 TUR. *I/1*, 9 11 HI *pg.* 27 *sq.* FU *1*, 564-67 *c.* 2, 8 — *Ps.* CLEMENS li. 6 Const. apost. c. 23 *PG 1*, 972 C *sq.* FU *I*, 361 363 **15** NICAEN. I. can. 14 MSI 2, 690 C TUR *I/2*, 269 HI *pg.* 259 — LAODIC. can. 19 et 58 MSI 2, 587 A *sq.* 590 D HI *pg.* 274 276 — EPHESIN. in *Cyrill.* ep. ad Nestor. MSI *4*, 1078 A *sq. c.* 26 *n.* 7 *ACOe tom. I vol. I/1*, 37 *n.* 7 — TRIDENT. sess. 22 c. 1 et can. 1, 2 MSI *33*, 128 D-29 B 131 C: *CTrG tom. VIII AA 5*, 959 *sq.* 961 *sq.* **16** Vide liturg. *Ps.* JACOBI, BASILII, *Ps.* CHRYSOSTOMI, *Ps.* AMBROSII, GREGORII etc. *cfr. infra* **18** Missae nomen habet *Ps.* ALEXANDER I. ep. 1 HI *pg.* 99; GR. *c.* 1 *et* 8 *D. 2 de consecr.* — *Ps.* TELESPHORUS HI *pg.* 110 GR. *c.* 48 *D. 1 de consecr. Ps.* FELIX I. ep. 2 HI *pg.* 203 — *Ps.* HYGINUS *PG 5*, 1091 D: GR. *c.* 3 *D. 1 de consecr.* — *Ps.* SOTER *PG 5*, 1138 B *sq.*: GR. *c.* 61 *D. 1 de consecr.* — *Ps.* EVARISTUS apud Ivonem *PL 161*, 205 B *decr. p. III c.* 32 *cfr.* GR. *c.* 3 *D. 1 de consecr.*[1]) — *Ps.* DAMASUS in Alexandrum I. *LP(D) I*, 127 *LP(M) I*, 10 Sixtum I. = *Xystum LP(D) I*, 128 *LP(M) I*, 11 Telesphorum *LP(D) I*, 129 *LP(M) I*, 12 et Felicem *LP(D) I*, 158 *LP(M) I*, 37 — *Ps.* DAMASUS epist. 4 *PL 13*, 435 C *sq. ep.* 3 HI *pg.* 513 — CARTHAGINIENSE II. c. 3 MSI *3*. 995 A *sq.* (1037 A *sq.*) *ep.* 20 *n.* 4, 5 — AUGUSTINUS ser. 237 *PL 38*, 324 C *ser.* 49 *c.* 8 — *Ps.* AUGUSTINUS ser. 91 et 251 de tempore *PL 39*. 1793 A *app. ser.* 25 *et* 2275 A *ssq. app. ser.* 280 — Item in concilio MILEVITANO can. 12 MSI *4*, 330 A *sq.* HI *pg.* 318 — CARTHAGINIENSE IV. c. 84 MSI *3*, 958 A HI *pg.* 305 — LEO M. epist. 81 ad Dioscorum *PL 54*, 626 C *sq. ep.* 9 *c.* 2 et epist. 88 ad episcopos Galliae et Germaniae *PL 55*, 1327 A *app.*

B **7** Luc. 22, 19 1 Cor. 11, 24 **10** ssq. De caeremoniis missae *Ps.* DIONYS. AR. de eccl. hier. c. 3 *PG 3*, 426 B *ssq.* ISIDOR. *de eccl. Offic. li. 1* c. 14-18 *PL 83*, 751 B-57 B — *Ps.* ALCUIN. *de divin. offic.* c. 40 *PL 101*, 1245 C-71 B REMIG. *tract. de dedicat. eccl. PL 131*, 845-66 — RHABAN. *de cleric. institut. li. 1 c.* 32 *PL 107*, 321 C-22 C RUPERT. TUIT. *de div. offic. li. 1 et 2 PL 170*, 26 C-56 A — INNOCENT. III. *de sacro altaris mysterio libri 6 PL 217*, 773-916 — Concil. TRIDENT. *sess.* 22 *c.* 5 MSI *33*, 130 B *CTrG t. VIII AA 5*, 961 — HIERON. ep. ad Theophil. *Alex.* ante libros eius paschales *PL 22*, 934 B *ssq. ep.* 114 *n.* 2 — CYRILL. HIEROS. catech. mystag. 5 *PG 33*, 1110 A-24 B *catech.* 23 RUPP *pg.* 380-94 — *Ps.* CLEMENS ep. 2 ad fratrem Domini *PG 1*, 485 A *ssq.* HI *pg.* 47 *sq.* — BEDA hist. Angl. li. 1 c. 29 *PL 95*, 69 A *sq.* PLUMMER *I*, 63 *sq.*

---

[1]) *Decr. Hygini, non Evaristi sec. Grat.*

atque credentibus itidem omnibus, tam defunctis quam vivis, applicetur.

Quare CYPRIANUS hoc sacramentum ad sanandas infirmitates et purgandas iniquitates tum medicamentum tum holocaustum esse testatur. MARTIALIS vero, apostoli Petri discipulus, ita scribit: Quod Iudaei per invidiam immolaverunt, putantes se nomen eius a terra abolere, id causa salutis nostrae in ara sanctificata proponimus, scientes hoc solo remedio nobis vitam praestandam et mortem effugandam. Omittimus interim eiusdem fidei et sententiae testes patres alios, ut instituta nobis brevitas retineatur.

[77v] Ex quibus liquido constat Christum dici et esse nobis sacrificium duplici modo, cruento videlicet ac incruento. Nam in cruce cruentum ille sacrificium pro nobis obtulit sese, ut typo paschalis agni, qui apud Iudaeos immolabatur, verus ipse agnus sine macula, id est figurae veritas responderet. In coena vero sicut et in altari, modo cultuque incruento, quemadmodum et CYRILLUS vocat, idem offerri voluit, ut oblatio Melchisedech, qui panem vinumque obtulit, consummationem suam acciperet maneretque verus sacerdos „secundum ordinem Melchisedech" ac eius sacerdotium esset in aeternum nullo unquam alio succedente.

Illic semel et uno duntaxat in loco Iudaeae peregit sacrificium, de quo Paulus Hebraeis scribens disserit; hic vero saepius et omni in loco, nempe per ‖ omnem passim ecclesiam 78r sacrificatur, ut Malachias propheta confirmat. Illic in mortem offertur, hic in mortis illius iugem vivamque recordationem et salutiferam eius, quae inde velut a capite ad membra dimanat participationem, ut nimirum illius in cruce oblati sacrificii fructus ac efficientia hoc missae sacrificio quotidie nobis exhibeatur atque applicetur.

VIII.

105 Estne sub altera tantum, panis scilicet, an vero sub utraque panis ac vini specie sumenda eucharistia? *100*

De sacerdotibus quidem seu sacrificantibus constat ambas sacramenti species illis esse sumendas, sine quibus neque rite consecrare neque offerre possent eucharistiam. Cuius rei causam ex sacrificio ipso pendentem reddere, hic iam necesse non est.

De aliis vero fidelibus non sacrificantibus [78v] illud fatendum est nullo eos divino praecepto ad eucharistiae sacramentum sub specie utraque sumendum astringi, sed ad salutem illis esse satis, alterius speciei communionem. Igi-

A **11** effugiendum *GK* 1.2

B **22** possunt *J* possint *H* 1 possent unquam *G* 1 *K* 1.2 possunt unquam *G* 2-6

A **1** sq. CYPRIAN. li 1 ep. 9 *PL 4*, 399 A *sq.* (411 A *sq.*) *ep.* 66 *c.* 2: *CV 3/II*, 466 *sq. ep.* 1 *c.* 2 — CHRYSOST. ho. 41 in 1 Cor. *PG 61*, 361 A *ssq. n.* 4, 5 et 21 in Act. *PG 60*, 170 B *sq.* — JOH. DAMASCEN. orat. de defunct. *PG 95*, 249 B *sq.* 264 D *ssq. n.* 3, 19 — AUGUST. de cura pro mortuis gerenda c. 1 *PL 40*, 593 C *n.* 3: *CV 41*, 623 et ser. 34 de verbis apost. *PL 38*, 936 C *et* D *ser.* 172 *alias* 32 *c.* 2 item li. 9 Confess. c. 11, 12 et 13 *PL 32*, 775 C 777 A 778 D *n.* 27, 32, 36: *CV 33*, 218 *sq.* 221 *sq.* 224 *sq.* — EPIPHAN. c. Aërium haer. 75 *PG 42*, 508 A 513 B *sq.* 516 A *sq. n.* 3, 8, 9 **3** *Ps.* CYPRIAN. ser. de coena Domini *Ed. Antverp.* 1568 *tom. III*, 467 *col.* 1 *in fine n.* 1 — Vide *Ps.* JACOB. in liturg. RE *tom. II*, 29-44; BASIL. M. *in liturg. PG 31*, 1032 D *sq.* — *Ps.* CHRYSOST. *in liturg. PG 63*, 912 A *sq.* 912 D *sq.* 914 B 917 B *sq.* ME *pg.* 50, 54, 62, 78 **6** *Ps.* MARTIALIS ad Burdigal. c. 3 *B. SS. PP. t. I*, 49 C *sq.* — Vide HIERON. in c. 1 ad Tit. *PL 26*, 568 D (603 B) *v.* 8, 9 — AMBROS. li. 1 Offic. c. 18 *PL 16*, 94 A *sq.* (100 C *sq.*) *c.* 48 *n.* 238 et in Ps. 38 *PL 14*, 1051 D *sq.* (1102 A *sq.*) *n.* 25 — *Ps.* ALEXANDER I. ep. 1 et ep. 2 *PG 5*, 1064 A *ssq. n.* 4 1069 B: GR. *c.* 1 *D.* 2 *de cons. et C.* 1 *qu.* 1 *c.* 91 — GREGOR. NAZ. or. 1 in Julian. *PG 35*, 576 B *sq. or.* 4 *n.* 52 — *Ps.* AUGUST. ser. 4 de Innocentibus *PL 39*, 2154 C *sq. app. ser.* 221 — BRACCAR. *III (al. IV)* can. 1 MSI *11*, 155 A *c.* 2 HI *pg.* 434 — GREGOR. M. ho. 37 in evang. *PL 76*, 1279 A *sq. n.* 7, 8 — TRIDENT. sess. 22 c. 2 et can. 3 MSI *33*, 129 C *sq.* 131 D: *CTrG t. VIII AA 5*, 960 962 **15** ssq. Concil. EPHES. I. in *Cyrilli* ep. ad Nestor. MSI *4*, 1078 A *sq. c.* 26 *n.* 7 *ACOe tom. I vol. I*, 1 *pg.* 37 *n.* 7 — II. Synod. NICAEN. act. 6 tom. 3 MSI *13*, 264 E-65 E — AUGUST. c. Faust. li. 20 c. 21 *PL 42*, 348 C 385 C *sq.*: *CV 25/I*, 562 564 **17** sq. Eph. 5, 2 Hebr. 10, 14 **19** Ex. 12, 3-7, 13 Marc. 14, 12 **21** sq. EUSEB. CAES. de demonstrat. ev. li. 1 c. 10 *PG 22*, 89 B-92 B: *CB 23*, 47 *sq.* — GREGOR. NAZ. or. 2 in Julian. *PG 35*, 701 A *sq. or.* 5 *c.* 29 et ad episcopos *PG 37*, 1227 A *sq. n.* 13 *vers.* 1-7 item ad Constantinop. sacerdotes *PG 37*, 1027 A *n.* 10 *vers.* 1, 2 **23** CYRILL. ALEX. ep. 10 ad Nestor. *PG 77*, 113 C *sq. ep.* 17; item in interpretat. anathem. 11 *PG 76*, 312 A *sq.* **27** Gen. 14, 18 *sq.* Hebr. 5, 6 7, 1. 11 sq. Ps. 109, 4 HIERON. in c. 26 Matth. *PL 26*, 195 B (202 C *sq.*) — OECUMEN. in c. 5 ad Hebr. *PG 119*, 324 B

B **2** Hebr. 9, 25-28 10, 14 **3** sq. CHRYSOST. in Hebr. 9 ho. 17 *PG 63*, 131 B *sq.* — AUGUST. ep. 23 ad Bonifac. *PL 33*, 363 D *ep.* 98 *n.* 9: *CV 34/II*, 530 *sq.* — THEOPHYLACT. in c. 5, 7 et 10 ad Hebr. *PG 125*, 241 C *sq.* 269 C *sq.* 317 D *sq.* — Item OECUMENIUS *PG 119*, 324 B et PHOTIUS (apud OECUMENIUM) *PG 119*, 324 A **5** Mal. 1, 11

tur si veteris ecclesiae statum repetimus, nunc unam tantum, nunc utramque speciem fidelibus dispensatam fuisse comperiemus. Si vero scripturam sacram consulimus, sic illa de hoc sacramento disserit, ut modo panis et calicis, modo solius quidem panis soleat meminisse. Ubi enim legimus: „Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis" legimus etiam: „Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum." Et qui dixit: „Qui
79r manducat ‖ meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam" dixit etiam: „Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita." Et rursus idem, qui affirmavit: „Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in illo" affirmavit et illud: „Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum" ut omittamus, quae Lucas de fractione solum panis adducit.

Neque Christi nobis hic deest exemplum, qui primum in extrema illa coena sub utraque specie hoc instituit ac apostolis tradidit sacramentum. Deinde vero in Emmaus cum duobus discipulis agens sub una solum specie porrexit illis eucharistiam[1]) ac postea statim illinc sese subduxit, sicut evangelicum hunc locum patres interpretantur.

Proinde damnandi non sunt, sive qui nunc unica contenti specie ab usu calicis abstinent et multis ab hinc saeculis abstinuisse leguntur, sive qui olim, cum ita probaret ecclesia, utranque speciem in usu publico habuere.

Verum magister rerum usus paulatim do- [79v]
cuit, maiore cum populi commoditate ac minore periculo multisque de causis frugifere fieri, ut omisso calicis usu alterius tantum speciei communio retineatur. Atque ita faciendum iamdiu decrevit ecclesia, non discedens illa quidem a sponsi sui instituto praeceptove („columna enim et firmamentum veritatis" est et „mysteriorum Dei fida dispensatrix") sed potestatem a sponso acceptam in dispensandis mysteriis ad aedificationem communemque fidelium utilitatem convertens, prout temporum hominumque conditio, quae nonnulla etiam in sacris immutari cogit, postulare videtur.

Nam et evangelii nobis verba declarant Christum in coena cum illis egisse, quibus potestatem fecit non sumendae modo, sed etiam consecrandae offe- ‖ rendaeque eucharistiae, 80r
imo et ordinandae et administrandae totius ecclesiae. Horum iudicio, prudentiae et autoritati reliquit, cum de aliis plerisque ad rem christianam spectantibus, tum de modo ordineque dispensandae fidelibus eucharistiae, ius in posterum constituendi atque pro ratione temporum rite disponendi. Id probat etiam ex Paulo Augustinus et multis apostolorum institutis evinci facile potest.

Nec est cur laicis iniuria irrogari ulla putetur, si, ut in plerisque itidem aliis, hac in parte non aequantur sacerdotibus. Nam in confesso est Christum non esse dissectum in partes duas secundum duo sacramenti huius signa, sed tam sub una quam sub utraque

A **7** Ubi] Ut *J* 3-5 **10** quis] qua *J* 1.2 *B* **4** usu *K* 1.2 **5** specie *J* 3-5 **6** decrevit] decernit *K* 1.2

A **1** Tertull. ad uxorem li. 2 c. 5 *PL 1*, 1296 A-97 A (1408 B *sq.*) — Cyprian. ser. 5 de lapsis *PL 4*, 486 B (501 A) *c.* 26 *CV 3/I*, 256 — Origenes ho. 13 in Exod. *PG 12*, 391 A *n.* 3: *CB 29*, 274 — Basilius M. ad Caesariam patr. *PG 32*, 484 B *sq. ep.* 93 — Hieron. apol. pro libris c. Jov. *ep.* 50 *PL 22*, 506 A *ep.* 48 **3** sq. 1 Cor. 10, 16 11, 26. 28 Act. 2, 42 **7** ssq. Joh. 6, 54 Ibid. 6, 52. 55. 57. 59 Concil. Tridentinum sess. 31 c. 1 Msi *33*, 122 C **14** ssq. Ibid. **20** Luc. 24, 30, 35 Act. 2, 42 20, 7, 11 27, 35 sq. August. ep. 86 ad Casulan. *PL 33*, 149 A *ssq. ep.* 36 *c.* 12 *n.* 28: *CV 34/II*, 57 *sq.* — *Ps.* Chrysost. ho. 17 operis imperf. *PG 56*, 729 C *sq.* **22** ssq. Matth. 26, 26-28 Marc. 14, 22-24 Luc. 22, 17-20 1 Cor. 11, 23-28 **24** Luc. 24, 30. 31. 35 et ibid. Theophylact. *PG 123*, 1120 A et Beda *expositio li. 6 PL 92*, 628 B — *Ps.* Chrysost. in Matth. *operis imperf. ho.* 17 *PG 56*, 729 C *sq.* et August. de consensu evangelist. li. 3 c. 25 *PL 34*, 1206 A *ssq. n.* 72: *CV 43*, 571 *sq.* **29** ssq. Euseb. Caes. historiae eccl. li. 6 c. 44 *PG 20*, 629 B-33 A: *CB 9/II*, 624 *sq.* — *Ps.* August. ho. 26 ex ho. 50 *PL 39*, 2319 D *app. ser.* 300 et ser. 252 de temp. *PL 39*, 2168 A *app. ser.* 229 — Ambros. in Satyr. li. 1 *PL 16*, 1304 B-1305 A (1360 C *ssq.*) *n.* 43 *sq.* — Paulin. in vita s. Ambrosii *PL 14*, 46 B — Amphiloch. in vita Basilii *PG 29*, CCCII *col.* 1 A CCCXV *col.* 2 C — Beda Angl. hist. li. 4 c. 14 et 24 *PL 95*, 195 C 214 C *ssq.* — Theodoret. in Philotheo, vita 26, quae est Simeonis *PG 82*, 1469 B *ssq.* — Evagrius eccl. hist. li. 4 c. 35 *PG 86*, 2769 A *ssq. c.* 36 et Guilelmus abbas in vita s. Bernardi li. 1 c. 11 *PL 185*, 256 A *n.* 51

B **8** sq. 1 Tim. 3, 15 1 Cor. 4, 1 **11** sq. 2 Cor. 10, 18 13, 10 Concil. Trident. sess. 21 c. 2 et can. 2 Msi *33*, 122 D *sq.* 123 D *CTrG t. VIII AA 5*, 699 *sq.* **16** Matth. 26, 20. 26-28 Marc. 14, 17. 22-24 Luc. 22, 14. 17. 20 Iustin. in ap. 2 ad Antonin. *PG 6*, 429 A *apol.* 1 *n.* 66 **20** sq. Act. 20, 28 1 Petr. 5, 2-4 Luc. 10, 16 Eph. 4, 11-17 **27** 1 Cor. 11, 34 August. ad Januarium ep. 118 c. 6 *PL 33*, 203 C *sq. ep.* 54 *n.* 8: *CV 34/II*, 167 **30** sq. Matth. 18, 18 Joh. 20, 23 1 Tim. 3, 2 ssq. 4, 13-16 Tit. 1, 5

[1]) *Quae opinio a doctis viris hodie in dubium vocatur.*

specie, imo sub unius etiam hostiae consecratae particula, Christum totum ex- [80v] ‖ hiberi atque sumi, videlicet secundum carnem, animam, sanguinem, divinitatem. Ubi autem Christus totus ac integer sumitur, illic deesse non potest integer quoque fructus et efficax gratia tanti sacramenti. Quapropter nulla hic laici utilitate fraudantur, sive rem ipsam in sacramento contentam, Christum scilicet Deum et hominem spectes, sive fructum et gratiam, quae eucharistiam sumentibus ad animarum salutem donatur quaeras, sed tantum hi sub altera accipiunt, quantum sub utraque, si liceret, specie essent percepturi.

Qua de re ambigendi vel disceptandi amplius nullus iam relictus est locus, posteaquam Spiritus sanctus, qui iuxta promissionem Christi docet ac regit ecclesiam, certam nobis et explicatam sententiam edidit editam- 81r ‖ que semel ac iterum sacro- ‖ sanctae synodi non violanda autoritate confirmavit. Unde perspicue colligi potest hanc sub altera specie communicandi consuetudinem praecepto divino haud adversari, ecclesiae legitima autoritate fulciri, temporis longaevitate magnoque populorum fidelium consensu comprobari, ratione ac utilitate certa commendari ac demum pro lege, quam sola mutare possit ecclesia, certo habendam esse.

Sed nec adversarii, quantumvis hic obstrepant, eiusmodi in communicando ritus initium ullum possunt demonstrare. Ut mirum sit adhuc reperiri, qui privatae pietatis specie ducti aliter sibi persuadeant et hac in parte cum novis ecclesiae contemptoribus adversus venerandam totius ecclesiae autoritatem conspirent. His verendum est sane, ne dum externa sacramenti signa tantopere ur- ‖ gent et [81v] contentioni serviunt, sacramenti fructum internum adeoque Christum totum amittant, ut ab omni usu sacramenti praestet eos penitus abstinere. Quandoquidem neque fides neque sacramenta ullis, nisi persistentibus in ecclesiae unitate sunt salutaria. Ut hinc Augustinus dixerit: Omnia sacramenta Christi non ad salutem, sed ad iudicium habentur sine charitate unitatis. Ac iterum: Quid prodest homini vel sana fides vel sanum fortasse fidei sacramentum, ubi letali vulnere schismatis perempta est sanitas charitatis? Nec dubium sane, quin graviter in Christum ipsum peccent, qui hoc unitatis sanctissimo symbolo ad schismaticae divisionis symbolum audent abuti.

IX.

106 Quem fructum exhibet rite *101* sumpta eucharistia?

Plurimum sane maximumque praebet. Hoc 82r enim sacrum est convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia et futurae gloriae nobis pignus datur, ut praeclare horum fructuum sensu experientiaque excitata decantat ecclesia.

‹Hic est panis, qui de caelo descendit› et ‹dat vitam mundo› nostrosque animos in vita spirituali sustentat atque confirmat.

Haec sacra synaxis sive communio, quae fideles tanquam eiusdem corporis membra inter se iungi ac sanctorum piorumque omnium meritis associari significat atque praestat,

---

A **25** ecclesiae] vero *add. K* 1.2

B **11** Quid *om. G* 6 **31** sq. et dat] ut dat *J* 3-5

A **1** ssq. Basilius M. ad Caesar. patr. *PG 32*, 484 B *sq. ep.* 93 — Cyrill. in ep. ad Calosyr. *PG 76*, 1073 A *sq.* et in Joh. li. 4 c. 7 *PG 73*, 584 C *c.* 6 — Concil. Florent. Msi *31/I*, 1057 B *sq.* — Euseb. Emis. ho. 5 de Paschate *PL 67*, 1054 B *Ed. Paris.* 1575 *pg.* 266v *sq.* — Trident. sess. 13 c. 3 Msi *33*, 82 A 84 D *can.* 3 Gr. *c.* 75, 77 *D.* 2 *de consecr.* **10** sq. Joh. 6, 48-59 1 Cor. 10, 16 **16** August. ep. 118 ad Januar. c. 5 *PL 33*, 202 D *ep.* 54 *n.* 6 *CV 34/II*, 165 **18** sq. Luc. 22, 31. 32 Joh. 14, 16-20 16, 12 sq. Is. 50 = *59*, 21 **22** Synod. Constantiensis sess. 13 Msi *27*, 727 C-28 B — Basiliensis sess. 30 Msi *29*, 158 C *ssq.* — Trident. sess. 21 *c.* 1-3 *can.* 1-3 Msi *33*, 121 E-23 A 123 C *sq. CTrG t. VIII AA 5*, 698-700 **36** 1 Tim. 3, 15 Matth. 18, 17 **37** August. c. Crescon. li. 1 c. 33 *PL 43*, 466 A *n.* 39: *CV 52*, 357

B **6** sq. *Ps.* August. de unit. eccl. c. 4 *PL 43*, 395 D *ssq.* c. litt. Petil. li. 3 c. 40 *PL 43*, 372 A *sq. n.* 46: *CV 52*, 200 **11** ssq. August. de bapt. c. Donatist. li. 1 c. 8 *PL 43*, 116 A *sq. n.* 11: *CV 51*, 156 **16** ssq. August. de civit. Dei li. 21 c. 25 *PL 41*, 741 D: *CV 40/II*, 565 — Trident. sess. 13 c. 2 et 8 Msi *33*, 81 D 83 E **27** Ambros. in Ps. 118 ser. 15 vers. 4 *PL 15*, 1420 A (1494 A) *n.* 28: *CV 62*, 345 — Concil. Tridentinum sess. 13 c. 2 Msi *33*, 81 C *sq.* **31** sq. Joh. 6, 38. 51. 54. 55. 59 et ibidem Theophylactus *PG 123*, 1308 B *sq.* 1309 C — et Cyrillus Alex. *c.* 2 *PG 73*, 565 BD *sq.* 577 A-80 D 581 BD *sq.* 584 B *sq.* **34** 1 Cor. 10, 17 Concil. Florentinum Msi *31/I*, 1057 C *sq.*

tum quod augustius est, eosdem capiti suo Christo arctissime unit, ut in eo illi maneant et ipse in illis atque ita vitam aeternam consequantur.

Hoc est viaticum nostrae peregrinationis, [82v] quod in huius vi- ‖tae deserto militiaque versantibus et hinc ad caelestem Hierusalem contendentibus veluti manna patribus datum affert consolationem, delectationem, virtutem et gratiam longe efficacissimam.

Ac praecipue quidem duo (ut egregie docet BERNARDUS) operatur in nobis hoc sacramentum, ut videlicet et sensum minuat in minimis et in gravioribus peccatis tollat omnino consensum. Si quis vestrum non tam saepe modo, non tam acerbos sentit iracundiae motus, invidiae, luxuriae aut caeterorum huiusmodi, gratias agat corpori et sanguini Domini, quoniam virtus sacramenti operatur in eo et gaudeat, quod pessimum ulcus accedat ad sanitatem. Et idem alibi: Hoc corpus Christi aegris medicina, peregrinantibus via, quod debiles confortat, valentes delectat, lan- 83r guorem sanat. ‖ Per hoc homo mansuetior efficitur ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionem devotior. Quare nihil mirum a magno IGNATIO scribi, ut ad eucharistiam Deique gloriam, sicut ille appellat, frequenter et propere accedamus. Quando enim assidue hoc ipsum agitur, expelluntur potestates satanae, qui actus suos in sagittas ad peccatum ignitas convertit, medicamentum est panis ille immortalitatis, antidotum non moriendi, sed in Deo per Iesum Christum vivendi.

X.

107 **Qaenam ad eucharistiam digne sumendam eiusque fructus consequendos requiruntur?** *102*

Expedita est Apostoli responsio: „Probet seipsum homo et sic de pane illo edat" quem- admo- ‖ dum et AUGUSTINUS dixit: In Christi [83v] corpore vita nostra consistit; mutet ergo vitam, qui vult accipere vitam.

Haec autem probatio sui et vitae mutatio in quatuor potissimum rebus versatur videlicet, ut adsit fides, poenitentia, mentis attentio et christiani hominis habitus decens.

Fides hoc postulat, ne de his, quae diximus aliisque similibus ad hoc mysterium pertinentibus quicquam dubites. Id fiet, si simpliciter quidem in fide atque sententia ecclesiae, ut est sane necessarium, per omnia acquiescas.

Poenitentia, de qua mox plura dicemus, peccatorum detestationem et explicatam coram sacerdote confessionem impetratamque absolutionem exigit.

A **1** augustius] Augustinus *K*2 **2** ut *om. K*2 **11** ssq. Ac — minuat] Duo sacramentum illud (ut egregie docet Bernardus) operatur in nobis, ut videlicet et sensum minuat *G* Ac duo quidem sacramentum illud, ut egregie docet Bernardus, operatur in nobis, ut et sensum minuat *K*1.2 **13** videlicet *om. HL* **15** Si quis] Quare si quis *K*1.2 vestrum] inquit *add. K*1.2 **23** sq. languorem] languores *G*5 **28** ssq. Quare — accedamus] Festinate igitur (inquit b. ille Ignatius) frequenter accedere ad eucharistiam et gloriam Dei *G* Praeclare igitur magnus ille Ignatius hortatur: Festinate frequenter accedere ad eucharistiam et gloriam Dei *K*1.2

A **1** sq. CHRYSOST. ho. 45 in Joh. *PG 59*, 260 C *sq.* 261 A *sq. ho.* 46 et 61 ad pop. *Ed. Paris.* 1570 *t. V*, 338 C-39 D *(dub.)* HILAR. de Trin. li. 8 *PL 10*, 246 A *sq. n.* 13 — LEO M. ser. 14 de pass. Dom. *PL 54*, 357 C *ser.* 63 *c.* 7 — CYRILL. li. 10 in Joh. c. 13 *c.* 2 et li. 11 c. 26 *c.* 11 *PG 74*, 341 B-44 C *et* 557 C-60 D li. 4 c. 17 *c.* 2 *PG 73*, 584 B *sq.* Joh. 6, 57 **5** Conc. NICAEN. I. can. 12 MSI 2, 960 A *sq.* HI *pg.* 259 TUR *I/2*, 131-33 — ARELAT. II. can. 12 MSI 7, 880 A HI 322 — AUREL. III. c. 24 MSI *9*, 18 D *can.* 25 — CHRYSOST. de sacerd. li. 6 *PG 48*, 681 C — PAULINUS in vita Ambr. *PL 14*, 46 B **7** sq. Exod. 16, 6-35 Deut. 8, 3 Sap. 16, 20 sq. Joh. 6, 31. 32. 59 **12** BERNARD. ser. de coena Dom. *PL 183*, 272 C *sq. n.* 3: *XB I/1*, 327 — Lege CYRILL. li. 3 in Joh. c. 37 et li. 4 c. 17 *PG 73*, 521 A *ssq. c.* 6 *et* 584 C 585 A **21** Citantur a b. THOMA opusc. 59 c. 5 — Vide etiam CHRYSOST. ho. 24 in 1 Cor. *PG 61*, 204 D *sq.* et ho. 51 in Matth. *PG 58*, 507 C *sq.* **29** IGNATIUS ad Eph. *PG 5*, 556 A *n.* 13 FU *I*, 225 Vide BASIL. M. ad Caes. patr. *PG 32*, 484 B *sq. c.* 93 — AMBR. de sacr. li. 5 c. 4 *PL 16*, 452 A-55 A (471 B-72 B) *n.* 24-26 — CYPRIAN. ser. 6 de or. Dom. *PL 4*, 531 A *ssq.* (548 B *ssq.*) *c.* 18: *CV 3/I*, 280 — HIERON. ad Lucin. ep. 28 *PL 22*, 672 A *sq. ep.* 71 *n.* 6: *CV 55*, 6 *sq.* — CYRILL. ALEX. li. 3 in Joh. c. 37 *PG 73*, 521 A *ssq. c.* 6

B **13** sq. 1 Cor. 11, 28 et ibid. THEOPHYLACT. *PG 124*, 708 B — et ANSELM. = *Herv. Burgid. mon. PL 181*, 936 A *sq.* item GREGOR. in 1 Reg. li. 2 c. 1 *PL 79*, 83 D *sq. n.* 14 — *Ps.* AUG. ser. 1 de temp. *PL 39*, 1973 B *app. ser.* 115 **22** BASIL. M. qu. 172 compend. explicata *PG 31*, 1195 A *ssq.* **25** 1 Tim. 3, 15 **29** ssq. *Ps.* BASIL. de bapt. li. 1 c. 3 et li. 2 qu. 3 *PG 31*, 1577 C *n.* 3 *et* 1584 C-85 C — CYPRIAN. de lapsis *PL 4*, 478 A-79 B (492 A *ssq.*) *c.* 15, 16 *CV 3/I*, 247 — Concil. TRIDENTINUM sess. 13 c. 7 MSI *33*, 83 B *sq.* 85 D *sq. can.* 11 — HESYCHIUS in c. 26 Lev. *PG 39*, 1139 C *vers.* 2 — CHRYSOST. ho. 30 in Gen. *PG 53*, 273 B *sq.* et ho. 10 in Matth. *PG 57*, 190 A

Animus deinde praesens accedat opus est, qui sese per meditationes et precationes pias
84r ad hoc tantum sacramentum serio convertat.
Postremo decens habitus et compositio postulat ad sacram synaxim neminem nisi castum, ieiunum, modestum, humilem, supplicem minimeque sordidum accedere.

„Qui vero sacram eucharistiam indigne sibi sumunt, non vitam, sed iudicium sibi sumunt et rei sunt corporis et sanguinis Domini,' Apostolo teste, cum Iuda igitur et Iudaeis sanguinariis Christi hostibus gravissime condemnandi.

A **6** ieiunium *J* 3-5 **7** accedere] oportere *add. GK* 1.2
B **1** sibi *om. GHK* 1.2 *L* **4** cum — Judaeis] quales cum Juda et Judaeis *HL* **5** sq. condemnabuntur *HL*

A **1** sq. CHRYSOST. ho. 83 in Matth. *PG 58*, 743 C *ssq. ho.* 82 et (3 ad Eph.) = *ho.* 60 ad populum Antiochenum *PG 62*, 27 D 29 B *Ed. Paris.* 1570 *tom. V*, 332 B *ssq.* 333 A *(dub.)* et *ho.* 61 *Ed. Paris.* 1570 *tom. V*, 337 C 338 D *(dub.)* **2** sq. AMBROS. in orat. ante missam *prec.* 1 *PL 17*, 751 B-55 A (829 C *ssq.*) *n.* 1-8 — *Ps.* AMBROS. *orat. a. missam prec.* 2 *PL 17*. 755 A-62 D (833 C *ssq.*) *n.* 1-19 **5** sq. *Ps.* AUGUST. ser. 2 et ser. 252 de temp. *PL 39*, 1976 A *sq. app. ser.* 116 *et* 2168 A *app. ser.* 229 — AUGUST. ep. 118 ad Januar. c. 6 *PL 33*, 203 B *ssq. ep.* 54: *CV 34/II*, 166 *sq. n.* 7, 8 **6** ORIGEN. ho. 5 in divers. evang. locos *Ed. Paris.* 1574 *tom. II*, 285 E
B **1** ssq. 1 Cor. 11, 27. 29 CHRYSOST. ho. 45 in Joh. *PG 59*, 262 B *sq.* et ho. 61 ad pop. Antioch. *Ed. Paris.* 1570 *t. V*, 337 B *sq. (dub.)* — *Ps.* BASILIUS de bapt. li. 2 qu. vel c. 3 *PG 31*, 1584 C-85 C — THEODORET. in 1 Cor. c. 11 *PG 82*, 317 B

4. DE POENITENTIAE SACRAMENTO.

I.

108 **Quid est poenitentiae sacramentum?** *103*

Est, in quo sacerdotalis absolutio a peccatis, quae detestatus riteque confessus quis fuerit, impenditur.

[84v] Quam absolvendi potestatem, ut in ecclesia certam haberemus, divina promissio sacerdotibus facta haec fuit: „Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis et quorum retinueritis, retenta sunt." Tum alio in loco: „Amen dico vobis" inquit Dominus „quaecunque alligaveritis super terram, erunt ligata et in caelo et, quaecunque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo."

Ex quibus liquido cernitur praestantem et consolationis plenam sacramenti huius efficaciam esse, ut quo remittantur quaecunque peccata foedissime perpetrata et solvantur indiscriminatim, qui coram Deo reas habent conscientias idque sacerdotum ministerio ex divina Christi institutione. Quare sacerdotum potestas et autoritas nunc longe quam olim 85r est excellentior plurisque facienda, ut quibus non corporis lepram, verum animae sordes, non dico purgatas probare, sed purgare prorsus concessum est, CHRYSOSTOMO teste. Et AUGUSTINUS: Quid facit ecclesia, inquit, cui dictum est, quae solveritis, soluta erunt, nisi quod ait Dominus ad discipulos: „Solvite illum et sinite abire."?

A **17** in coelis *J* 3-5

A **6** TRIDENT. sess. 14 c. 1 MSI *33*, 91 D-92 B et can. 1 MSI *33*, 99 C item sess. 6 c. 14 MSI *33*, 38 B *ssq.* et can. 29 MSI *33*, 43 B — FLORENT. MSI *31/I*, 1057 E — CONSTANTIENSE sess. 15 8. artic. *damnatus Joh. Hus* MSI *27*, 754 B BERNARD. in vita Malach. *PL 182*, 1079 B *c.* 3 *n.* 7 **9** TRIDENT. sess. 14 c. 6 MSI *33*, 95 C *ssq.* et can. 10 MSI *33*, 101 B — AMBROS. de poenit. li. 1 c. 2, 3, 8 *PL 16*, 467 B-70 A (487 B-90 B) 476 D-77 C (497 B *ssq.*) *n.* 6-11, *n.* 34-37 *cfr.* GR. *c.* 78 *D. 1 de poenitent.* item li. 2 c. 2 *PL 16*, 499 B *sq.* (520 B *sq.*) *n.* 12 **11** ssq. Joh. 20, 22 sq. ibidem CYRILLUS li. 12 c. 56 *PG 74*, 717 D-21 B *c.* 1 — GREGORIUS M. ho. 26 in evang. *PL 76*, 1199 D *sq.* CHRYSOST. ho. 85 in Joh. *PG 59*, 471 B *ho.* 86 *n.* 3 **14** ssq. Matth. 18, 18 CYPRIANUS li. 1 ep. 2 *(synod.)* ad Cornelium *PL 3*, 855 A (881 A) *c.* 1: *CV 3/II*, 651 *ep.* 57 — HILARIUS c. 16 in Matth. *PL 9*, 1010 A *n.* 7 HIERONYMUS ep. 1 ad Heliodorum *PL 22*, 352 A *ep.* 14 *n.* 8: *CV 54*, 55 — AUGUSTINUS de civitate Dei li. 20 c. 9 *PL 41*, 673 D: *CV 40/II*, 450 *sq.* — CHRYSOSTOMUS ho. 5 de verb. Isaiae: Vidi Dominum *PG 56*, 130 D *sq.*

B **9** ssq. Lev. 4, 22-35 5, 4-19 6, 1-7 13, 1-4. 16. 17. 37 14, 1-7. 19 sq. Matth. 8, 4 Luc. 17, 14 **13** CHRYSOST. de sacerd. li. 3 *PG 48*, 644 A *n.* 6 **14** AUGUST. de verb. Domini ser. 8 *PL 38*, 434 B *sq. ser.* 67 *c.* 1 *sq.* vide etiam ser. 44 *PL 38*, 595 A *ser.* 98 *c.* 6 et in Joh. tract. 49 *PL 35*, 1757 A item ho. 27 ex 50 *PL 39*, 1558 C *sq. ser.* 352 et in Ps. 101 cont. 2 *PL 37*, 1306 D *n.* 3 **16** sq. Joh. 11, 44

II.

109 Cur opus est poenitentiae *104* ⌈sacramento?

Ut homo post baptismum relapsus et inimicus Dei factus per hoc sacramentum remissione peccatorum accepta Deo reconcilietur et ex mortuo vivus, ex impioque iustus efficiatur.

Unde patres poenitentiam non temere secundam post naufragium tabulam vocant, qua [85v] scilicet ex vortice mortalis pec- ‖ cati tanquam e naufragio subvehi et in gratiam amicitiamque Dei transferri unusquisque possit, quantumlibet multis magnisque criminibus praegravatus.

III.

110 Quando hoc sacramentum *105* rite accipitur et efficaciter operatur?

Cum is, qui remissionem peccatorum implorat, tres illas partes seu actiones adhibet: contritionem, confessionem et satisfactionem, quae totam hominis ad Deum conversionem, poenitentis officium et renovationem complectuntur. De quibus ita Chrysostomus: Perfecta poenitentia cogit peccatorem omnia libenter ferre, in corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas. Hanc esse frugiferam poenitentiam Chrysostomus asserit, ut quibus modis Deum offendimus, offen- 86r di- ‖ mus autem corde, ore ac opere, iisdem reconciliemur Deo, corde quidem per contritionem, ore per confessionem ac opere per satisfactionem.

Ad contritionem pertinet illud: „Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum Deus non despicies."

Confessionem his verbis Lucas indicat: „Multi credentium veniebant confitentes et annuntiantes actus suos." Et Iacobus apostolus docet: „Confitemini alterutrum peccata vestra."

Ad satisfactionem porro spectant ‚digni poenitentiae fructus' quos Ioannes Baptista postulat, inter quos et eleemosynae. De his autem Daniel propheta: „Peccata tua" inquit „eleemosynis redime et iniquitates tuas misericordiis pauperum." Grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem, ait Ambrosius.

Atque eo referendum etiam, quod Paulus ait de Corinthiis ‖ deplorandis, quandoquidem [86v] super immunditia, fornicatione et impudicitia, quam gesserant, poenitentiam necdum egissent.

IIII.

111 Quid est contritio? *106*

Est animi dolor et quae de peccatis propter Deum offensum concipitur detestatio, cum proposito vitae in melius commutandae coniuncta.

Haec contritio paratur, si quis peccatorum suorum foeditatem, magnitudinem ac multitudinem sedulo intueatur, si de summa bonitate offensa, de Dei gratia caeterisque donis amissis sollicite cogitet, si mortis incertae ineluctabilem necessitatem, futuri iudicii horrendam severitatem ac paratas etiam peccatoribus poenas sempiternas expendat atque pertimescat.

A **3** est *om. L* 2 **22** sq. imploret *J* 3-5

A **3** Ambros. de poenit. li. 1 et 2 *PL 16*, 465-524 (485-546) — August. de adult. coniugiis li. 1 c. 28 et li. 2 c. 16 *PL 40*, 470 D 482 B — Concil. Lateran. IV. c. 1 Msi 22, 981/82 E — Trident. sess. 14 c. 2 Msi *33*, 92 C *sq.* Item Florent. Msi *31/I*, 1058 A — Hieron. adv. Pelagianos li. 2 *PL 23*, 533 D-68 D (559 A-96 B) **10** Pacian. ep. 1 ad Sempron. *PL 13*, 1056 A — Hieron. in c. 3 Is. *PL 24*, 65 D *sq.* (66 C) *v.* 8, 9 et ep. 84 *PL 22*, 784 B *cfr.*: Gr c. 72 *D. 1 de poenit.* – *Ps.* Ambros. ad virg. laps. c. 8 *PL 16*, 376 C *sq.* (392 C *sq.*) 379 A (395 B) *n.* 33, 34, 38 Trid. sess. 6 c. 14 Msi *33*, 38 B: *CTrG t. V AA* 2, 796 et sess. 14 can. 2 Msi *33*, 99 D — Tertull. de poenit. *PL 1*, 1240 C-42 A (1351 B *ssq.*) c. 7 **15** sq. Ez. 18, 21. 30 ssq. 33, 11-16 **22** Conc. Flor. Msi *31/I*, 1057 E *sq.* — et Trid. sess. 14 c. 3 et can. 4 Msi *33*, 93 A 99 E *sq.* **27** Chrysost. ho. de poenit. *ed. Paris.* 1570 *t. V*, 767 B *ssq. (dub.)* 2 Reg. 16, 5-13 Ps. 50. 19 6, 7 37, 7. 8. 18. 19 101, 4. 5. 10 2 Reg. 12, 13 sq. 24, 10-13 3 Reg. 21, 25-29 Jonas 3, 7-10

B **1** ssq. Ps. 50, 19 **5** sq. Act. 19, 18 Num. 5, 6 sq. **7** sq. Jac. 5, 16 et ibid. Beda *PL 93*, 40 A **9** sq. Matth. 3, 8 Luc. 3, 8 Act. 26, 20 **12** ssq. Dan. 4, 24 **16** *Ps.* Ambros. ad virg. laps. c. 8 *PL 16*, 378 B (395 A) *n.* 37 **17** 2 Cor. 12, 20 sq. **24** Trident. sess. 14 c. 4 Msi *33*, 93 B-94 A — Florent. Msi *31/I*, 1057 E — *Ps.* August. ser. 3 in Nat. Dom. *PL 39*, 1977 *ssq. app. ser.* 117 *al.* 7 *de temp.* — August. de poenit. medicina c. 3 seu ho. 50 ex 50 *PL 39*, 1537 A *ser.* 351 *c.* 2 ibid. c. 15 *PL 39*, 1549 A c. 5 **28** ssq. *Ps.* Chrysost. in Ps. 50 *PG 55*, 581 C *ssq. ho.* 2 *n.* 5, 6 — Chrysost. de compunct. cordis li. 1 et 2 *PG 47*, 410 A *ssq. n.* 10 421 A-22 A — August. de poenit. med. c. 9 *PL 39*, 1542 D *sq. ser*, 351 *c.* 4 — *Ps.* Ambros. ad virg. laps. c. 8 *PL 16*, 376 B-79 A (393 A-95 C) *n.* 34-38 Trident. sess. 14 can. 5 Msi *33*, 100 A *sq.* **32** ssq. Hebr. 9, 27 Soph. 1, 15-18 Matth. 25, 31-46 Marc. 9, 42 sq.

Huc pertinet illud Ezechiae: „Recogitabo
87r tibi omnes annos meos in ama- ‖ ritudine animae meae." Et illud Davidis: „A iudiciis tuis timui;" et quod idem gemens orat: „Afflictus sum et humiliatus sum nimis; rugiebam a gemitu cordis mei." Nec multo post: „Iniquitatem meam annuntiabo et cogitabo pro peccato meo."

Quin et manifesta Dei vox est ad peccatorem: „Charitatem tuam primam reliquisti, memor esto itaque unde excideris et age poenitentiam." Sed et Christus in evangelio: „Timete eum" inquit „qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam; ita dico vobis, hunc timete." Iam vero contritionis hic dolor ita demum ad remissionem peccatorum nos praeparat, si cum fiducia divinae misericordiae votoque praestandi ea, quae ad poenitentiae sacramentum spectant, coniungatur.

V.

112 **Estne confessio necessaria?** *107*

Est utique, non solum autem, ut quidam
[87v] falso autumant, ‖ interior illa, quae coram Deo quotidie facienda est Davidis exemplo, qui ait: „Dixi, confitebor adversum me iniustitiam meam Domino" verum etiam haec exterior, quae apud sacerdotem de criminibus peragitur omnibus, quae post examinatam sedulo conscientiam in mentem homini veniunt.

Ita de hominibus ecclesiae primitivae scriptum est: „Multi credentium veniebant confitentes et annuntiantes actus suos."

Quam confitendi rationem esse necessariam non ecclesiae modo sacra iura et patrum veneranda scripta confirmant, sed etiam Christi divina verba concludunt declarantque, cum ait: „Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis et quorum retinueritis, retenta sunt." Atqui remittere vel retinere peccata (cum iudicis haec sint officia) nullus recte potest sacerdos, nisi peccantis causam, de qua iudicandum est, probe an- ‖ tea cognitam 88r habuerit atque perspectam. Quae causae cognitio prius haberi non potest, quam is, qui expendendum se sacerdoti ut iudici ac medico suo absolvendumque tradit, spontanea confessione vulnera sua sigillatim detegat atque ita aperiat, ut sacerdos, ubi peccata solvenda et ubi liganda sint, explicate cognoscere queat.

VI.

113 **Quomodo patres de confessione scribunt?** *108*

Hi certe non modo confitendi utilitatem et usum, qui semper in ecclesia fuit, sed ius etiam atque necessitatem nobis magno consensu commendant comprobantque.

Ut vero e plurimis paucos et probatissimos illos testes pro- ‖ ducamus, sic habet in [88v] primis magnus ille Basilius: Necessarium videtur his, quibus dispensatio mysteriorum

---

A **5** nimis *om. L*2 **6** a gemitu] gemitu *J*3-5 **25** utque *J*3-5 quidem *K*1.2
B **8** eis *om. L*2 **10** sunt *G*6

A **1**ssq. Is. 38,15 **3**sq. Ps. 118,120 **4**ss. Ps. 37,9 **7**sq. Ibid. 37,19 **10**sq. Apoc. 2,4sq. 2Cor. 12,20sq. 7,9sq. **13**ssq. Luc. 12,5 Matth. 10,28 **17** Ambros. li. 1 de poenitent. c. 1 *PL 16*,466B (486B) *n.* 4 *cfr.* Gr. *c.* 50 *D. 1 de poenit.* **19**sq. August. de poenit. med. c. 11 *PL 39*,1545C *sq. ser.* 351 *c.* 4 et in Ench. c. 65 *PL 40*,262D *sq.* — Ambros. in Ps. 37 *PL 14*,1014D (1062D) 1015D (1063C) 1037D (1086D *sq.*) — *Ps.* Ambros. ad virg. laps. c. 8 *PL 16*, 376C-79B (393A *ssq.*) *n.* 34-38 **26**sq. Chrysost. ho. 42 in Matth. *PG 57*, 450A *sq.* **28**sq. Ps. 31,5 **30**ssq. Origen. in Ps. 37 ho. 1 *PG 12*,1369C *sq.* — Chrysost. de sacerdot. li. 3 *PG 48*,644A *n.* 6 Cyrill. = *Origenes* li. 2 in Lev. *PG 12*,411D-22D *passim ho.* 2: *CB 29*,288-99

B **1**sq. Act. 19,18 **4**ssq. Concil. Lateran. IV. can. 21 Msi 22,1007E-1010C — Florent. Msi *31/I*,1057E *sq.* Trident. sess. 14 c. 5 Msi *33*,94A-95C — *Ps.* Clemens ep. 1 ad fratr. Domini *Ps. Isid. PL 130*,23D 35B; Hi 33 44 — *Ps.* Dionys. Areop. ep. 8 ad Demoph. *PG 3*,1088B — Tertull. de poenitent. c. 8 *ssq. PL 1*,1243A-48B (1354A-60A) *c.* 8-12 — Origen. in Ps. 37 ho. 2 *PG 12*,1385D *ssq.* — Cyprian. de laps. *PL 4*,488A *sq.* 489A (503AC *sq.*) *c.* 28 *sq.*: *CV 3/I*,257 *sq.* — Pacian. in paraenesi ad poenitent. *PL 13*,1085A 1086A-C — Cyrill. = *Origenes* li. 2 in Lev. *PG 12*,411D-22D *passim ho.* 2: *CB 29*,288-99 — Hieron. in c. 10 Ecclesiastis *PL 23*,1096B (1152A) — Chrysost. ho. 30 in Gen. *PG 53*,273B *sq.* et 10 in Matth. *PG 57*,190A **7**ssq. Joh. 20,23 August. de civit. Dei li. 20 c. 9 *PL 41*, 673D: *CV 40/II*, 450 *sq.* — Gregor. M. ho. 26 in evang. *PL 76*,1199D *sq.* — Chrysost. de sacerdot. li. 3 *PG 48*,644A *n.* 6 et ho. 5 de verb. Is. *PL 56*,130D *sq.* Hieron. ep. ad Heliodor. *PL 22*,352A *ep.* 14 *n.* 8: *CV 54*,55 — Conc. Lateran. IV. can. 21 Msi 22,1007E-1010C Vormatiense c. 25 Msi *15*,873E — Origen. ho. 1 et 2 in Ps. 37 *PG 12*,1369C *sq.* 1385D *ssq.* **32** Basil. M. qu. 288 compendio explicata *PG 31*,1284D vide eundem qu. 229 *PG 31*,1236A et in ep. 3 canonica ad Amphiloch. can. 73 *PG 32*,804A *ep.* 217 *n.* 74

Dei commissa est, confitenda esse peccata. Sic enim et hi, qui antiquitus poenitebant, inveniuntur apud sanctos confessi esse peccata sua.

Tum CYPRIANUS: Confiteantur, inquit, singuli, quaeso vos fratres, delictum suum, dum adhuc, qui delinquit, in saeculo est, dum admitti eius confessio potest, dum satisfactio cuiusque et remissio facta per sacerdotes apud Dominum grata est.

Accedit his AUGUSTINI sententia, qui docet in hunc modum: Agite poenitentiam, qualis agitur in ecclesia, ut oret pro vobis ecclesia. Nemo sibi dicat: occulte ago, apud Deum ago. Novit Deus, qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est: ‹Quae solveritis in terra, soluta erunt
89r in caelo'? Ergo sine causa ‖ sunt claves datae ecclesiae Dei? Frustramus evangelium Dei, frustramus verba Christi? Promittimus vobis, quod ille negat? Nonne vos decipimus? Tum alibi: Sunt, inquit, qui sufficere sibi ad salutem autumant, si soli Deo, cui nihil occultum est, quem nullius latet conscientia, sua confiteantur crimina. Nolunt enim aut erubescunt sive dedignantur se ostendere sacerdotibus, quos tamen inter lepram et lepram discernere per legislatorem constituit Dominus. Sed nolo, ut ipsa decipiaris opinione, quatenus confundaris confiteri coram Domini vicario vel tabescens prae rubore vel cervicosus prae indignatione. Nam ipsius similiter subeundum est iudicium, quem Dominus sibi non dedignatur vicarium.

Nec minus est evidens, quod LEO ille Ma-
[89v] gnus scriptum reli- ‖ quit: Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subvenit humanis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per poenitentiae medicinam spes vitae reparetur aeternae, ut qui regenerationis donum violassent proprio se iudicio condemnantes ad remissionem criminum pervenirent. Sic divinae bonitatis praesidiis ordinatis, ut indulgentia Dei, nisi supplicationibus sacerdotum nequeat obtineri. „Mediator" enim „Dei et hominum homo Christus Iesus" hanc praepositis ecclesiae tradidit potestatem, ut et confitentibus satisfactionem poenitentiae darent et eadem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.

VII.

114 Quid porro de satisfactione *109* sentiendum est?

Id videlicet, quod alia Christi redemptoris 90r
propria, alia fidelium poenitentium communis sit satisfactio. Illa semel in corpore Christi crucifixi, dum ‹agnus ille mundi peccata tulit' peracta est, ut qui ‹natura sunt irae filii' Deo reconcilientur. Haec vero, quae ad poenitentes pertinet, a Christi membris in ecclesia quotidie peragitur, cum poenitentes post confessionem ea, quae sacerdos absolvens iniunxit, perficimus aut, cum ultro quidem dignos poenitentiae fructus edimus, quibus anteactae vitae errata sive commissa aliqua saltem ex parte compensemus.

Haec vindicatoria simul et emendatoria quaedam est satisfactio et redemptoris Christi beneficium atque satisfactionem adeo non obscurat, ut magis etiam commendet illustretque. Illa enim praeeunte ac praecipue cooperante iuxta divinam scri- ‖ pturam iudicium [90v]
facimus et iustitiam delicta nostra contra nos ipsos vindicantes et residuas in nobis peccatorum reliquias diluentes Deique gratiam nobis pleniorem conciliantes atque promerentes, denique hac ratione testantes, nos Christi crucem libenter amplecti, abnegare nosipsos,

A **13** agatur *K* 1. 2 *B* **16** alia *om. L* 2

A **5** CYPRIAN. de laps. *PL 4*, 489 A (503 C) *c.* 29: *CV 3/1*, 258 vide eundem li. 3 ep. 14 *PL 4*, 250 C-52 A (257 B *sq.*) *ep.* 9 *c.* 2 et li. 1 ep. 3 ad Cornel. *PL 3*, 816 B-18 A (842 B-44 A) *ep.* 12 *n.* 13 *sq.* = *4*, 348 B (358 B *sq.*) *ep.* 55: *CV 3/II*, 682 *sq.* **11** AUGUST. ho. 49 ex 50 *PL 39*, 1711 A *ser.* 392 item ho. 41 ex 50 *PL 39*, 1714 D *ser.* 393 et 50 *PL 39*, 1545 A *ssq. ser.* 351 **17** sq. Matth. 18, 18 Joh. 20, 23 **22** *Ps.* AUGUST. li. 2 de visit. infirm. c. 4, 5 *PL 40*, 1154 C *ssq. app.* **27** sq. Lev. 13, 1-4. 16. 17. 37 14, 1-7. 19 sq. Luc. 17, 14 Matth. 8, 4 **35** LEO M. ep. 91 ad Theodor. Foroiuliens. episc. *PL 54*, 1011 B-14 A *ep.* 108 *n.* 1-5 Vide eundem ep. 80 ad episc. Campaniae *PL 54*, 1210 C *sq. ep.* 168 *n.* 2

B **5** sq. 1 Tim. 2, 5 **16** GREGOR. M. in c. 9 1 Reg. *PL 79*, 273 B — BASIL. M. qu. 12 in regul. brevior. *PG 31*, 1089 B **19** sq. Hebr. 9, 25-28 Eph. 5, 2. 25 ssq. 4, 32 1 Joh. 2, 2 Joh. 1, 29 **20** sq. Eph. 2, 3 2 Cor. 5, 18 sq. CYPRIAN. li. 3 ep. 8 *PL 4*, 251 B *ep.* 9 *n.* 2 (*4*, 369 C *ssq. ep.* 59) = *3*, 1048 D *sq.* (1014 A): *CV 3/II*, 717 *ep.* 64 *c.* 1 — TERTULL. de poenitent. *PL 1*, 1235 C *sq.* 1241 C *sq.* 1242 A 1243 B *ssq.* (1346 A 1352 B 1353 A 1354 B *ssq.*) *c.* 5, 7, 8, 9 — Concil. TRIDENT. sess. 14 c. 8 et 9 de sacram. poenitent. MSI *33*, 96 D-97 D **34** sq. CHRYSOST. ho. 80 ad pop. *Ed. Paris. tom. V*, 399 D *sq. (dub.)* Is. 56, 1 Ez. 18, 21. 22. 27 Jer. 22, 3 ssq. 2 Cor. 7, 9-11 Ps. 50, 1-6 ssq. *Ps.* CHRYSOST. ibid. *PG 55*, 565 A-88 D *passim* — CHRYSOST. in 3. c. Matth. *PG 57*, 190 D *sq. ho.* 10 *n.* 6 **39** ssq. Luc. 9, 23 Matth. 16, 24 Rom. 6, 2. 6 Eph. 4, 20-24 Col. 3, 9 ssq.

mortificare carnem, veteris nos hominis odio commotos ad perfectiora conniti, dum adversus depravati animi motus ardenti zelo fortiterque certamus.

Quo quidem pacto satisfactioni operam dabant David, Ninivitae et alii, quos in cilicio, cinere, gemitu, luctu, ieiuniis aliisque afflictionibus poenituisse constat, qui et hinc Deo grati et approbati fuisse leguntur.

Quam poenitentiae partem scriptura con-
91r firmans nobisque ‖ commendans clamat: „Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio et fletu et planctu." Et alibi: „Convertimini et agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, et non erit vobis in ruinam iniquitas." Et quidem Paulus docet tristitiam, quae secundum Deum est, operari vindictam et generatim admonet: „Si nos ipsos diiudicaremus, non utique iudicaremur" a Domino.

Ea propter non est, cur de satisfactionis nomine, quod certe patribus est perquam familiare, disceptemus, cum in scripturis res ipsa perspicue proponatur.

VIII.

115 **Profer aliquot patrum de satisfactione sententias.** *110*

Cyprianus, ille sanctissimus martyr et testis gravissimus, in hunc modum docet: Deus, quantum Patris pietate indulgens est, tantum iudicis maiestate metuendus est. Alto vul-
[91v] neri diligens et longa medicina non desit, poenitentia crimine minor non sit, orare oportet impensius, diem luctu transigere, vigiliis noctes ac fletibus ducere, tempus omne lachrymosis occupare lamentationibus, stratos solo adhaerere cineri, in cilicio volutari et sordibus. Idemque rursus: Rogandus est Deus et satisfactione nostra placandus, delicta nostra reputanda, actus nostri et animi secreta volvenda, conscientiae merita ponderanda. Nec multo post: Poenitentiae iter, quod ostendit antistes amplectamur remedia vitalia, quae de scripturis caelestibus ille depromit, assumamus et ex vulneribus etiam occultis, quorum exomologesin fecimus, exponentes apud eum conscientiae nostrae pondus, salutarem medicinam exquiramus nec cessemus in agenda poenitentia atque in Domini miseri- ‖ cordia deprecanda, ne quod mi- 92r
nus esse in qualitate delicti videtur, in neglecta satisfactione cumuletur.

Et Augustinus clarissime dixit: Non sufficit mores in melius commutare et a factis malis recedere, nisi etiam de iis, quae facta sunt satisfiat Deo per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium cooperantibus eleemosynis.

Tum apud Hieronymum legimus in hunc modum: Affligendum corpus, quod multis vacavit deliciis, longus risus perpeti compensandus est fletu, mollia linteamina et serica pretiosissima asperitate cilicii commutanda.

Eodem spectans Ambrosius: Qui agit poenitentiam, inquit, non solum diluere lachrymis debet peccatum suum, sed etiam emendationis factis operire et tegere delicta superiora, ut ei ‖ non imputetur peccatum. At- [92v]
que idem alibi: Grandi plagae, alta et prolixa opus est medicina. Grande scelus grandem necessariam habet satisfactionem.

A **10** sq. partem — nobisque] partem in scriptura confirmans Deus nobisque *K* 1.2 **19** diiudicaremur *L* 2 **26** Profer aliquot] Quae sunt *K* 1.2 **27** sententiae *K* 1.2 **35** fletibus] insomnes *add. GK* 1.2 omne *om. GK* 1.2

B **1** solo *om. GK* 1.2 **1** sq. et sordibus] sordibus *J* 3-5 Rogandus est] Et rogandus est *J* 3-5 **14** sq. minus] nimis *G* 1.3 *K* 1.2 **19** his *HL* **23** Tum] Et *G* **32** sq. emendationis] emendationibus *HL* tegere delicta superiora] tegere superiora facta *GK* 1.2 **33** ut — peccatum] ut ei non imputentur *GK* 1.2 **34** alta] alia *G* 6

A **6** ssq. 2 Reg. 12, 13-17 1 Chron. 21, 13 ssq. Ps. 34, 13 sq. 68, 11 sq. Jonas 3, 5-10 3 Reg. 21, 27-29 1 Macc. 2, 14 3, 46 sq. 2 Macc. 3, 19 Matth. 11, 21 sq. Luc. 10, 13 sq. Judith 4, 8-17 7, 4 8, 5. 6. 14-17 9, 1 Joel 2, 11-17 Dan. 9, 3 Job 42, 6 Jer. 4, 8 6, 26 25, 34 48, 37 40 = *49*, 3 Ez. 7, 18 Thren. 2, 10 **11** ssq. Joel 2, 12 **13** ssq. Ez. 18, 30 **16** 2 Cor. 7, 10 **18** sq. 1 Cor. 11, 31 **28** Cyprian. ser. 5 de laps. *PL 4*, 492 B (507 A) *c.* 35: *CV 3/I*, 262 idem li. 1 ep. 3 ad Cornel. *PL 3*, 812 B-14 A (838 B-40 A) *ep.* 12 *c.* 12, 13: *CV 3/II*, 680 et li. 3 ep. 14 ad clerum *PL 4*, 250 C-52 A (257 B *ssq.*) *ep.* 9 *c.* 2: *CV 3/II*, 517 *ssq.*

B **2** ssq. Cypr. ser. 5 de lapsis *PL 4*, 480 B 483 C-84 B 487 A 489 A (494 C 498 A *ssq.* 501 A 503 A *sq.*) *c.* 17, 21-23, 26, 28 *CV 3/I*, 249 253 *sq.* 256-58 vide eundem de eleemos. *PL 4*, 603 B 604 B 605 B (625 B *sq.* 627 A *sq.* 628 B) *c.* 1, 2, 3, 5 *CV 3/I*, 374 375 376 **17** August. ho. 50 ex ho. 50 c. 15 *PL 39*, 1549 A *ser.* 351 *c.* 5 Gr. *c.* 63 *D. 1 de poenit.* vide etiam in Ench. c. 70, 71 et 65 *PL 40*, 265 CD 262 D **23** Hieron. in epitaphio Paulae ad Eustoch. ep. 27 *PL 22*, 891 B *ep.* 108 *n.* 15: *CV 55*, 326 — Chrysost. ho. 10 in Matth. *PG 57*, 190 D *sq. n.* 6 **29** Ambros. li. 2 de poenit. c. 5 *PL 16*, 506 A (527 A) *n.* 35 item li. 1 c. 16 *PL 16*, 493 A *sq.* (515 A) *n.* 90 **34** *Ps.* Ambros. ad virg. laps. c. 8 *PL 16*, 377 B-79 A (394 A-95 C) *n.* 35-38 — Ambrosius li. 1 de poenitent. c. 2 *PL 16*, 469 C (489 C) *c.* 3 *n.* 10

Ita demum GREGORIUS: Cogitandum est summopere, ut qui se illicita meminit commisisse, a quibusdam etiam licitis studeat abstinere; quatenus per hoc conditori suo satisfaciat.

IX.

116 Estne satisfactioni etiam *111* post mortem locus?

Ad hoc explicandum varia morientium condicio est observanda. Horum enim alii gratiam Dei vitaeque innocentiam ad finem usque conservant. Ad quos pertinet Manassis dictum iustis et iis, qui non peccaverunt, ut Abraham, Isaac et Iacob, poenitentiam non
93[r] esse positam. Alii peccaverunt qui- ‖ dem et ex accepta Dei gratia exciderunt, sed criminum sordes dignis poenitentiae fructibus in hac vita expiarunt, ut David, Ezechias, Petrus, Magdalena. Utrumque hoc genus nulla post mortem eget satisfactione, sed ab ea prorsus est liberum.

At longe plures sunt homines medii generis morientes nec valde mali, ut AUGUSTINUS indicat, qui peccatorum suorum poenitentiam in vita perfectam non praestiterunt; ideoque per ignem salvandi, ut quod satisfactioni pro hac vita convenienti defuit, in altero saeculo iustitiae divinae persolvatur. ‚Nihil enim coinquinatum intrabit in sanctam illam civitatem.'

Huiusmodi ergo defunctis, ut ad quaestionem propositam respondeamus, subeunda est quaedam et gravis illa profecto post mortem satisfactio. Quam interim Deus pro ingenti clemen- ‖ tia sua relaxare consuevit pie- [93[v]]
tate vivorum intercedente, ut defuncti suorum in ecclesia fratrum adeoque membrorum adiuti suffragiis a peccatis horrendisque peccatorum poenis releventur. Et huc spectat, quod sacrae scripturae tradit autoritas: „Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur." Unde laudatus est Iudas ille Machabaeus, quod singulari religione ductus pro mortuorum peccatis non preces modo, sed etiam sacrificium offerri sollicite atque sumptuose curarit.

In hanc sententiam concedunt venerandae synodi et patres, qui veram ecclesiae doctrinam tradiderunt. Ex quibus, ut unus pro multis idemque fide dignissimus testis AUGUSTINUS proferatur: In Machabaeorum libris (inquit) legimus oblatum pro mortuis ‖ sacrifi- 94[r]
cium. Sed etsi nusquam omnino in scripturis legeretur, non parva est universae ecclesiae, quae in hac consuetudine claret, autoritas, ubi in precibus sacerdotum, quae domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum. Et rursus alibi: Purgatorias poenas nullas futuras opinandum est, nisi ante illud ultimum tre-

---

A **1** Ita demum] Demum et *K* 1.2 **23** morientes] nec valde boni *add. K* 1.2 **27** vita] via *J*
B **12** exorare] orare *GK* 1.2 **13** laudandus *J* **16** curarit] iusserit *J* **23** scripturis] veteribus *add. GHK* 1.2 *L* 2.3.6 **26** in] *om. K* 1.2

A **1** GREGOR. M. ho. 34 in evang. *PL 76*, 1256 C — Vide *Ps.* EUSEB. EMIS. ad monachos ho. 5 et 10 *Ed. Paris.* 1575 *pg.* 307[r] *sq.* 315[r] *sq.* = *Eucherius Lugd. ho.* 5 *et* 10 *PL 50*, 845 A *sq.* 857 D *sq.* — Item THEODORET. in epit. divin. decret. c. de poenitent. *li.* 5 *c.* 28 *PG 83*, 551/52 D *sq.* et li. 4 haeret. fabularum de Audianis *PG 83*, 429 A *sq. c.* 10 **12** In orat. Manassis poenitentis **18** sq. 2 Reg. 12, 13-17 Ps. 6, 3 ssq. Is. 38, 15 Matth. 26, 74 sq. Luc. 7, 37-50 **23** AUGUST. in Ench. c. 110 *PL 40*, 283 B *ssq.* — BEDA in c. 11 Prov. *PL 91*, 971 C *sq.* **26** 1 Cor. 3, 11-15; sic interpretatur eum locum idem AUGUST. in Ps. 37 *PL 36*, 397 B *sq.* De civ. Dei li. 21 c. 26 *PL 41*, 746 A: *CV 40/II*, 572 De fid. et operib. c. 16 *PL 40*, 215 D *ssq. n.* 27: *CV 41*, 70 *sq.* et in Ps. 80 *PL 37*, 1045 D ORIGEN. ho. 12 et 13 in Jer. *PG 13*, 445 A-48 A *ho.* 16 *n.* 5, 6 *et* 281 A *sq. ho.* 2 *n.* 3: *CB 6*, 137 *sq.* 19 *sq.* Ho. 25 in Num. *PG 12*, 769 B *ssq.*: *CB 30*, 240 et ho. 6 in Exod. *PG 12*, 334 AC *ssq.*: *CB 29*, 194-96 — GREGOR. M. 4 Dial. c. 39 *PL 77*, 293 D-96 D — BEDA in c. 3 Luc. *PL 92*, 356 A *ssq.* **28** ssq. Apoc. 21, 27 Ps. 14, 1 ssq. 23, 3 sq.

B **5** AUGUST. ut supra et de civit. Dei li. 21 c. 24 *PL 41*, 737 D *sq.*: *CV 40/II*, 559 — *Ps.* AUGUST. ho. 16 ex 50 *PL 39*, 2212 A *sq. app. ser.* 252 et ser. 41 de sanctis *PL 39*, 1946 B-49 C *app. ser.* 104 — GREGOR. M. 4 Dial. c. 39 *PL 77*, 393 D-96 D — BERNARD. de obitu Humberti *PL 183*, 518 B *n.* 8: *XB I/2*, 692 — JOH. DAMASCEN. in ser. de defunct. *PG 95*, 249 B *sq.* 264 D *ssq. n.* 3, 19 — Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1031 B *sq.* — TRIDENT. sess. 6 can. 30 et sess. 25 part. 1 MSI *33*, 43 C 170 D *ssq.*: *CTrG t. V AA 2*, 799 *et t. IX AA 6*, 1077 **11** sq. 2 Macc. 12, 46 1 Reg. 31, 13 et ibidem BEDA *PL 91*, 714 B item 2 Reg. 1, 11 sq. 3, 31-36 Tob. 4, 17 sq. Eccli. 7, 37 17, 18 sq. 38, 24 Jer. 16, 5-7 2 Tim. 1, 16-18 1 Joh. 5, 16 sq. **13** ssq. Ibid. **18** Concil. CARTHAG. IV. c. 79, 95 MSI 3, 957 D 958 D 348 C HI 305 *sq.* — TOLET. XI. c. 12 MSI *11*, 144 E HI 410 — TRIBUR. can. 31 MSI *18*, 148 A — BRACCAR. I. *(al. II.)* c. 34 = 16 MSI *9*, 779 A *c.* 16 HI 423 *c.* 16 — FLORENTINUM MSI *31/I*, 1031 *ssq.* — TRIDENTINUM sess. 25 MSI *33*, 1070 D *ssq.* et sess. 22 c. 2 et can. 3 MSI *33*, 129 C *sq.* 131 D: *CTrG t. VIII AA 5*, 960 962 **20** AUGUSTINUS li. de cura pro mortuis gerenda *PL 40*, 592 D *ssq. c.* 1 *n.* 1-3: *CV 41*, 622-24 **29** AUGUSTINUS de civ. Dei li. 21 c. 16 *PL 41*, 730 A *ssq.*: *CV 40/II*, 546-48 Matth. 12, 31 sq. 5, 25 sq. Mal. 3, 1-3 Phil. 2, 10 sq. Apoc. 5, 3. 13

mendumque iudicium. Et quid illis verbis luculentius? Orationibus sanctae ecclesiae et sacrificio salutari et eleemosynis, quae pro eorum (defunctorum) spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuvari, ut cum eis misericordius agatur a Domino, quam peccata eorum meruerunt. Hoc enim a patribus traditum universa observat ecclesia. Sic AUGUSTINUS ante MCC annos, ut interim eo vetustiores etiam: Cyprianum, Origenem, Dio- [94v] nysium, Cle- ‖ mentem in hac doctrina maxime consentientes praetermittamus.

Quocirca CHRYSOSTOMUS palam hortatur, ut pro viribus et ipsi defunctos iuvemus et alios, qui pro ipsis orent commonefaciamus. Non enim temere ab apostolis haec sancita fuerunt, ut in tremendis mysteriis defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, utilitatem multam. Ita Chrysostomus.

Hoc est demum, quod adversus Aërianos ecclesia, fida scripturae interpres, usque docuit ignem esse quendam purgatorium seu emendatorium, ut AUGUSTINUS appellat, eoque poenas peccatorum, quas hic poenitentia perfecte non diluit, defunctis in Christo fidelibus luendas et expiandas esse, nisi, prout 95r Augustinus loquitur, vi- ‖ ventium suorum pietate illi releventur.

X.

117 **Quae commendatio ac dignitas est poenitentiae?** *112*

Haec est evangelicae praedicationis exordium, ‹angelorum in caelis gaudium,' via in terris ‹arcta et angusta porta,' per quam fideles ad vitam contendunt et ‹violenti rapiunt regnum caelorum.' Haec lapsos erigit, saucios curat, imbecilles roborat, mortuos vivificat, perditos restituit, omnia demum, quae peccatum vitiat, poenitentia in nobis redintegrat. Hac veteris vitae odium nostrique contemptum et omnem submissionem testamur, hac ipsa duce lugentes consolationem, saucii curationem, humiles vero exaltationem reportamus.

Haec est, qua daemones et vitiorum pestes superamus, qua ‖ meritas poenas avertimus, [95v] Dei placamus iram, conciliamus gratiam et gloriam aeternam comparamus.

Hinc illae Christi voces in evangelio: ‹‹Poenitentiam agite; appropinquavit enim regnum caelorum.'' - ‹‹Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam.'' - ‹‹Nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.'' At is demum veram poenitentiam agit, ut CYPRIANI verbis haec omnia concludamus, qui Dei et sacerdotis praeceptis obediens et obsequiis suis et operibus iustis Dominum promeretur.

A **8** Sic] Si *K* 1.2 **15** commonere faciamus *L* 2
B **14** saucii] afflicti *GK* 1.2 **21** appropinquabit *K* 1.2 **28** promeremur *G* 3

A **1** ssq. AUGUST. de verb. Apostoli ser. 34 *PL 38*, 936 C *ssq. ser.* 172 *(al.* 32*)* — Similiter ISIDOR. de Offic. eccl. li. 1 c. 18 *PL 83*, 757 A *sq.* — RHABAN. de institut. cleri li. 2 c. 44 *PL 107*, 357 D *sq.* **10** CYPRIAN. li. 4 ep. 2 *PL 3*, 786 A (810 B *sq.*) *ep.* 10 *c.* 20; *CV 3/II*, 639 *ep.* 55 et li. 1 ep. 9 *PL 4*, 399 A (411 A *sq.*) *ep.* 66 *c.* 2 *CV 3/II*, 466 *sq. ep.* 1 — ORIGEN. *ut supra pg. 137*, 26 — *Ps.* DIONYS. AREOP. de eccl. hier. c. 7 *PG 3*, 556 C *sq.* § 3 *n.* 2 560 A § 4 561 C-64 D § 6, 7 **11** *Ps.* CLEMENS ep. 1 *PG 1*, 481 A HI 44 et li. 6 Constitut. apost. c. 30 *PG 1*, 988 B *ssq.* FU *I*, 381-85 **13** CHRYSOST. ho. 3 in ep. ad Phil. *PG 62*, 203 AD *sq.* et ho. 41 in 1 Cor. 15 *PG 61*, 361 A *ssq. n.* 4, 5 et ho. 69 ad pop. Antioch. *Ed. Paris.* 1570 *tom. V*, 368 D 369 B *ssq. (dub.)* — JOH. DAMASCEN. in or. de defunct. *PG 95*, 249 B *sq.* 264 D *n.* 13, 19 — ATHANAS. *habes ibid. a Damasceno cit.* et GREGOR. NYSSEN. apud DAMASCENUM *PG 95*, 253 A **21** EPIPHANIUS haereses 75 *PG 42*, 508 A 513 B *sq.* 516 A *sq. n.* 3, 8, 9 et AUGUST. haeres. 53 *PL 42*, 40 A — Item DAMASCEN. de haeres. *PG 94*, 724 A *sq. n.* 75 **23** sq. TRIDENT. sess. 25 et 6 can. 30 MSI *33*, 170 D *ssq.* 43 C; *CTrG t. IX AA 6*, 1077 *et t. V AA 2*, 799 — Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1031 B **24** AUGUST. in Ps. 37 *PL 36*, 397 B *sq.* et li. 2 de Gen. c. Manich. c. 20 *PL 34*, 212 A *Ps.* GREGOR. M. in 3 Ps. poenit. *PL 79*, 568 A *n.* 1 et li. 4 Dial. c. 39 *PL 77*, 393 D-96 D — BERNARD. ser. 66 in Cant. *PL 183*, 1098 B 1100 A *n.* 9, 11 **28** AUGUST. in Ench. c. 110 *PL 40*, 283 B *ssq.* et de cura pro mort. gerenda c. 1, 4, 18 *PL 40*, 592 D *ssq.* 596 B *ssq.* 609 A *n.* 1-3, 6, 22: *CV 41*, 622-24 629-31 658

B **4** ssq. Matth. 3, 1-8 4, 17 Marc. 1, 4. 9 Luc. 15, 7. 10 Matth. 7, 13 sq. 11, 12 **8** sq. *Ps.* AUGUST. de vera et falsa poenitent. c. 1 *PL 40*, 1113 A *app.* — *Ps.* BASIL. in orat. de poenitent. *PG 31*, 1476 A-88 B *app.* — CHRYSOST. in homiliis de poenitent. *PG 49*, 277-350 **14** Matth. 5, 5 **17** Jer. 18, 8 Ez. 18, 21-32 33, 11-16 Jon. 3, 5-10 Matth. 3, 7 sq. 2 Cor. 7, 10 Act. 11, 18 **20** ssq. Matth. 4, 17 Luc. 5, 32 **22** sq. Luc. 13, 3 **25** CYPRIAN. li. 3 ep. 18 *PL 4*, 260 B (266 C) *ep.* 13 *c.* 1: *CV 3/II*, 525 *ep.* 19

96r

5. DE SACRAMENTO EXTREMAE UNCTIONIS.

I.

118 **Quid de sacramento extremae unctionis credendum est?** *113*

Idipsum nempe, quod catholica ecclesia constanter docet: signum hoc esse sacrum in consecrato oleo institutum, ut per illud caelestis virtus ad salutem non animae solum, sed et corporis applicetur aegrotis ex divina institutione.

Cui sacramento testimonium longe clarissimum praebet Iacobus apostolus, cum in haec verba scribit: „Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiae et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum et alleviabit eum Dominus et, si in peccatis fuerit, remittentur ei."

[96v]

II.

119 **Quid his verbis docet Apostolus?** *114*

Primum sacramenti huius ostendit elementum seu materiam oleum esse pontificali benedictione (ut recte ait Beda) consecratum. Significat autem hilaritatem animi et confirmationem internam, quae per Dei gratiam sacramenti huius virtute ab aegroto percipitur.

Deinde per Apostolum designatur sacramenti minister proprius, nimirum sacerdos, qui sacram hanc unctionem cum orationibus decenter exerceat. Nec frustra de apostolis est scriptum: ‚Ungebant oleo multos aegrotos et sanabantur.'

Praeterea, qui suscipiunt hoc sacramentum, a Iacobo dicti sunt infirmi, quoniam, ut ecclesiae mos est, in gravibus et periculosis infirmitatibus tantum sacra isthaec unctio celebratur.

III.

97r

120 **Quis est sacramenti huius fructus et effectus?** *115*

Confert primum ad remissionem peccatorum, quae quidem ab aegroto poenitentiae remediis non sunt expurgata, ut decumbentis anima peccatorum suorum onere ac morbo inprimis levetur.

Deinde prodest ad corporalem infirmitatem vel depellendam vel alleviandam, quatenus expedit eam aegroto recuperare.

Postremo ad consolationem et fiduciam subministrandam valet, qua sane in supremo illo agone exituque animae opus est maxime, quando et cum doloribus acerbissimis et cum horrendis daemonibus morituro est gravissime conflictandum. Unde licet salus corporis aegroto non restituatur, ut, qui post acceptam hanc unctionem mo- ‖ ritur saepe, tamen gratia in hoc sacramento peculiaris praebetur ad morbi vim molestiasque constantius perferendas et ad mortem ipsam facilius exciendam. Atque hoc est, quod per Apostolum suum Deus promisit: „Oratio fidei salvabit infirmum et alleviabit eum Dominus et, si in peccatis fuerit, remittentur ei."

[97v]

Ad quos quidem designandos effectus etiam olei natura seu nativa vis pulchre congruit, ut explicat Theophylactus. Quocirca

---

A **18** fuerint *J* 1.2] sit *L* 3 **31** ut sacramenti *K* 1.2
B **9** Quid *GK* 1.2 **20** qua] quam *L* 1.2 **33** fuerit] sit *L* 3 **35** nativa] dativa *L* 2

A **6** Concil. Constantiense sess. 15 8. *artic. damnatus Joh. Hus* Msi *27*, 754 B — Florent. Msi *31/I*, 1058 A *ssq.* Trid. sess. 14 Msi *33*, 97 E-99 B 102 B *sq. c.* 9 *can.* 2-4 — Innocent. I. ep. 1 ad Decent. Eugub. c. 8 *PL 20*, 559 B *ssq. n.* 11 Hi *pg.* 528 — Petr. Damian. ser. 1 in dedicat. eccl. *PL 144*, 899 A *sq.* — Concil. Vormatiense can. 72 Msi *15*, 881 D *sq.* **14** ssq. Jac. 5, 14 sq. et ibid. Beda *PL 93*, 39 C *sq.* **27** Beda in c. 6 Marc. *PL 92*, 183 B et in c. 8 Luc. *PL 92*, 438 B sq. et in c. 5 Jac. *PL 93*, 39 C sq. — Innocent. I. ut supra *PL 20*, 559 B ssq. *n.* 11 Hi *pg.* 528 — Concil. Meldense can. 1 apud Burchard. li. 4 c. 75 *PL 140*, 741 A et apud Ivon. part. 1 c. 269 *PL 161*, 122 C **28** Theophylact. in c. 6 Marc. *PG 123*, 549 B sq. **32** Chrysost. de sacerdot. li. 3 *PG 48*, 644 C — Cyrill. = *Origenes* li. 2 in Lev. *PG 12*, 417 C-19 A *ho.* 2 *n.* 4: *CB 29*, 295 ssq. **35** sq. Marc. 6, 13 et ibid. Theophylact. *PG 123*, 549 B sq. et Beda *PL 92*, 188 B

B **11** Bernard. in vita Malach. episc. *PL 182*, 1103 C ssq. 1115 B *n.* 53, 71 — Concil. Trident. ut supra Msi *33*, 97 E-99 B 102 B sq. sess. 14 c. 9 can. 2-4 **16** Ibid. Bernard. *PL 182*, 1103 C ssq. 1115 B *n.* 53, 71 **22** ssq. Cyrill. Alex. in orat. de exitu animae *PG 77*, 1072 B 1073 A-76 B sq. *ho.* 14 *ex div.* — Gregor. M. li. 24 Moral. c. 17 et 18 *PL 76*, 305 C ssq. *et* 306 A sq. *c.* 11 *n.* 32, 33; ho. 39 in evang. *PL 76*, 1298 C ssq. 1299 C ssq. *n.* 8, 9 — Joh. Climac. scala paradisi gradu 7. *PG 88*, 812 A-D — Euseb. Emis. ho. 1 ad monach. *PL 50*, 833 A ssq. *Ed. Paris.* 1575 *fol.* 500r **3** ssq. Jac. 5, 15 **36** Theophylact. in c. 6 Marc. *PG 123*, 549 C

retinendum est prorsus, quod saluberrime monet AUGUSTINUS: Quoties aliqua infirmitas supervenerit, corpus et sanguinem Christi ille, qui aegrotat, accipiat et inde corpusculum suum ungat, ut illud, quod scriptum est, impleatur in eo: „Infirmatur aliquis, inducat presbyteros et orent super eum ungentes eum oleo, et oratio fidei salvabit infirmum et alleviabit eum Dominus et, si in peccatis sit, dimittentur ei."

A **1** retinendum] tenendum *H*] retinenda *L*1 *B* **1** inducat] inducam *G*3] indicat *K*2

A **2** *Ps.* AUGUST. ser. 215 de temp. *PL 39*,2238D *app. ser.* 265. Vide etiam De rectitudine cath. conversat. *PL 40*, 1172Dsq. *app. n.* 2 et de visitat. infirm. li. 2 c. 4 *PL 40*,1154Bsq. *app.* — AUGUST. item in Speculo, *praefatio PL 34*,887D-89D: *CV 12*,3-6

B **1** Jac. 5,14sq.

98r

6. DE ORDINIS SACRAMENTO.

I.

121 **Quid est ordinis sacramentum?** *116*

Est, quo singularis gratia ac potestas spiritualis quibusdam traditur, ut munus in ecclesia ex professo gerant.

Hoc est sacramentum, per quod velut ostium necessario intrant legitimi „dispensatores mysteriorum et eloquiorum Dei" - „ministri Christi' et ecclesiae, episcopi, presbyteri, diaconi et quotquot demum in ecclesiasticis muniis obeundis rite et cum autoritate versantur.

„Nemo enim' ut scriptura testatur „sibi sumit aut sumere debet honorem' exercendorum videlicet ministeriorum ecclesiae „nisi qui vocatur a Deo tanquam Aaron' hoc est, nisi sacramento visibilis ordinationis initia-
[98v] tus et ab episcopo le- ‖ gitime ordinatus missusque fuerit ad opus certi ministerii, quod in ecclesia pro suo statu gerat iuxta leges divinae et apostolicae traditionis.

II.

122 **Nonne omnes christiani ex aequo sunt sacerdotes?** *117*

Dici quidem ita possunt hactenus, quod sicut sacerdotes externa quaedam sacrificia et ministeria sacra exercere solent, sic quotquot sunt in Christo renati, spiritualia quaedam sacrificia, nimirum orationes, laudes, gratiarum actiones, carnis mortificationem et id genus alia quotidie possint ac debeant offerre seduloque exercitare, ut hinc spirituales coram Deo sacerdotes et spirituales offerre hostias in scriptura dicantur.

Verum si proprie nomen hoc sacerdotii accipimus, non sunt ‖ promiscue sacerdotes 99r omnes, sed hi duntaxat, quibus autoritas ecclesiae, ut sacramentorum proprii sint ministri, demandavit atque ad consecrandum, offerendum, dispensandumque sacram eucharistiam et ad peccata hominum tum remittenda tum retinenda ius contulit.

A **12** quotquot] quot *K*2 **16** aut sumere debet *om. GK*1.2 **18**sq. hoc est nisi *om. G*5 *H*2.3 **19** visibilis *om. G*3 **21** ministerii] mysterii *K*1.2

B **9** sint *HL*1.3-6 sunt in *om. L*2

A **5** AUGUST. c. ep. Parmen. li. 2 c. 13 *PL 43*,70Csq. 72B *n.* 28,30: *CV 51*,79 81; de bono coniug. c. 24 *PL 40*, 394C *n.* 32: *CV 41*,227 et c. Donatist. li. 1 c. 1 *PL 43*,109Csq.: *CV 51*,146 — LEO M. ep. 81 ad Dioscor. *PL 54*,625Bssq. *ep.* 9 *c.* 1 — GREGOR. M. in c. 10 li. 1 Reg. *PL 79*,299B *n.* 3 — Conc. FLORENT. MSI *31/I*,1058Dsq. TRIDENT. sess. 23 MSI *33*,138B-40D: *CTrG t. IX AA 6*,620-22 — AMBROSIASTER in 1 ad Cor. c. 12 *PL 17*,245D (259A) *app. v.* 4 — THEOPHYLACT. in c. 19 Luc. *PG 123*, 1025Bsq. **9**ssq. 1Cor. 4,1 Mal. 2,7 1Tim. 3,2-8 5,17 Eph. 4,11-14 1Cor. 14,2.3.19.34 12,28-30 **15**ssq. Hebr. 5,4 Act. 1,24-26 CYPRIAN. li. 4 ep. 2 *PL 3*, 768B (793Asq.) *ep.* 10 *c.* 8: *CV 3/II*,629 *ep.* 55 — TERTULL. de praescript. haeret. *PL 2*,56Bsq. (68Bsq.) *c.* 41 **20**sq. Matth. 10,1-7 Luc. 9,1sq. Marc. ult.=*16*,15 Joh. 20,21 Act. 13,2-4 Tit. 1,5ssq.

B **6**ssq. Apoc. 1,5sq. 5,10 **9**sq. 1Petr. 2,9 1Petr. 2,5 Rom. 12,1 Ps. 49,14 Ps. 50,19 Phil. 4,18 Hebr. 13,15sq. Vide *Ps.* BASIL. M. de bapt. li. 2 c. 8 *PG 31*,1601B-1604A *n.* 3 — AUGUST. de civ. Dei li. 20 c. 10 *PL 41*,675Dsq. *CV 40/II*,454sq. — LEO M. ser. 3 in annivers. pontificatus *PL 54*,148Bssq. *ser.* 4 *c.* 1 — AMBROS. de sacram. li. 4 c. 1 *PL 16*,436Dsq. (455Csq.) *n.* 3,4 **19** *Ps.* IGNATIUS ad Heron. *PG 5*,912Bsq. *n.* 3 — CHRYSOST. de sacerdot. li. 3 et 6 *PG 48*,642Asq. 643A-44C *et* 678D-81C et ho. 60 ad pop. *Ed. Paris.* 1570 *t. V*,333Asq.D *(dub.)* HIERON. ad Heliodor. c. 7 *PL 22*,352A *ep.* 14 *n.* 8: *CV 54*,55 et adv. Lucif. c. 8 *PL 23*,175Csq. (184B) *n.* 21 item ad Evagr. *PL 22*, 1193A *ep.* 146 *n.* 1: *CV 56*,308 — VICTOR. AFRIC. de persecut. Vandal. li. 2 *PL 58*, 211Cssq. *n.* 11: *CV 7*, 37 — CYPRIAN. li. 1 ep. 2 *synod. PL 3*,857A (884A) *c.* 3: *CV 3/II*,652 *ep.* 57

Ac de his quidem novae legis sacerdotibus seu presbyteris ita Paulus: „Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina." Id, quod certe congruere non potest mulieribus, quas in ecclesia idem Apostolus docere vetat ac tacere iubet; neque omnino plebeis convenit, quorum est ovium more pasci, non pascere, regi, non regere nec se praeferre, sed subiicere et subiacere praepositis et quaecunque hi sive boni sive mali in cathedra sedentes dixerint, audire, servare et fa- [99v] cere, ut verbo Dei praeceptum le- ‖ gimus.

Quapropter sicut in ecclesia triumphante angeli sunt ordine ac potestate differentes, qui iniuncta sibi munia decenti quadam observata dispositione obeunt ac fideliter exsequuntur, sic militans etiam ecclesia, quae „domus Dei' et velut castrorum acies quaedam ordinata est ministros habet sibi peculiares, a reliquis christianis seiunctos et pulchro ordine inter se dispositos ad publica et communia ecclesiae ministeria in terris peragenda, nimirum ut pro christiano populo „in his, quae ad Deum' salutemque animarum spectant, suas illi operas ex professo ac pro dignitate praestent.

III.

123 Quo loco scriptura testimonium huic sacramento praebet? 118

Illic scilicet, ubi de apostolis docet, quod in ecclesiae ministris deligendis, instituendis atque ordinandis usi sunt manuum impositione. 100r Hoc enim veluti symbolo certo et efficaci praesentis gratiae, quae in ordinum collatione exhibetur et accipitur, sacramentum illud nobis est commendatum.

Quare Paulus ad Timotheum a se creatum episcopum scribens et acceptae in hoc sacramento gratiae illum admonens: „Noli" inquit „negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii." Et rursus ad eundem: „Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae in te est per impositionem manuum mearum."

Quoniam vero permagni refert, quales in ecclesia quibuscunque muniis praeficiantur et ecclesiasticam potestatem ex hoc sacramento accipiant, ad omnem episcopum dicitur: „Manus cito nemini imposueris neque communicaveris peccatis alienis."

IV. [100v]

124 Quot gradus in se continet hoc sacramentum? 119

Generatim quidem minores ordines maioresque continet; minores scilicet quatuor, ostiariorum, lectorum, exorcistarum et acolytorum; maiores vero tres, nempe subdiaconorum, diaconorum ac presbyterorum. Ex presbyteris porro alii maiores, alii minores a Christo instituti inveniuntur.

Maiores enim presbyteri apostoli sunt eorumque successores episcopi, magna sane potestate et reverenda dignitatis praerogativa

A **22** et *om. L* 2

B **11** in eundem *J* 3-5

A **2** ssq. 1 Tim. 5, 17 **6** sq. 1 Tim. 2, 11 sq. 1 Cor. 14, 34-36 TERTULL. de praescript. haeret. *PL* 2, 56 B sq. (68 B sq.) *c.* 14 EPIPHAN. haeres. 42 et 49 *PG 41*, 700 D sq. *n.* 4 881 A *n.* 2: *CB 31*, 100, 243 **7** sq. LEO M. ep. 62 ad Maximum Antioch. *PL 54*, 1045 C sq. *ep.* 119 *c.* 6 **8** ssq. Joh. 10, 11. 16 21, 15-17 1 Petr. 5, 2-4 2, 13-18. 25 Hebr. 13, 17 Rom. 13, 1-5 **11** Matth. 23, 2 sq. Luc. 10, 16 1 Joh. 4, 6 **14** Eph. 1, 20 ssq. Col. 1, 16 Dan. 7, 10 sq. *Ps.* DIONYS. AREOP. de coelest. hier. c. 10 *PG 3*, 273 A *sq. § 2* **19** 1 Tim. 3, 15 Cant. 6, 3. 9 *Ps.* ANACLET. ep. 1, 2, 3 *PG 2*, 791 A 807 B-808 B *n.* 4 813 A-15 A *c.* 3, 4 HI 67 79 82 sq. — ISIDOR. de eccl. Offic. li. 2 c. 5 et ssq. *PL 83*, 780 C-83 B *n.* 1-10 787 A ssq. 788 B ssq. 790 C ssq. *n.* 7, 8, 10 **25** Hebr. 5, 1 8, 3 13, 17 2 Cor. 5, 20

B **1** Act. 6, 6 13, 3 1 Tim. 4, 14 5, 22 2 Tim. 1, 6 **3** sq. *Ps.* AMBR. de dign. sacerd. li. 3 c. 5 = *Gerbert ser. de informat. episc. PL 139*, 175 D — NICEPH. *eccl. hist.* li. 12 c. 14 *PG 146*, 784 D **8** ssq. 1 Tim. 4, 14 et ibid. THEOPHYLACT. *PG 125*, 60 C — et HAYMO ep. Halberst. *PL 117*, 794 A *c.* 4; 2 Tim. 1, 6 et ibid. THEOPHYLACT. *PG 125*, 92 D sq. **15** LEO M. in ep. 87 ad episc. Mauritan. *PL 54*, 647 B sq. 650 A *sq. ep.* 12 *c.* 2, 4 — Synod. ROM. sub Silvestr. c. 11 MSI 2, 628 B sq. — TRIDENT. sess. 23 c. 7 et 12 reform. MSI *33*, 143 D 145 A: *CTrG tom. IX AA 6*, 625 626 *sq.* **18** ssq. 1 Tim. 5, 22 **26** Concil. CARTHAG. IV. MSI 3, 951 C-E *c.* 6-9 HI *pg.* 303 sq. — LAODIC. MSI 2, 579 C *can.* 24 HI *pg.* 275 GR. *c.* 2 *D. 44* — TRIDENT. sess. 23 c. 2 can. 2 MSI *33*, 138 C sq. 139 E: *CTrG t. IX AA 6*, 620 621 *Ps.* IGNATIUS ad Antioch. *PG 5*, 908 A *n.* 12 FU *II*, 170 — *Ps.* DIONYS. AR. eccl. hier. c. 3 *PG 3*, 425 C *n.* 2 EUSEB. CAES. hist. eccl. li. 6 c. 35 ex ep. Cornelii ad Fab. *PG 20*, 621 A *c.* 43 = *PL 3*, 741 A *sq.*: *CB 9/II*, 618 **30** Luc. 9, 1 10, 1 ibid. BEDA *PL 92*, 461 C *c.* 10 — *Ps.* CLEMENS ep. 1 *PG 1*, 476 A HI *pg.* 39 — *Ps.* ANACLET. ep. 2 et 3 *PG 2*, 806 B *ssq.* 812 A *n.* 1 HI *pg.* 79, 82 GR. *c.* 2 *D. 21 et c.* 3 *D. 80* **33** HIERON. ad Marcellam ep. 54 *PL 22*, 476 A *ep.* 41 *n.* 3: *CV 54*, 313 — CYPRIAN. li. 4 ep. 9 *PL 4*, 403 A (415 B *ssq.*) *ep.* 69 *c.* 4, 5 *CV 3/II*, 729 *ep.* 66 et li. 3 ep. 9 *PL 4*, 396 B (408 C) *ep.* 65 *n.* 3: *CV 3/II*, 471 sq. *ep.* 3 — *Ps.* IGNATIUS ad Philadelph. *PG 5*, 825 B sq. *n.* 4 FU *II*, 130-32 — AUGUST. in Ps. 44 *PL 36*, 513 B sq.

excellentes. Nam horum est (scriptura teste) ‹attendere sibi et universo gregi, quem a Spiritu sancto curandum pascendumque accipiunt, regere ecclesiam,' ea, quae desunt corrigere, per civitates item presbyteros constituere.

Minores vero presbyteri sub episcopis, 101r sicut septuaginta duo illi discipuli sub apostolis, in ecclesiae ministerio deserviunt, dona et sacrificia pro peccatis offerunt atque in curanda dominica messe tanquam operarii secundum illos existunt.

Ac minorum quidem quatuor ordinum clerici hoc proprium habent munus, ut sacerdotibus et episcopis multis in rebus praesto sint, ut ad sacra convenientem populum ordinent, utque paulatim ipsi velut quibusdam gradibus ad maiora munia in ecclesia obeunda rite instituantur atque praeparentur.

Caeteri vero maiores tres ordines, cum in aliis tum in sacris eucharistiae mysteriis maiorem conferunt potestatem. Igitur subdiaconus et diaconus dictis iam mysteriis tanquam administri adesse ipsisque sacerdotibus pro- [101v] ximi esse possunt. Et ‖ quanquam, quod ad ordinis sacramentum ac sacrificandi autoritatem attinet, discrimen inter episcopos et sacerdotes non sit, tamen sunt illi sacerdotibus multo excellentiores, si ecclesiae gubernandae, si pascendarum animarum ius, tum baptizatos confirmandi et clericos ordinandi potestatem consideremus.

Verum praesentis instituti non est, quae singulis ordinibus functiones et leges praescriptae sint, enucleare. Illud sane constat magno in pretio cunctos ordines habendos ac sedulo retinendos esse. Firmum enim testimonium illi praebet sacra traditionis apostolicae ecclesiasticaeque observationis disciplina, quae ad nos usque transmissa perdurat.

V.

125 Quomodo veteres patres de 120 hoc sacramento scribunt?

De hoc AUGUSTINUS, doctor vere catholi- 102r cus, suam et ecclesiae sententiam his verbis manifeste declarat: Quod insufflasse in discipulos Dominus legitur post dies paucos resurrectionis suae et dixisse: „Accipite Spiritum sanctum" ecclesiastica potestas collata intelligitur esse. Quia enim omnia in traditione dominica per Spiritum sanctum aguntur, idcirco cum regula eis et forma traditur huius disciplinae, dicitur eis: „Accipite Spiritum sanctum." Et quia vere ad ius ecclesiasticum pertinet, statim subiecit dicens: ‹Cuius tenueritis peccata, tenebuntur; et cuius remiseritis, remittentur ei.' Inspiratio ergo haec gratia quaedam est, quae per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendatiores habeantur. Unde Apostolus dicit ad Timotheum: „Noli negligere gratiam, quae est in te, quae data ‖ est tibi per impositionem ma- [102v] nuum presbyteri." Semel ergo fieri opportuit, ut de caetero traditio ista non sine dono Spiritus sancti esse crederetur. Hucusque Augustinus.

Extant et APOSTOLORUM CANONES, in quibus hoc modo statuitur: Episcopus a duobus aut tribus episcopis ordinetur; presbyter ab uno episcopo ordinetur; ita diaconus et reliqui clerici. Tum infra: Si quis episcopus aut presbyter aut diaconus aut hypodiaconus aut

A **14** habeant *HL* **22** potestatem *om. L* 1 **30** si *om. G* 6 *B* **20** pertinent *L* 2 **36** cleri *HL*

A **2** ssq. Act. 20,28 1Petr. 5,1-4 Hebr. 13,17 Tit. 1,5 Act. 14,22 **8** Luc. 10,1 *Ps.* LEO M. ep. 88 ad episc. Galliae et Germaniae *PL 55*, 1327A *app.* — INNOCENT. III. li. 1 de myst. altaris c. 6 *PL 217*, 777C *ssq. c.* 9-12 **9** sq. Hebr. 5,1 8,3 **11** Matth. 9,37 Luc. 10,2 **13** CARTHAGINIENSE IV. c. 6-9 MSI *3*, 951C-E HI *pg.* 303 *sq.* RHABANUS de institut. cleri li. 1 c. 9 ssq. *PL 107*, 304C *ssq. c.* 6 — Concil. AQUISGRAN. I. sub Ludovico Pio c. 2 ssq. MSI *14*, 153E-55C *c.* 2-5 *MG LL s. III tom. II/1*, 319 *sq.* — ROM. sub. Silv. c. 1, 3, 7, 9 MSI *1*, 620A *ssq.* 624C sq. 626B sq. 626C — Concil. CARTHAG. IV. c. 3-5 MSI *3*, 951A sq. HI *pg.* 303 — ISIDOR. de Offic. eccl. li. 2 c. 7 ssq. *PL 83*, 787A *ssq. c.* 7, 8, 10 — RHABANUS *de institutione cleric.* li. 1 c. 6 ssq. *PL 107*, 301D *ssq. c.* 6-8 Concil. — AQUISGRAN. c. 6 ssq. MSI *14*, 155C-57D *MG LL s. III tom. II/1*, 320-22 **28** *Ps.* DAMASUS ep. 4 *PL 13*, 435C *sq. ep.* 3 HI *pg.* 513 — ISIDOR. de Offic. eccl. li. 2 c. 7 *PL 83*, 787B *ssq. n.* 1-4 — HIERONYMUS c. Luciferian. *PL 23*, 163C-64C 172A-73A *n.* 8, 9 — *Ps.* LEO M. ep. 88 ad episcopos Galliae et Germaniae *PL 55*, 1325C *app.* — Concil. HISPAL. II. can. 7 MSI *10*, 559C sq. HI *pg.* 438 sq. — EPIPHAN. haer. 75 Aërianorum *PG 42*, 505C 508D ssq. *n.* 3-5

B **1** ssq. AMBROSIASTER in ep. ad Eph. c. 4 *PL 17*, 387C-88C (409C-10C) *vers.* 11 *sq. app.* **9**/30 *Ps.* AUGUST. li. qu. vet. et novi testam. qu. 93 *PL 35*, 2290B *app.*: *CV 50*, 164 *sq. n.* 2 et c. ep. Parmen. li. 2 c. 13 *PL 43*, 70C-72C *n.* 28, 30: *CV 51*, 79 81 **13** ssq. Joh. 20,22 **20** ssq. Joh. 20,23 **26** ssq. 1Tim. 4,14 **32** Canon. Ps. APOST. can. 1, 2 TUR *I/1*, 9 HI 27: FU *I*, 564 *sq.* GR. *c.* 4 *D. 16* et can. 68 MSI *1*, 43B FU *1*, 584 sq. *can.* 69 — Vide GRAT. insignes canones D. 59 ssq.

lector aut cantor sacram Quadragesimam non ieiunaverit aut quartam feriam aut Parascevem (hanc sextam feriam nunc dicimus) ordine movetor, nisi forte infirmitas corporis impediat.

Gaius vero ante annos mccc pontifex et martyr illustris hos ipsos gradus et ordines sigillatim recenset, quum ait: Si quis episco- 103r pus esse meruerit, ‖ primo ostiarius, deinde lector, post exorcista, deinde sacretur acolytus, dehinc vero subdiaconus, diaconus et postea presbyter, exinde, si meretur, episcopus ordinetur.

Laudat igitur Cyprianus Cornelium episcopum ac bonis omnibus tum in clero tum in populo eundem laudabili praedicatione commendari scribit, quia non ad episcopatum subito pervenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus et in divinis administrationibus Dominum saepe promeritus ad sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit, tum deinde episcopatum ipsum nec postulavit nec voluit nec vi invasit, sed quietus, modestus, castus, humilis, verecundus demum et coactus excepit.

Quos igitur ordines vetus et apostolica [103v] probavit eccle- ‖ sia, sicut Dionysii, Anacleti Ignatiique scripta declarant, quos aetas etiam omnis complexa posterior eos praesens ecclesia non potest sane non conservare atque defendere.

VI.

126 Quis est ordo in ecclesia magis celebratus? 121

Presbyterorum ordo sive sacerdotium, de cuius ingenti semperque reverenda dignitate Chrysostomus et Ambrosius libros integros ediderunt. De quo magnus etiam ille Ignatius: Sacerdotium, inquit, summa est omnium honorum, qui in hominibus consistunt, quod si quis inhonoraverit, Deum inhonorat et dominum Iesum Christum primogenitum totius creaturae et solum natura principem sacerdotem Dei. Sic ille. Quin et dilucide testatur divinum oraculum: ‖ „Labia sacerdotis 104r custodiunt scientiam et legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est." Et rursus: „Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille et auferes malum de Israel cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia." Hinc et Apostolus iubet: „Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus" idque ad Timotheum, Ephesiorum episcopum, scribitur sicut et illud iam ante citatum: „Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina."

VII.

127 Quid vero de malis sacerdotibus est sentiendum? 122

Divina isthaec est ordinatio, quae non potest aboleri, ut non boni modo, sed mali quoque sacerdotes in ecclesia honorentur. Vult enim in suis ‖ ministris agnosci, recipi, au- [104v] diri atque observari ille, qui dixit: „Super cathedram Mosi sederunt scribae et pharisaei. Omnia ergo, quaecunque dixerint vobis,

A **2** aut quartam] quartam *L* 1 aut Parascevem] Parascevem *J* 3-5 **4** movetur *K* 1,2 **7** illustris] et *add. K* 2 **10** post] postea *L* **17** quia non] iste *add. GK* 1.2
B **3** magnus] sacer *K* 1.2

A **6** *Ps.* Gaius pontif. in ep. ad Felicem *PL 5*, 190 A *sq. n.* 6 Hi *pg.* 218 Gr. *c.* 1 *D. 77* — Vide *Ps.* Damasum in Pontificali de eodem Gaio *c.* 29 *LP(D) I*, 161 *LP(M) I*, 39 **14** Cyprianus li. 4 ep. 2 *PL 3*, 768 B (793 A *sq.*) *ep.* 10 *c.* 8: *CV 3/II*, 629 — Sozimus = *Zosimus* ep. 1 ad Hesych. *PL 20*, 670 A *ssq.* 672 B *sq. ep.* 9 *c.* 1,3 *n.* 1, 2,5 Hi *pg.* 553 **27** sq. *Ps.* Dionysius Areop. de eccl. hier. c. 5 *PG 3*, 509 A *sq. n.* 2 et ad Demoph. *PG 3*, 1088 D *sq. ep.* 8 § 1 — *Ps.* Anacletus ep. 2 *sec. Ps. Isid. PL 130*, 72 B *ssq.* Hi *pg.* 79 Gr. *c.* 2 *D. 21* *Ps.* Ignatius ad Antioch. *PG 5*, 108 A *n.* 12 *app.* Fu *II*, 170

B **3** *Ps.* Ignat. ad Smyrn. *PG 5*, 853 B Fu *II*, 152 — Vide et Chrysost. de sacerd. li. 3 *PG 48*, 642 A sq. 643 A-44 C item ho. 4 et 5 de verb. Is.: Vidi Dominum *PG 56*, 126 A *ssq.* 130 C-31 B **10** ssq. Mal. 2, 7 Agg. 2, 12 Gregor. M. cura past. part. 2 c. 4 *PL 77*, 31 A *cfr.* Gr. *c.* 1 *D. 43* **13** ssq. Deut. 17, 12 sq. Cyprianus li. 1 ep. 3 *c.* 4-6 *PL 3*, 801 A-805 A (826 B-31 A) *ep.* 12: *CV 3/II*, 670-74 *ep.* 59 et li. 3 ep. 9 *c.* 1-3 *PL 4*, 394 B-96 C (407 A-409 A) *ep.* 55: *CV 3/II*, 469-72 *ep.* 3 — *Ps.* Gregorius M. li. 12 ep. 31 ad Felicem *PL 77*, 1324 D *ssq. li. 14 ep.* 17 **19** ssq. 1 Tim. 5, 19 Vide *Ps.* Fab. ep. 2 *ad episc. orient. sec. Ps. Isid. PL 130*, 159 B *ssq.* Hi 165 *sq.* Gr. *c.* 1 *C. 4* qu. 4 **23** ssq. 1 Tim. 5, 17 **32** Eccli. 7, 31-33 Matth. 10, 40 Luc. 10, 16 Joh. 13, 20 Chrysost. ho. 2 in 2 Tim. *PG 62*, 609 B-12 D et 65 in Gen. *PG 54*, 564 A *sq.* 565 A — Origen. ho. 7 in Ez. *PG 13*, 721 D *ssq.*: *CB 33*, 393 *sq.* — Bernard. ser. 66 in Cant. *PL 183*, 1100 A *ssq. n.* 11 — Augustinus ep. 137 *PL 33*, 271 AD *ep.* 78 *c.* 6, 8: *CV 34/II*, 340 sq. 342-44 **34** ssq. Matth. 23, 2 sq. August. ser. 49 de verb. Dom. *PL 38*, 757 A-58 A *c.* 6 *sq.* — Chrysost. ho. 85 in Joh. *PG 59*, 471 D-72 D *ho.* 86

servate et facite; secundum autem eorum opera nolite facere; dicunt enim et non faciunt."

Caeterum inter malos delectus quidam habendus est, ut, quod ad munus autoritatemque docendi spectat, illis tantum fidem obedientiamque deberi intelligamus, qui ab episcopis legitime ordinati ac missi sanam ecclesiae doctrinam profitentur; ab aliis vero, ut hostibus et pestibus sedulo caveamus.

Qua de re sapientissime monet atque hunc in modum docet antiquissimus IRENAEUS: Iis, qui in ecclesia sunt, presbyteris obaudire oportet et, qui successionem habent ab apostolis et, qui cum episcopatus successione charisma veritatis acceperunt; reliquos vero, qui absi-
105[r] stunt a ‖ principali successione, quocunque loco colliguntur, suspectos habere vel quasi haereticos et malae sententiae vel quasi scindentes et elatos. Nec multo post: Ab omnibus talibus absistere oportet; adhaerere vero his, qui apostolicam, sicut praediximus, doctrinam custodiunt et cum presbyterii ordine sermonem sanum et conversationem sine offensa praestant ad confirmationem et correctionem reliquorum. Haec Irenaeus ille, qui sancti Ioannis evangelistae discipulum Polycarpum praeceptorem audivit. Nec aliter TERTULLIANUS docet, qui haereticis hoc exprobrat dicens: Ordinationes eorum temerariae, leves, inconstantes. Nunc neophitos collocant, nunc saeculo obstrictos, nunc apostatas nostros, ut eos gloria obligent, quia veritate non possunt. Nusquam facilius proficitur quam in castris
[105[v]] rebellium, ubi ipsum esse illic promereri est. Itaque alius hodie episcopus, cras alius; hodie diaconus, qui cras lector; hodie presbyter, qui cras laicus. Nam et laicis sacerdotalia officia iniungunt. Hucusque Tertullianus perpulchre nobis depingens non suae tantum, sed huius etiam aetatis praeposteros mores et prophanos in turbandis sacris ordinandisque ministris conatus sectariorum ostendens.

VIII.

128 Quae virtus est huius sacramenti et quis effectus? *123*

Eximia certe virtus est et effectus multiplex. Nam qui septem his ordinibus, quos diximus, rite initiantur Dei consequuntur gratiam et potestatem spiritualem, ut, quae ad ordinum ipsorum functiones proprias pertinent, salubriter exsequantur ac inter Deum Deique ‖ populum idonei ministri sint consti- 106[r]
tuti. Unde AMBROSIUS: In loco ordinis officii ecclesiastici positus gratiam habet, qualisvis sit non utique propriam, sed ordinis per efficaciam Spiritus sancti.

Habent praeterea iidem ordinati certum ex eo et illustre testimonium, quo se ministeriaque sua commendent et comprobent aliis. Ita fit, ut iis ordinibus insigniti et in ministerium ecclesiae segregati recte cognoscantur et suo in loco habeantur meritoque honorentur. Vae autem iis, quos non Aaronis a Deo vocati exemplum impellit, sed novandarum rerum studium ac animi tumor ad instar Oziae regis ad sacerdotalis dignitatis munera quomodocunque occupanda ac arripienda praecipitat. In quos divinus ille sermo recte competit: „Non mittebam prophetas et ipsi currebant; non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant."

Et hos non ecclesiae ministros habendos, [106[v]]
sed uti fures, latrones, vulpes, canes et lupos cavendos esse scriptura monet; quoniam illi ‚non per ostium ingrediuntur,' sed aut propria temeritate aut propter magistratus duntaxat civilis vel turbae popularis favorem ecclesiastica munia sibi sumunt absque legitima quidem vocatione et ordinatione in sacra illa

---

A **30** leves] et *add. HL* 1-5 **39** officia] munera *L* 6

B **22** insigniti] insignes *GK* 1. 2 **25** honoremur *J* 3-5 **31** ssq. Non — prophetabant *om. K* 2 **40** quidem *om. G* 5

A **12** IRENAEUS *c. haer.* li. 4 c. 43 *PG 7*, 1053 C *sq. c.* 26 *n.* 2 Vide eundem li. 3 c. 2 et 3 *PG 7*, 847 A *n.* 2 848 B-51 B *n.* 2 **20** IRENAEUS *c. haer.* li. 4 c. 44 *PG 7*, 1054 C *sq. n.* 4 **28** TERTULL. li. de praescript. adv. haeret. *c.* 41 *PL 2*, 56 *sq.* (68 B sq.) **38** Vide et EPIPHAN. haeres. 42 et 49 *PG 41*, 700 D sq. *n.* 4 881 A *n.* 2: *CB 31*, 100 243

B **10** sq. Conc. FLOR. MSI *31/I*, 1058 E — TRID. *sess.* 23 *c.* 1-4 *can.* 1-8 MSI *33*, 138 B-40 D: *CTrG t. IX AA 6*, 620-22 AUG. c. ep. Parm. li. 2 c. 13 *PL 43*, 70 C 72 C *n.* 28, 30: *CV 51*, 79. 81 — GREG. M. in c. 10 li. 1 Reg. *PL 79*, 299 B **15** AMBROSIASTER in 12 c. 1 Cor. *PL 17*, 245 D (259 A) *app. v.* 4 **19** Act. 6, 3-10 13, 2-5 14, 20-22 15, 2. 41 1 Tim. 4, 14 Tit. 1, 5 CYPRIANUS li. 1 ep. 6 *PL 3*, 1140 B-45 B (1187 B-93 A) *c.* 3-10: *CV 3/II*, 752-58 *ep.* 69 **25** Num. 16, 31-35 Hebr. 5, 4 1 Chron. 13, 5-10 2 Reg. 6, 6 sq. 2 Chron. 26, 16-21 **31** ssq. Jer. 23, 21 14, 14 27, 15 29, 9 **35** sq. Joh. 10, 1. 10 Cant. 2, 15 Act. 20, 29 sq. Matth. 7, 15 sq. **38** TRIDENT. sess. 23 c. 4 MSI *33*, 139 A-D *CTrG t. IX AA 6*, 621 **39** LAODIC. can. 13 MSI 2, 578 C HI *pg.* 274

munia involantes. „Quomodo autem praedicabunt, nisi mittantur"? ut segregatus ille in ministerium Paulus inquit.

Certe ordine confuso et sublato sacerdotio ecclesiastica corrueret hierarchia, quae tum ex presbyteris et aliis ministris tum vero ex episcopis recte ordinatis constat; nec esset ecclesia, quod dicitur „castrorum acies ordinata" nec veri et legitimi ecclesiae ministri internoscerentur; praeterea docendi mu-
107r nus et autoritas vilesceret, sa- ‖ cramentorum dispensatio infide praepostereque curaretur ac vana etiam foret; functiones demum ecclesiasticae perturbarentur atque, sicut res nunc ipsa nimium docet, novae falsaeque doctrinae per novos istos falsosque sponsae ministros gliscerent; unde gravibus etiam et exitialibus motibus, quos experimur identidem ecclesia concuteretur. Quapropter apostolus Paulus non modo gradus ministrorum in ecclesia diversos posuit, verum etiam quam salutares ac necessarii essent, adiunxit, ut affirmet divinitus eos esse datos ecclesiae, quemadmodum antea dictum fuit: „Ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi" et „ut iam non simus parvuli fluctuantes et circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris."

Et est profecto illustris haec nota ecclesiae multoque certissi- ‖ ma, quod videmus [107v]
perpetuam illam nullaque hactenus aetate interruptam episcoporum ac legitimorum in ea ordinum successionem, quos Deus in ea ad huius regni sui gubernationem integram collocavit. Eoque magis ministrorum isthaec institutio tanquam nexus firmissimus ecclesiae et conservandae unitatis pulcherrimum vinculum sedulo retinenda et in malis etiam ecclesiae ministris (uti diximus) propter divinam ordinationem est usque honoranda. Quod Augustinus intelligens: In illum, inquit, ordinem episcoporum, qui ducitur ab ipso Petro usque ad Anastasium, qui nunc eandem cathedram sedet, si quisquam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil praeiudicaret ecclesiae et innocentibus christianis, quibus Dominus providens, ait de praepositis malis: ‚Quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite.' Haec Augustinus.

A **3** ministerium] mysterium *K* 2

A **1** sq. Rom. 10, 15 Act. 13, 2 **4** Vide Leonem M. ep. 87 ad episc. African. *PL 54*, 647 A *ep.* 12 *c.* 11 *cfr.* Gr. *c.* 5 *D. 61* — et Gregor. M. li. 4 ep. 12 *PL 77*, 785 C sq. *li.* 5 *ep.* 54 *cfr.* Gr. *c.* 7 *D. 89* *MG Epp. 1*, 371 *(V*, 59*)* *Ps.* Dionys. Areop. li. de eccl. hier. *PG 3*, 500 D *sq.* 508 C *sq. c.* 5 *§* 1, 7 **8** Cant. 6, 3 **20** 1 Cor. 12, 28-30 **24** ssq. Eph. 4, 12. 14

B **12** Irenaeus *adv. haer.* li. 3 c. 3 *PG 7*, 848 B-51 B *n.* 2 et li. 4 c. 43 *PG 7*, 1053 C sq. *n.* 2 — Optatus c. Donat. li. 2 *PL 11*, 946 B-50 A *n.* 2, 3: *CV 26*, 36 *sq.* **16** Augustinus ep. 165 *PL 33*, 196 B *ssq. ep.* 53 *c.* 1 *n.* 2, 3 *CV 34/II*, 153 *sq.* et ep. 42 *PL 33*, 1027 D *sq. ep.* 232 *n.* 3: *CV 57*, 513; item c. ep. fundam. c. 4 *PL 42*, 175 B *sq. n.* 4: *CV 25/I*, 196 et in Ps. c. partem Donati *PL 43*, 30 C — Tertull. de praescript. haeret. *PL 2*, 49 A *sq.* (58 B *sq.*) *c.* 36 — August. ep. 165 *PL 33*, 197 A *ep.* 53 *c.* 1 *n.* 3: *CV 34/II*, 154. Vide eundem c. litt. Petil. Donat. li. 2 c. 51 *PL 43*, 300 C *n.* 118: *CV 52*, 88 **23** sq. Matth. 23, 3

108r

7. DE MATRIMONII SACRAMENTO.

I.

129 **Quid est matrimonium?** *124*

Matrimonium est legitima viri feminaeque coniunctio ad consuetudinem vitae individuam inter ipsos coniuges transigendam divinitus instituta.

Legitima inquam, ut et mutuus amborum consensus accedat et gradus, quos vocant, consanguinitatis et affinitatis aliaque id genus matrimonium vel prohibentia vel dirimentia minime intercedant.

Cuius quidem coniugalis coniunctionis, si primarium autorem quaeris, Deus est opti-

B **2** ut et] ut *HL*

A **5** August. in li. de fide et op. c. 7 *PL 40*, 203 B *sq. n.* 10: *CV 41*, 45 *sq.* et li. 1 de nupt. et concupisc. c. 10 et 21 *PL 44*, 420 A *ssq.* 427 C *n.* 11, 23: *CV 42*, 222 *sq.* 236 Li. de bono coniugali c. 24 *PL 40*, 394 B *ssq. n.* 32: *CV 41*, 226 *sq.* — Ambrosiaster in c. 5 Ephes. *PL 17*, 399 B (421 C) *app. vers.* 31, 32 — Petrus Damianus ser. 1 de dedicat. *PL 144*, 902 A *sq. ser.* 69 — Lucius III. in 5 Decret. tit. 7 c. 9 Fdbg. col. 780 sq. — Concil. Constantiense sess. 15 art. 8 Msi *27*, 754 B — Trident. sess. 24 can. 1 Msi *33*, 150 C: *CTrG t. IX AA 6*, 967

B **2** Gen. 24, 57 sq. Tob. 7, 15-17 Ambros. de institut. virg. c. 6 *PL 16*, 316 C (331 A) *n.* 41 **4** *Ps.* Calixt. I. ep. 2 *PG 10*, 128 A *sq. n.* 4 Hi pg. 140 — Lateran. IV. can. 50 Msi *22*, 1035 E-38 C *c.* 50 — Tridentinum sess. 24 can. 3 et 4 et de reformat. matrim. c. 2-5 Msi *33*, 150 DE 153 D-54 D: *CTrG t. IX AA 6*, 967 969 *sq.*

mus maximus, qui primos coniuges et humani
[108v] generis parentes in ipso para- ‖ diso coniunxit suaque benedictione cohonestavit. Sin finem institutionis spectas, est humani generis ad Dei gloriam propagatio et coniugum inter se familiaris fidusque convictus ac praeterea fornicationis in hac naturae corruptae imbecillitate devitatio.

II.

130 Qua ratione matrimonium est sacramentum? *125*

Quatenus ea coniunctio, quae inter virum et uxorem arctissima intercedit, congruum et sacrum est signum divinitus institutum, quo Christi sponsi et ecclesiae sponsae coniunctio sanctissima firmissimaque designatur.

Hoc ipsum signum christianis coniugibus, quando matrimonium rite auspicantur, ad gratiam Dei prodest accipiendam. Quae gra-
109r tia coniugibus ‖ naturalem perficit amorem, et indissolubilem unitatem confirmat eosque sanctificat, ut non modo ‹duo sint maneantque in carne una' secundum suam vocationem, verum etiam ut mutuam inter se fidem, pacem, dilectionem et consensionem maximam usque conservent. Atque ita in eis efficitur, quod Apostolus docet: „Honorabile connubium in omnibus et thorus immaculatus."

Proinde Paulus idem, ubi coniunctionis eiusmodi tractat mysterium, perspicue dixit: „Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in ecclesia." Sic et Augustinus: Non tantum, inquit, fecunditas, cuius fructus in prole est, nec tantum pudicitia, cuius vinculum est fides, verum etiam quoddam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Unde dicit Apostolus: „Viri, diligite uxores vestras, sicut et Chri-
stus dile- ‖ xit ecclesiam" et rursus: In nup- [109v]
tiis plus valet sanctitas sacramenti, quam fecunditas uteri.

III.

131 An dirimi unquam potest matrimonium? *126*

Matrimonium dirimi non posse, sed illius nexum indissolubilem esse primi hominis verba illa demonstrant: „Relinquet homo patrem suum et matrem et adhaerebit uxori suae; et erunt duo in carne una." Quam rem Christus quoque confirmavit, cum Adae verba veluti divina repeteret illud etiam adiungens: „Quos Deus coniunxit, homo non separet." Atque alibi docet: „Omnis, qui dimittit uxorem suam et alteram ducit, moechatur; et qui dimissam a viro ducit, moechatur." Hanc porro Dei legem et inviolabilem ordinationem de perpetua coniugalis nexus firmitate Paulus illustrans: „His" ait „qui matrimonio iuncti sunt, praecipio non ego, sed Dominus uxorem a viro non discedere; quod si discesserit, manere ‖ innuptam aut viro suo 110r
reconciliari. Et vir uxorem non dimittat." Ac postea subiicit: „Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius vivit."

Et si igitur nulla etiam speretur proles et quaelibet vitae incommoda durissimique casus accedant, tamen contractum semel matrimonium valet adeoque ratum et firmum

A **19** sq. ad] et *H*5 ad — prodest] prodest ad gratiam Dei *G*3 **23** duo *om. G*3
B **7** uteri] ventris *GK*1.2 **19** Quos] Quod *HL* **20** dimiserit *GK*1.2 **25** Paulus *om. L*2 illustratus *J*2-5

A **2** Gen. 2,21-24 Matth. 19,4-8 1 Cor. 7,2-6,10 sq. Eph. 5,22-33 **5** Gen. 2,21-24 **6** Chrysost. ho. 20 in ep. ad Eph. in morali exhortat. *PG 62*,135-50 **7** sq. 1 Cor. 7,2-6.10 sq. August. li. 9 de Gen. ad litt. c. 7 *PL 34*,397 C *sq.*: *CV 28/1*,275 *sq.* — Chrysost. Ps. 43 *PG 55*, 181 C *sq.* **13** Ambrosiaster in c. 5 Eph. *PL 17*,399 B (421 C) *vers.* 31,32 *app.* Gr. *c.* 4 *D. 32 qu.* 2 — August. ut supra *PL 33*,197 A *ep.* 53 *c.* 1 *n.* 3 *CV 34/II*,154 — Concil. Florent. Msi *31/I*,1058 E *sq.* — Trident. sess. 24 in doctr. de sacram. matrim. Msi *33*,149 E *ssq.*: *CTrG t. IX AA 6*,966 *sq.* **19** Tob. 3,16-18 6,16-22 8,9 *Ps.* Evaristus ep. 1 *PG 5*, 1047 C *ssq. n.* 2 Hi *pg.* 87 — Tridentinum *sess.* 24 c. 1 de reformat. matrim. Msi *33*,152 A-53 C: *CTrG t. IX AA 6*,968 *sq.* **21** Chrysost. ho. 20 in ep. ad Eph. *PG 62*,140 C *sq.* — Ambrosius li. 1 de Abraham c. 7 *PL 14*,442 C *ssq.* (464 C *ssq.*) *n.* 59: *CV 32/I*,540 *sq.* **23** sq. Gen. 2,24 **28** sq. Hebr. 13,4 **32** ssq. Eph. 5,32 Ambrosiaster ibid. *PL 17*,399 B (421 C) *v.* 31,32 *app.* — Leo M. ep. ad Rusticum episc. Narbon. *PL 54*,1204 B *ep.* 167 — August. li. 1 de nupt. et concupisc. c. 10 et 21 *PL 44*,420 A *ssq. n.* 11 427 C *n.* 23: *CV 42*,222 *sq.* 236
B **4** sq. Eph. 5,25 **5** ssq. August. li. de bono coniug. c. 18 *PL 40*,388 B *n.* 21: *CV 41*,215 **14** ssq. Gen. 2,24 **19** Matth. 19,6 Marc. 10,9 Origenes ho. 7 in Matth. *PG 13*,1245 A *sq.* 1249 A *tom.* 14 **20** ssq. Luc. 16,18 Marc. 10,11 sq. Rom. 7,2 sq. Canon Ps. Apost. 48 Tur *I/1*,31 Hi 30 — Ambros. in c. 16 Luc. *PL 15*, 1766 B-67 A (1856 D *sqq.*) *li. 8 n.* 4-6: *CV 32/IV*,393 *sq.* **25** ssq. 1 Cor. 7,10 sq. August. de adult. coniug. li. 2 c. 5 et 9 *PL 40*,473 B *ssq.* 476 B *sq. n.* 8: *CV 41*,386 *sq.* 391 — *Ps.* August. ho. 49 ex 50 *PL 39*,1710 C *sq. ser.* 392 *c.* 2 — Concil. Milevitanum c. 17 Msi *4*,331 C Hi *pg.* 318 **30** sq. Ibid. = *1 Cor. 7*,39 et Rom. 7,2 **32** August. de bono coniug. c. 7,15,18,24 *PL 40*,378 B *ssq.* 385 A *sq.* 388 B 394 B *ssq. n.* 6,7,17,21,32: *CV 41*,196 *sq.* 209 215 226 — Hieron. in epitaph. Fabiolae ad Ocean. ep. 30 *PL 22*,691 C-92 C *ep.* 77

est, si praesertim sit consummatum, ut usque indissolubile in omni vita perseveret. Unde non potest alter coniugum ab altero in universum divertere, nisi forte priusquam inter coniuges carnale commercium intercesserit, religiosae vitae institutum suscipiatur. Ubi vero causae quaedam offerunt sese, ob quas aliquando coniuges separentur, non idcirco vinculum solvitur, sed thori et cohabitationis communitas, quae antea fuit, impeditur.

Cuius rei causam in Christo ipso statue- [110v] mus, qui summa, per- ‖ petua et inseparabili prorsus unione ecclesiam, sponsam illam unicam semperque charissimam sibi adiunxit atque copulavit. Neque solum haec ipsa, quae inter virum et uxorem est, coniunctio vinculi coniugalis habet firmitatem, verum etiam omnem inde polygamiam, ne uni videlicet viro plures nubant aut una pluribus detur maritis, penitus excludit. Quare Christus, ut matrimonium et certius confirmaret et ad puriorem primaevumque illum statum revocaret, significanter dixit: „Erunt duo in carne una." Et rursum: „Iam non sunt duo, sed una caro."

IIII.

132 **Estne permissum omnibus** *127* **matrimonium?**

Minime. Tradiderunt enim sancti apostoli, ut Epiphanius inquit, peccatum esse post decretam votoque firmatam virginitatem ad nuptias converti. ‖ Idque tale ac tantum esse pec- 111r catum asserit Hieronymus, ut dicat virgines, quae post consecrationem nupserint, non tam adulteras quam incestas esse. Et Augustinus ait: Virgo, quae si nuberet, non peccaret, sanctimonialis si nupserit, Christi adultera reputabitur. Respexit enim retro de loco, quo accesserat.

Proinde quod Apostolus habet: „Melius est nubere quam uri" prout Ambrosius diserte pronuntiat, ad non pollicitam ad nondum velatam pertinet. Caeterum, quae se spopondit Deo et sanctum velamen accepit, iam nupsit, iam immortali iuncta est viro; et si iam voluerit nubere communi lege coniugii, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Sic Ambrosius. Unde semper laudatum fuit Ioviniani imperatoris rescriptum et a Iustiniano imperatore in codicem relatum, quod sic habet: ‖ Si quis, non dicam rapere, sed atten- [111v] tare tantum iungendi causa matrimonii sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali poena feriatur.

Iam de monachis et sacris ordinibus initiatis eadem ratio, idem iudicium est prorsus; damnationem enim habent, si laxatis libidini habenis primam fidem Deo et ecclesiae datam fefellerint seu, ut Apostolus loquitur,

B **13** non *om. L* 2 **16** iuncta] nupta *GK* 1.2

A **6** c. 2 et 14 X (III, 32): Fdbg. col. 579 583 **9** sq. Trident. sess. 24 can. 6 Msi *33*, 151 A: *CTrG t. IX AA 6*, 967 Florentinum Msi *31/I*, 1059 A — Tridentinum sess. 24 can. 7 et 8 Msi *33*, 151 A *et* B: *CTrG t. IX AA 6*, 967 August. de adult. coniug. li. 1 c. 11 *PL 40*, 458 D *n.* 12: *CV 41*, 360 **13** Eph. 5, 23-27. 29 sq. 33 Cant. 5, 1. 2. 9 **23** Isidorus de Offic. eccl. li. 2 c. 19 *PL 83*, 810 B *sq. c.* 20 *n.* 3, 4 — Tridentinum sess. 24 can. 2 Msi *33*, 150 D *CTrG t. IX AA 6*, 967 **18** sq. Gen. 2, 24 Matth. 19, 5 sq. Marc. 10, 8

B **1** Epiph. haer. 61 c. Apost. *PG 41*, 1048 B *sq.*: *CB 31*, 386 *sq. n.* 6 **4** Hier. c. Jov. li. 1 *PL 23*, 229 C (240 A) *n.* 13 Gr. *c.* 6 *D. 1 de poenit.* — *Ps.* Basil. de virg. *PG 30*, 745 C 748 B *n.* 37, 39 et Basil. M. ep. 185 ad virg. laps. *PG 32*, 572 B 573 B 576 AC *ep.* 46 *n.* 2-4 **6** August. in Ps. 83 *PL 37*, 1058 A *sq.* Vide eundem in Ps. 75 *PL 36*, 967 B *ssq. n.* 16 et de bono viduit. c. 8, 9, 11 *PL 40*, 437 BD 439 A *sq. n.* 11, 12, 14: *CV 41*, 317 *sq.* 320 — Oecumen. in 1 Cor. 7 *PG 118*, 737 D *sq.* — Cyprian. li. 1 ep. 11 *PL 4*, 368 A *sq.* 370 A (379 A 381 A) *ep.* 72 *c.* 3, 4: *CV 3/II*, 475 476 *ep.* 4 **11** sq. 1 Cor. 7, 9 **19** *Ps.* Ambros. li. ad virg. laps. c. 5 *PL 16*, 372 A-73 A (388 A *ssq.*) *n.* 19-21 Hieron. c. Jovinian. li. 1 *PL 23*, 229 C (240 A) *n.* 13 — August. de adult. coniug. li. 1 c. 15 *PL 40*, 461 A *n.* 16 *CV 41*, 364 et de bono viduit. c. 8 *PL 40*, 437 B *n.* 11: *CV 41*, 317 — Oecumenius in 1 Cor. 7 *PG 118*, 737 D *sq.* Isidor. de Offic. eccl. li. 2 c. 17 *PL 83*, 805 D *c.* 18 — Leo M. ep. 92 ad Rusticum c. 14 *PL 54*, 1207 B *ep.* 167 Sozomenos hist. eccl. li. 6 c. 3 *PG 67*, 1300 A *c.* 3 — Nicephorus *hist. eccl.* li. 10 c. 39 *PG 146*, 572 B **22** sq. *Lex* 5 *C I 3:* Gr. *c.* 6 *D. 1 de poenit.* **26** Basil. M. qu. 14 diff. expl. *PG 31*, 949 C *ssq.* item ser. 1 de institut. monachorum *PG 31*, 872 C *sq. n.* 2 et Constitut. monast. c. 22 *PG 31*, 1396 B *sq. c.* 21 *n.* 2 et ep. ad monach. laps. *PG 32*, 360 D *ssq.* 364 C *ep.* 44 — Chrysost. ep. 6 ad Theodor. laps. *PG 47*, 312 B *ssq. li.* 2 Leo M. ep. 92 c. 13, 14, 15 *PL 54*, 1207 B 1208 A *ep.* 167, 1207 *nota K in calce* — August. in Ps. 75 *PL 36*, 968 A *sq.* et ser. 1 de communi vita cleric. *PL 39*, 1573 A *ssq. ser.* 355 *c.* 4 — Synod. Chalced. c. 16 Msi 7, 377 D *sq.* Hi 286 — Epiphanius haeres. 59 *PG 41*, 1024 A *ssq. n.* 4: *CB 31*, 367 *sq.* et in compendio doctrinae *PG 42*, 824 B *n.* 21 — Hieron. c. Jovinian. li. 1 *PL 23*, 257 A *sq.* (268 D *sq.*) et adv. Vigilant. *PL 23*, 340 B *sq.* (355 C *sq.*) *n.* 2 — August. de adult. coniug. li. 2 c. 20 *PL 40*, 486 B *sq. n.* 22: *CV 41*, 409 — Gregor. M. li. 3 ep. 34 *PL 77*, 710 C *ssq. li. 4 ep.* 36: *MG Epp. 1*, 269 *sq. (IV, 34)* — Leo M. ep. 92 ad Rustic. c. 3 *PL 54*, 1204 A *ep.* 167 et ep. 4 c. 4 *PL 54*, 672 B *ep.* 14 *c.* 4 — Bernard. ser. 65 in Cant. *PL 183*, 1092 B *sq.* — Trident. sess. 24 can. 9 Msi *33*, 151 C: *CTrG t. IX AA 6*, 968

„irritam" fecerint: qui ultro se abdicarunt coniugio, dum servandum perpetuo coelibatum aut voto expresse nuncupato firmarunt aut sacrorum ordinum susceptione saltem tacite comprobarunt atque testati sunt.

112r Audiant igitur verbum Dei: „Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere" et „Quodcunque voveris, redde." Tum alibi: „Vovete et reddite domino Deo vestro." Quin et Christus ipse docet: „Nemo mittens manum ad aratrum et respiciens retro aptus est regno Dei."

V.

133 **Cogit igitur ad coelibatum quosdam ecclesia?** *128*

Non cogit sane pia providaque mater, quae legem coelibatus nemini imponit; ab iis vero, qui legem eam, uti dictum est, ultro receperunt exigit, ne solvant religionem neve conventionem, quam cum Christo et eius ecclesia sancte iniverunt, violent atque rescindant.

Merito igitur urgentur illi stare promissis et servare, quod semel firmiter amplexi sunt, consilium evangelicum, de quo Paulus: „Et qui matrimonio iungit virginem suam bene fa-
[112v] cit" (quandiu scilicet ‖ voto coelibatus adstricta non est) „et qui non iungit, melius facit." Ac rursus: „Bonum est homini mulierem non tangere." Quocirca laudantur a Christo et in ecclesia semper apprime laudati fuerunt „eunuchi" evangelici sive, uti Tertullianus vocat, spadones voluntarii, qui seipsos propter Dei regnum castraverunt, ut sint ‚sancti corpore et spiritu' Deo in carne sine carne militantes.

Ubi duplex error nobis est valde cavendus: alter eorum, qui cum Iloviniano matrimonium sic extollunt, ut aut aequent aut anteponant hunc statum coelibatui seu virginitati, cum Paulus quidem et patres omnes aperte reclament, alter eorum, qui fingunt continentiam et coelibatum ab hominibus christianis vix posse praestari ideoque nulli eum facile suscipiendum aut sancte promittendum esse contendunt. Nec intelligunt isti ‖ evangelicae 113r gratiae ubertatem, quae talis ac tanta per Christum tot saeculis data est et quotidie datur credentibus, petentibus, quaerentibus, pulsantibus, ut hi iugum Domini suave et continentiae viam non minus sibi commodam quam salutarem experiantur. Inter quos erat et Paulus palam affirmans: „Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis; sed faciet etiam cum tentatione proventum." Quamobrem Augustinus, ubi locum illum: „Vovete et reddite domino Deo vestro" explicat, ita scriptum reliquit: Non sitis pigri ad vovendum; non enim viribus vestris implebitis. Deficietis, si de vobis praesumitis; si autem de illo, cui vovetis, vovete, securi reddetis. Et idem alibi: Felix necessitas, quae ad meliora compellit.

VI.

134 **Quae est summaria doctrina superiorum?** *129*

Quae pro instituta dicta sunt hactenus bre- [113v]
vitate, eo sunt demum referenda, ut habeant simplices assertionem catholicam de septem ecclesiae sacramentis. Quae duplicis quidem

---

A **9** Quin] Nam *K* 1.2 **10** manum] suam *add. HL* manus *J* 2-5 **17** quae] quem *J* 1.2 **27** adstricta] illa *add. K* 1.2

A **1** 1Tim. 5,12 **6** Decretal. li. 3 tit. 15 **6** sq. Eccle. 5,3 **7** sq. Ibid. et Deut. 23,21-23 **8** sq. Ps. 75,12 **10** ssq. Luc. 9,62 Bernard. ep. 2 ad Fulconem *PL 182*,85B *n.* 9 — Anselmus ep. 4 *PL 159*,191A *ep.* 157 **20** Beda de tabernaculo et vasis eius li. 3 c. 9 *PL 91*,484A-D et in Luc. c. 1 *PL 92*,314A — Hieron. in c. 1 ad Tit. *PL 26*,568D *sq.* (603C *sq.*) *v.* 8,9 et in Apol. pro libris adv. Jovin. *PL 22*,500B 510D *n.* 10,21: *CV 54*, 365 386 *sq.* — Origen. ho. 23 in Num. *PG 12*,749B *sq. n.* 3: *CB 30*,215 *n.* 3 — Ambros. ep. 82 *PL 16*,1205B-1206B (1257A *ssq.*) *ep.* 63 *n.* 62-64 et li. 1 Offic. c. 50 *PL 16*,97B *sq.* (104B *sq.*) *n.* 248 — Euseb. Caes. de demonstrat. ev. li. 1 c. 9 *PG 22*,77B-81D: *CB 23*,40-43 — Vide Gr. *c.* 1,2,5,6 *D. 28 et c.* 2,3,4 *D. 82* **25** sq. 1Cor. 7,38 **27** ssq. Theophylact. ibid. *PG 124*,649D 656A — Hieron. c. Jov. li. 1 *PL 23*,229C (240A) *n.* 13 — Gregor. M. in c. 15 li. 1 Reg. *PL 77*,506A *sq. ep.* 44 — Epiph. haer. 61 *c.* 4 *PG 41*,1045A *sq.*: *CB 31*,384 *sq.* **29** sq. Ibid. *1 Cor.* 7,1 **32** Matth. 19,10-12 Is. 56,3-5 et ibid. Hier. *PL 24*,540B *sq.* 541A *ssq.* (560B *sq.* 561A) *v.* 3-5 — *Ps.* Basil. M. li. de virginit. *PG 30*, 784C 785A 672B *n.* 57,2 — August. de sancta virginit. c. 24,25 *PL 40*, 408C 409C *n.* 24,25 *CV 41*,258 *sq.* 260 *sq.* — Tertull. ad uxor. li. 1 *PL 1*,1284A *sq.* (1396A *sq.*) *c.* 6 **35** 1Cor. 7,34

B **3** Hieron. c. Jovin. *PL 23*,214B (224B) *n.* 3 — August. haer. 82 *PL 42*, 45D *sq.* — Trident. sess. 24 can. 10 Msi *33*,151D: *CTrG t. IX AA 6*,968 **5** 1Cor. 7,32-40 **13** August. Conf. li. 6 c. 11 *PL 32*,729D *n.* 20 *CV 33*,134 et 8 c. 11 *PL 32*,761B *sq. n.* 27: *CV 33*,192 *sq.* — Origen. in Matth. c. 19 *PG 13*,1249C *ssq. t.* 14 *n.* 25 — Hieron. in Matth. c. 19 *PL 26*,135C 136B (140C 141B) *v.* 11,12 — Chrysost. in Matth. c. 19 *PG 58*, 600B *sq. ho.* 62 **17** sq. 1Cor. 10,13 **20** August. in Ps. 75 *PL 36*,967B **21** Ps. 75,12 **26** August. ep. 45 *PL 33*,487A *sq. ep.* 127 *n.* 8: *CV 44*,27 *sq.* **36** sq. Concil. Florent. Msi *31/I*,1054C *sq.*

esse generis inveniuntur. Alia enim, ut priora quinque, singularem uniuscuiusque fidelis salutem promovent; alia vero, duo videlicet posteriora, multiplicando Dei populo et ecclesiae propagandae deserviunt. Utrunque autem illud ex divina nobisque necessaria institutione efficiunt.

Enimvero baptismus ad spiritualem vitam, quae in Christo est, regenerat. Confirmatio vires porro ac robur addit regenerato. Eucharistia cibus, potus ac viaticum est peregrinanti. Poenitentia praesens adversus omnes animi morbos pharmacum lapsum hominem erigit curatque vulneratum. Succe- ‖ [114r] dit extrema unctio, quae in postrema cum morte lucta munit atque consolatur emigrantem. Ordo deinde ministros praebet ecclesiae, qui sacris praesint ac superiora omnia rite procurent, dispensent, conservent et applicent. Denique matrimonium christianam gentem propagat et humanae providet incontinentiae.

Ubi etiam istud discrimen retinendum est, quod baptismus, confirmatio et ordo semel collata nunquam iterentur. Baptismus item necessario suscipitur ab omnibus; eucharistia a ratione utentibus et a relapsis poenitentia. At est arbitrarium uti reliquis, modo nullum contemnas aut, cum ita fert tempus, contra ius et aequum negligas.

Haec sunt igitur antidota divinaque remedia, quae misericordia plenus ille Samaritanus instituit et ecclesiae praepositis dis- ‖ pensanda concredidit, nimirum ad probe curandos aegros, id est, peccatores omnes in ecclesia, quoad illi, si velint, veram perfectamque sanitatem adipiscantur. Quae quidem remedia rite cognoscere, salubriter accipere atque fideliter etiam aliis applicare, non artis profecto humanae, sed christianae est sapientiae. De qua cum satis dictum sit hactenus, quemadmodum praesentis instituti ratio tulit, reliquum est, ut Christo duce ad alteram huius operis partem, quae christianam iustitiam continet, porro transeamus. [114v]

Ecclesiastici 4.

„Sapientia filiis suis vitam inspirat et suscipit inquirentes se et praeibit in via iustitiae, et qui illam diligit, diligit vitam."

A **9** est *om. K*. 1. 2

B **1** ab omnibus] omnibus *L* 1 **4** sq. contemnas — negligas] contemnas aut negligas in tempore *GK*

A **8** Joh. 3, 5 Tit. 3, 5 **9** Act. 8, 17 **10** sq. Joh. 6, 52. 58 **12** sq. Joh. 20, 23 Ez. 18, 21. 30 **15** Jac. 5, 14 sq. **17** Tit. 1, 5 1 Cor. 4, 1 sq. **20** Eph. 5, 22-32 1 Cor. 7, 2-4 **23** sq. Concil. Florent. Msi *31/I*, 1054 E *sq.* **24** sq. Trident. sess. 7 can. 9 de sacram. Msi *33*, 53 A: *CTrG t. V AA 2*, 995 — August. c. ep. Parmen. li. 2 c. 13 *PL 43*, 70 C *sq.* 72 B *n.* 28, 30: *CV 51*, 79 81 Joh. 3, 5

B **1** Trident. sess. 21 c. 4 Msi *33*, 123 B *sq.*: *CTrG t. VIII AA 5*, 699 **2** Apoc. 2, 5. 16 **7** Luc. 10, 33 sq. 1 Cor. 4, 1 sq. Joh. 20, 23 **21** Eccli. 4, 12 sq.

115r

Iuſtus pro iniuſtis mortuus.

1. Petri 3.

Ibidem.

Vt peccatis mortui, Iuſtitiæ viuamus.

[115v]

CAPUT QUINTUM.

DE IUSTITIA CHRISTIANA.

I.

135 **Quaenam pertinent ad iustitiam christianam?** *130*

Summatim duo, quae his verbis continentur: „Declina a malo et fac bonum" sicut et Esaias docet: „Quiescite agere perverse et discite benefacere." Hoc est, quod Paulus monet ‚veterem cum actibus suis exuendum et novum hominem in iustitia et sanctitate veritatis induendum' esse. Prius est in cognoscendis fugiendisque peccatis positum, quoniam ea ipsa maxima sunt mala mortalibus, posterius vero in bonis expetendis atque consectandis versatur.

Ut autem iustitiae hoc officium utrunque praestemus, Dei gratia per Iesum Christum nobis parta et promissa semperque necessaria est. Ea vero praeeun- ‖ te atque cooperante 116r efficitur id in nobis, quod Ioannes affirmat: „Qui facit iustitiam, iustus est, sicut et ille (Deus) iustus est." Addit porro: „Qui facit peccatum, ex diabolo est."

II.

136 **Quid est peccatum?** *131*

Augustino teste peccatum voluntas est retinendi vel consequendi, quod iustitia vetat et unde liberum est abstinere. Et alibi docet

A **6** Caput quintum *om. GHK* 1.2

A **2** 1 Petr. 3, 18 **3** Ibid. = *1 Petr.* 2, 24 **9** *Ps.* August. ser. 59 de temp. *PL 39*, 1863 A *app. ser.* 62 — Chrysost. in Ps. 4 *PG 55*, 52 C-53 B et ho. 16 in ep. ad Eph. *PG 62*, 111 C 112 C-13 B *n.* 1 — Prosper in li. Sentent. sent. 98 ex August. *PL 51*, 440 C **12** Ps. 36, 27 33, 15 1 Petr. 3, 11 Tob. 4, 23 **13** Is. 1, 16 sq. Eccli. 3, 32 Rom. 12, 9 **15** ssq. Col. 3, 8-10 Eph. 4, 20-32

B **8** Bernard. ser. 1 de Pentec. *PL 183*, 324 C *ssq. n.* 3, 5: *XB I/1*, 396-97 **11** August. de gratia et lib. arbitr. c. 9, 15 et 16 *PL 44*, 893 D *sq.* 899 C *ssq.* 900 D *sq.* item in Ench. c. 32 *PL 40*, 248 B — Hier. c. Jov. li. 2 *PL 23*, 286 D *sq.* (299 C) *n.* 3 — Conc. Trident. sess. 6 can. 2 Msi *33*, 40 A *sq.*: *CTrG t. V AA* 2, 797 **13** ssq. 1 Joh. 3, 7 *sq.* **19** Aug. li. de duab. anim. c. 11 *PL 42*, 105 A *n.* 15: *CV 25/1*, 70 et li. 1 Retr. c. 13 et 15 *PL 32*, 604 A *sq.* 609 D 610 C *CV 36*, 75 76 78 *n.* 5, 6, 9 *et pg.* 60 *sq. n.* 6 **21** August. li. de Gen. ad litt. imp. c. 1 *PL 34*, 221 B *sq. n.* 3: *CV 28/1*, 460 c. Faust. li. 22 c. 27 *PL 42*, 418 C: *CV 25/1*, 621 c. 2. ep. Pelag. li. 1 c. 13 *PL 44*, 563 A *n.* 27: *CV 60*, 445

peccatum esse dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei. AMBROSIUS vero: Quid est peccatum, inquit, nisi legis divinae praevaricatio et caelestium inobedientia praeceptorum?

III.

137 **Quotuplex vero peccatum est?** – Triplex: Originale, mortale ac veniale.

Primum originale vocamus, quod a primo [116v] humani ge- ‖ neris parente Adam transfusum nobisque in ipsa conceptione contractum per baptismum in Christo tollitur. De quo Paulus in hunc modum: „Per unum hominem" inquit „peccatum in hunc mundum intravit et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt." Et rursus ad baptizatos loquens, ut vim christiani baptismi ad hoc quoque peccatum expiandum porrigi ostenderet, aperte testatur: „Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi et in Spiritu Dei nostri."

Mortale vero est peccatum (ut vocant) actuale, quod vitam spiritualem eripit ac mortem adfert animae peccantis, quae mors et a Deo Deique regno separat et supplicio aeterno dignum facit. Unde scriptum est: „Stipendia peccati mors." Iniustitia mortis est acquisitio. „Impii autem manibus et verbis accersierunt illam."

117r Demum veniale peccatum est actuale quidem, sed quod Dei inimicum hominem non efficit, cuiusque a Deo venia fidelibus facile impetratur. De hoc Ioannes dixit: „Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est." Nam et Iacobus aperte fatetur: „In multis offendimus omnes." Et si Sapienti credimus: ‚septies cadet iustus in die et resurgit.'

Iam vero peccatum unum altero esse gravius constat; et quidem graviori poenam maiorem deberi non solum humanae, sed etiam divinae est iustitiae consentaneum. Proinde Christus inter culpam poenamque scienter ac ignoranter peccantis ita discrevit: „Ille servus" inquit „qui cognovit voluntatem Domini sui et non se praeparavit et non fecit secundum voluntatem eius, plagis vapulabit multis; qui autem non cognovit et fecit digna plagis, vapulabit paucis." Alibi vero idem de pecca- ‖ to irae eiusque gradibus loquens hanc [117v] tulit sententiam: „Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennae ignis." Ubi per gradus culpae crevit ordo sententiae, ut GREGORII verbis utamur, dum ira sine voce iudicio, ira in voce concilio, ubi causae sententia definitur, ira vero in voce atque sermone gehennae ignibus mancipatur.

IIII.

138 **Quare peccatum est fugiendum?** *132*

Primum, quia Deus „nemini mandavit impie agere et nemini dedit spatium peccandi" sed ‚odit omnes, qui operantur iniquitatem' ut aperte scriptura testatur. Nec est quicquam Deo magis invisum ac exosum, qui ‚diligit alioquin omnia, quae sunt' et praeter peccatum nihil odio atque supplicio persequitur illudque nec in ‖ caelo nec in terra sinit im- 118r punitum abire.

Deinde peccatum, ne parum execrandum videatur, Christo domino, qui alioquin peccatum non fecit, causam praebuit subeundae crucis et acerbissimae mortis perferendae. Etenim „ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra;" - „posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum." - „Ipse est propitiatio pro

A **12** humani *om. L* 1-5 **35** facile *om. J* *B* **42** ssq. ipse — mundi *om. K* 1.2

A **2** AMBR. li. de parad. c. 8 *PL 14*, 292D (309B) *n.* 39: *CV 32/I*, 296 — AUG. de cons. ev. li. 2 c. 4 *PL 34*, 1077B *n.* 13: *CV 43*, 94 — BEDA in c. 3 ep. 1 Joh. *PL 93*, 100A *sq.* **10** AUGUST. in Ench. c. 64 *PL 40*, 262A *ssq.* **11** TRID. sess. 5 MSI *33*, 27A-29B: *CTrG t. V AA* 2, 238-40 **13** Ps. 50, 7 **15** ssq. Rom. 5, 12 **22** ssq. 1 Cor. 6, 11 **27** sq. 1 Cor. 6, 9-11 Gal. 5, 19-21 Apoc. 21, 8 **30** Rom. 6, 23 **31** sq. Sap. 1, 16 **36** ssq. 1 Joh. 1, 8 AUGUST. c. duas ep. Pelag. li. 3 c. 3 *PL 44*, 589D *n.* 4: *CV 60*, 488 **39** sq. Jac. 3, 2 **41** Eccle. 7, 21 Prov. 24, 16 **42** sq. Joh. 19, 11

B **1** AUGUST. de civ. Dei li. 21 c. 16 *PL 41*, 731A: *CV 40/II*, 548 et ser. 18 de verb. Apost. *PL 38*, 879C *sq. ser.* 161 **5** ssq. Luc. 12, 47 sq. **12** ssq. Matth. 5, 22 **17** GREGOR. 21 Moral. c. 5 *PL 76*, 194C — AUGUST. in li. de ser. Domini in monte c. 19 *PL 34*, 1240C *ssq. c.* 9 **26** sq. Eccli. 15, 21 **28** Ps. 5, 7 Eccli. 12, 7 Sap. 14, 9 Prov. 15, 9 Ex. 23, 7 **30** sq. Sap. 11, 25 **33** sq. Is. 14, 11-15 2 Petr. 2, 4-11 Lev. 26, 14-33 Deut. 28, 15-23 ssq. **36** BERNARD. ser. 3 de Nat. Domini *PL 183*, 125A *n.* 4: *XB I/1*, 127 **39** sq. Is. 53, 5 sq. **42** ssq. 1 Joh. 2, 2

peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi." Ac propterea quidem „lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo" ut quotquot „cum ipso per baptismum in mortem consepeliuntur' hi „peccatis mortui iustitiae vivant' ac „in novitate vitae per ipsius gratiam ambulent' continenter. Caeterum qui post acceptam in baptismo Christi gratiam iterum voluntarie peccant, in Christum peccant, Christum persequuntur, Christum denuo crucifigunt, quos [118v] Christo iusto iudici poenas maiores quam sceleratos ethnicos dare oportebit. Sic enim Paulus docet: „Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quaedam expectatio iudicii." De quibus et apostolus Petrus dixit: „Melius erat illis non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato." Quare „qui stat, videat, ne cadat;' nam cadendo posteriora prioribus deteriora fiunt. Praeterea: „Qui faciunt peccatum et iniquitatem, hostes sunt animae suae" si Raphaëli credimus. Nam „homo per malitiam occidit animam suam." - „Anima, quae peccaverit, ipsa morietur." Nihil autem ea morte infelicius, qua homo a sanctorum omnium consortio, ab angelorum et caelitum gaudio atque ab ipso denique summo et aeterno bono, in cuius cognitione ac fruitione sane omnis salus et per- 119r fecta hominis beatitudo consistit, in aeternum separatur.

Adhaec ea peccati natura est atque malignitas, ut non solum a Deo Deique gratia et gloria homines etiam iustos abducat, sed praeterea summis aeternisque malis cum corporis tum animae subiicit; nec solum in hac, sed etiam in futura vita infelicissimos reddit, ut in potestatem daemonum redacti suppliciis gravissimis et malis omnibus perpetuo addicantur.

Hinc notanda sunt in scripturis sacris, quae passim de reprehensis ac punitis peccatoribus exempla proferuntur, ut de Cain, Pharaone, Nabuchodonosore, Sodomitis, Aegyptiis, Israëlitis et caeteris, quorum scelera iustus Deus miris ac horrendis modis est persequutus. Observandae quoque sententiae, quae peccatorum pestes fugiendas et execrandas docent, ut: „Qui facit pecca- ‖ tum, [119v] servus est peccati." - „Odio sunt Deo impius et impietas eius." - „Miseros facit populos peccatum." - „Quasi a facie colubri fuge peccata." - „Non Deus volens iniquitatem tu es; neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos." - „Qui in uno peccaverit, multa bona perdet."- „Omnibus diebus vitae tuae in mente habeto Deum et cave, ne aliquando peccato consentias et praetermittas praecepta Dei nostri."

Haec eo spectant, ut aequissimum peccatorum vindicem Deum homo cognoscat, cognoscendo timeat, timendo caveat, saluti suae et cavendo poenas evadat horribiles peccatorum. „Multa enim flagella peccatoris."

V.

139 **Quae via ad peccati foveam ducit?** *133*

Tribus praecipue gradibus ad peccatum pervenitur: suggestione, delectatione, consensu.

Suggestione quidem hostis, dum nobis prava ingeritur co- ‖ gitatio sive tentatio a 120r

A **12** maiores] minores *G* non minores *HL* haud minores *K* 1.2 **23** deteriora] dexteriora *J* 1.2
B **2** reddat *G* 3 **4** abdicantur *J* **24** praecepta] Domini *add. L*

A **3** sq. Apoc. 1,5 **4** sq. Rom. 6,2-4 **6** sq. 1 Petr. 2,24 Rom. 6,4 **14** ssq. Hebr. 10,26 sq. **18** ssq. 2 Petr. 2,21 **21** ssq. 1 Cor. 10,12 Luc. 11,26 Matth. 12,45 **24** sq. Tob. 12,10 **26** sq. Sap. 16,14 **27** Ez. 18,4 Jac. 1,15 Ps. 35 = *33*, 22 Rom. 6, 23 **30** sq. Matth. 7, 23 25,41 Luc. 13,27 Ps. 6,9 CHRYSOST. ho. 24 in Matth. *PG 57*, 317B *ssq. tom.* 23 et 48 ad pop. Antioch. *Ed. Paris.* 1570 *tom. V*, 283A *(dub.)* item ep. 5 ad Theodor. laps. *PG 47*, 292D *li.* 1 **37** Ez. 18, 24-26 33, 12 sq.

B **1** sq. Judith 5, 18-23 Ex. 22 = *32*, 33 sq. Num. 14, 22-29 Eccli. 21, 4 Ps. 10, 7 Luc. 16, 22-24 **8** Gen. 4, 10-12 **9** Ex. 14, 27 sq. Dan. 4, 28-30 Gen. 19, 24 sq. Ez. 16, 49 sq. Ex. 7, 8, 9, 10, 12, 14 **10** Deut. 32, 22-26 Num. 16 **14** sq. Joh. 8, 34 **15** sq. Sap. 14, 9 **16** sq. Prov. 14, 34 **17** sq. Eccli. 21, 2 **18** ssq. Ps. 5, 5 sq. **21** Eccle. 9, 18 **22** ssq. Tob. 4, 6 Vide CHRYSOST. ho. 8 ad pop. Antioch. *PG 49*, 99A *sq. n.* 1,2 ho. 17 in Gen. *PG 53*, 136A *sq.*; ho. 51 in Joh. *PG 59*, 292B *sq. ho.* 52 et ho. 37 in Joh. *PG 59*, 211C-12C *ho.* 38; ho. 28 in ep. ad Romanos *PG 60*, 651C ho. 41 in Act. *PG 60*, 292D *sq.* et ho. de Jona propheta *PG 49*, 309D *sq. de poenitent. ho.* 5 BASILIUS M. ho. in Ps. 33 *PG 29*, 364B n. 5 — AUGUSTIN. proposit. 42 ex ep. ad Romanos *PL 35*, 2071A **29** Ps. 31, 10 **35** AUGUST. li. 1 de ser. Domini in monte c. 23 *PL 34*, 1246A *ssq. c.* 12 *n.* 33-35: GR. *c.* 21 *D.* 2 *et c.* 2 *D. 6 de poenit.* et li. 12 de Trin. c. 12 *PL 42*, 1007D *ssq.* — GREGOR. M. ho. 16 in ev. *PL 76*, 1135C *sq.* et li. 4 Moral. c. 27 *PL 75*, 661B *sq.*

mundo, carne, vel satana; delectatione autem nostra, dum animo iam nimium adlubescit, quod prava suggessit tentatio; demum et proprio consensu, dum in peccatum ipsum voluntas allecta consentit deliberate, ex quo sane consensu peccatum iam consummatur, ut hominem non modo immundum iniquumque faciat et spiritualiter occidat, verum etiam coram Deo gehennae obnoxium reddat, etiamsi non semper opere perpetretur. Unde non temere dictum est illud: In suggestione semen, in delectatione nutrimentum, in consensu perfectionem inesse peccati.

Quod si exactius consideremus, qui soleant gradus esse peccati, imprimis oritur ex suggestione cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione consensus, ex consensu operatio, ex opera-‖tione [120v] consuetudo, ex consuetudine desperatio, ex desperatione peccati defensio, ex peccati defensione gloriatio, ex gloriatione damnatio. Haec est demum longa illa et horrenda peccatorum catena; hi „funes" atque compedes, quibus adstrictum hominem satanas nunc in omne genus malorum ac tandem in tartaream abyssum praecipitat infelicissime. Atque idcirco plurimum refert peccatorum gradus eiusmodi atque propagines, ne fallamur atque periclitemur studiose discernere et observare.

VI.

140 **Quomodo peccata facile devitantur?** *134*

Primum quidem, si quae peccatis mala et pericula succedant, provideamus; deinde, si illorum initiis pravisque suggestionibus, quibus ad peccandum facile sollicitamur, statim occurramus atque repugnemus forti-‖ter; postremo, si virtutes peccatis contrarias exercitare nitamur Christo in his omnibus auxiliante. 121r

Monet igitur Ecclesiasticus: „Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere. Si praestes animae tuae concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis." Unde divinum etiam oraculum pronuntiat: „Nonne, si bene egeris, recipies; si autem male, statim in foribus peccatum aderit? Sed sub te erit appetitus eius, et tu dominaberis illius." Atque hic locum habet armatura spiritualis, qua vult Paulus Christi milites adversus peccatum et insidias omnes diaboli esse munitos, ut peccato repugnare in die malo resistere et omnia tela nequissimi exstinguere possint.

A **4** et] ut *J* *B* **20** sin *GH1' K*1.2

A **9** Jac. 1,14 sq. Beda ibid. *PL 93*,14 *ssq.* Tob.4,6 Rom. 6,12 Matth. 5,22 **11** Gregor. M. ad interrog. 11 August. Cantuar. *li.* 11 *ep.* 64 *PL 77*,1199B *ssq.* **15** ssq. Vide Gregor. M. Moral. li. 4 c. 27 *PL 75*,661B *sq.* et Isidor. de summo bono li. 2 c. 23 *PL 83*,624B *ssq. n.* 3-7 **23** Prov. 5,22 Ps. 118,61 2Reg. 22,6 Vide August. Confess. li. 8 c. 5 *PL, 32*753C *ssq. n* 10,12: *CV 33*,178,179 *sq.*

B **10** sq. Ps. 136,9 Jac. 4,7 sq. 1Petr. 5,8 sq. **13** Rom. 12,1-21 sq. Eph. 4,1-32 Phil. 4,5-9 **15** ssq. Eccli. 18,30 sq. **20** ssq. Gen. 4,7 **24** Eph. 6,10-19 Hebr. 12,3 sq.

[121v]

1. DE SEPTEM PECCATIS CAPITALIBUS.

I.

141 **Quae sunt peccata praecipue animadvertenda?** *135*

Ea nimirum, quae dicuntur capitalia, quod sint veluti fontes vel capita reliquorum et e quibus velut ex corrupta radice pestiferi plane fructus nascuntur et longa quasi stirpe omnis generis vitia, turpitudines, scandala, damna, corruptelae ac pestes humani generis descendunt et vi magna profluunt.

II.

142 **Quot sunt peccata eiusmodi capitalia?** *136*

Septem, quae sic numerantur: Superbia, avaritia, luxuria, invidia, gula, ira, acedia. Sed ut haec maximo semper odio prosequenda fugiendaque, sic ‖ virtutes septem, quae peccatis illis opponuntur, summo quidem studio et amore, si vitam animae quaerimus, sunt consectandae. Superbiae contraria est humi- 122r

B **3** Quae *K*2 **7** persequenda *HL*

B **5** De his Gregor. M. Moral. li. 31 c. 31 *PL, 76*620D-22A *c.* 45 *n.*87-89 — Cassian. Collat. 5 *PL 49*,610D-42C *CV 13/II*,121-51 item li. 5-12 *de coenobiorum institutis PL 49*,201-476: *CV 17*,78-231 **11** Col. 3,12

litas, avaritiae liberalitas, luxuriae castitas, cum invidia pugnat charitas, gulae opponitur abstinentia, irae patientia, demum acediae devotio seu pia sedulitas sedulaque pietas adversatur.

III.

143 Quid est superbia, et quas *137* gignit filias?

Superbia est inordinatus appetitus excellentiae, sive intus lateat in animo, sive extrinsecus etiam sese prodat.

Haec vitiorum quidem omnium mater, princeps ac regina est; praecipue tamen infelicem hanc sobolem gignit, inobedientiam, [122v] iactantiam, hypo- ‖ crisim, contentionem, pertinaciam, discordiam, curiositatem.

Ut autem delictum hoc maximum caveatur, Tobias in hunc modum admonet: „Superbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas; in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio." Hinc apostolica illa doctrina: „Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam." Imo, si Ecclesiastico credimus: „Odibilis est coram Deo et hominibus superbia."-„Radices gentium superbarum arefecit Deus et plantavit humiles ex ipsis gentibus." Quid ergo superbis terra et cinis?

IIII.

144 Quid est avaritia et quarum *138* filiarum mater?

Avaritia est habendi appetitus inordinatus. Avarus enim recte iudicatur non solum, qui rapit, sed etiam, qui concupiscit aliena vel cupide servat sua.

Filiae sunt huius pessimae matris proditio, [123r] fraus, fallacia, periurium, inquietudo, violentia, immisericordia seu inhumanitas et cordis durities. Damnat hoc vitium Apostolus, ut ‚idolorum servitutem' dixerit, ac praeterea ita scribit: „Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et laqueum diaboli et desideria multa et inutilia et nociva, quae mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas." Et alibi scriptum habemus: „Avaro nihil est scelestius." Item: „Nihil est iniquius quam amare pecuniam. Hic enim et animam suam venalem habet." Et Christus ipse testatur: „Non potestis Deo servire et mammonae." Et iterum: „Nolite sollicite esse in crastinum." Quod Paulus etiam explicatius reddens ita monet: „Sint mores sine avaritia contenti praesentibus. Ipse enim dixit: Non te deseram neque derelinquam; ita ut confidenter dicamus: »Dominus mihi adiutor.«"-„Habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti simus."

V. [123v]

145 Quid est luxuria qualemque *139* sobolem gignit?

Luxuria est appetitus inordinatus impurae et libidinosae voluptatis. Gignit autem ex se mentis caecitatem, inconsiderationem, inconstantiam, praecipitationem, amorem sui, odium Dei, desiderium huius vitae nimium, mor-

A **13** Haec] quidem *add. GK* 1.2 **14** praecipue tamen] quae praecipue *HL*
B **7** ac praeterea] nec eo contentus *GK* 1.2

A **1** sq. 2 Cor. 9, 5-7 Act. 24, 25 1 Cor. 13, 4-8 **3** Eccli. 31, 19-40 Hebr. 10, 36 1 Cor. 15, 58 **10** Vide CHRYSOST. ho. 43 ad pop. Antioch. *Ed. Paris.* 1570 *t. V*, 261 A-64 B *(dub.)* — BERNARD. de grad. humilit. *PL 182*, 957 B-69 C **13** GREGOR. M. Moral. li. 34 c. 17 ssq. *PL 76*, 743 D *ssq. c.* 22 *n.* 46 *sq.* 743 C *ssq. n.* 48 747 A *sq. n.* 52 748 A *n.* 53 750 A *n.* 56 et li. 23 c. 7 *PL 76*, 258 B-59 C *c.* 6 — PROSPER ad Demetriadem *PL 55*, 167 D 168 C *ssq.* 169 B *ssq.* 175 A *ssq.* 177 B ISIDOR. de summo bono li. 2 c. 38 *PL 83*, 639 B *ssq. n.* 2-11 — GREGOR. M. Moral. li. 31 c. 31 *PL 76*, 620 D-22 A *c.* 45 *n.* 87-89 — PROSPER = *Julius Pomerius* de vita contempl. li. 3 c. 24 *PL 59*, 476 B *sq. c.* 2 **15** Deut. 17, 12 sq. Sap. 5, 8 ssq. Matth. 23, 11-28 Prov. 13, 10 Gen. 49, 7 Prov. 6, 16-19 1 Tim. 5, 13 **19** ssq. Tob. 4, 14 Eccli. 10, 14 **23** sq. Jac. 4, 6 1 Petr. 5, 5 **25** sq. Eccli. 10, 7 ibid. 18 ibid. 9 **33** Consule BASILIUM M. in ditescentes et avaros ho. 6 et 7 *PG 31*, 261-77 *et* 285 C-304 C — PROSPER = *Julian. Pom.* de vita contempl. li. 2 c. 15 et 16 *PL 59*, 458 B *ssq. n.* 1 *sq.* 460 A *sq. n.* 2 — ISIDOR. de summo bono li. 2 c. 41 *PL 83*, 645 B-47 B *n.* 3-10 AUGUST. de lib. arbitrio li. 3 c. 17 *PL 32*, 129 D et ser. 196 de temp. *PL 38*, 627 D *ssq. ser.* 107 *c.* 1-3 — AMBR. in li. de Nabuthae Jezraelita *PL 14*, 731 A-42 C (767 B-78 A) *c.* 1-8 *n.* 2-4, 12, 15, 16, 18, 27, 36, 38: *CV 32/II*, 469-89

B **3** GREGOR. M. Moral. li. 31 c. 31 *PL 76*, 621 B *c.* 45 *n.* 88 2 Tim. 3, 2-5 1 Cor. 6, 8-10 Eccli. 11, 31-34 Zach. 8, 17 Matth. 6, 24-34 Prov. 22, 22 sq. 21, 6. 13 **7** Col. 3, 5 sq. Eph. 5, 5 **8** ssq. 1 Tim. 6, 9 sq. Is. 5, 8 ssq. Marc. 10, 24 sq. Hab. 2, 6. 9 Jac. 5, 1-3 Eccli. 31, 5-11 Bar. 3, 16-19 Ps. 48, 11. 12. 17-21 **13** Eccli. 10, 9 **14** ssq. Ibid. 10 **16** sq. Luc. 16, 13 Matth. 6, 24 **18** Ibid. 34 **20** ssq. Hebr. 13, 5 sq. Luc. 12, 15-21 Jos. 1, 5 Ps. 117, 7 **23** ssq. 1 Tim. 6, 8 **30** Videatur PROSPER = *Julian. Pom.* de vita contempl. li. 3 c. 9 *PL 59*, 480 D *sq.* 482 C *ssq. c.* 6 *n.* 1, 5, 6 — ISIDOR. de summo bono li. 2 c. 30 *PL 83*, 640 C *ssq. c.* 39 *n.* 2-23 **31** ssq. GREGOR. M. ut supra *PL 76*, 621 B *c.* 45 *n.* 88 Os. 4, 11 2 Reg. 11, 14 sq. Dan. 13, 56 Prov. 13, 3 Sap. 4, 12 Ps. 51, 6 2 Tim. 3, 1-4 Ps. 20, 9-12 Jac. 4, 4 Eph. 4, 19

tis futurique iudicii horrorem ac felicitatis aeternae desperationem.

Adversus hoc peccatum, quod sapientes amentes et homines pene pecudes facit, ita Paulus: „Fugite fornicationem; omne enim peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat." Quamobrem et alibi in hunc modum scribit: „Fornicatio et omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo aut stultiloquium aut scurrilitas, quae ad rem non
124r pertinent, sed magis ‖ gratiarum actio." Ac mirum est sane ingenti pudore non affici christianos, qui coram Deo et angelis eius foeda se libidine polluunt, cum corpora membraque sua Spiritui sancto et Christo domino veluti templa pura in baptismate consecrarint. Hinc iterum Paulus: „An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo et non estis vestri?" Tum rursus: „Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi faciam membra meritricis?" Ac demum ita concludit: „Empti estis pretio magno; glorificate et portate Deum in corpore vestro." - „Fornicatores enim et adulteros iudicabit Deus."

VI.

146 **Quid est invidia, et quas procreat filias?** *140*

Invidia est tristitia de bono alterius et odium alienae felicitatis respectu superiorum, quia eis non aequatur et respectu in- ‖ feriorum, [124v]
ne sibi aequentur et respectu parium, quia sibi aequantur, ut AUGUSTINUS inquit. Filias vero procreat odium, susurrationem, detractionem, in adversis aliorum rebus exultationem, in prosperis afflictionem.

Certe Cain Abel, germano fratri et Saul Davidi, destinato regi generoque suo, legitur invidisse. Hoc execrandum crimen, praeterquam quod ab omni est charitate et humanitate remotum, homines etiam daemonibus persimiles reddit. „Invidia enim diaboli mors introivit in orbem terrarum; imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius." Recte igitur Apostolus monet: „Non efficiamur inanis gloriae cupidi invicem provocantes, invicem invidentes."

VII. 125r

147 **Quid est gula, et quaenam illius filiae?** *141*

Gula est cibi ac potus appetitus inordinatus. Filias habet ineptam laetitiam, multi-

---

A **18** baptismo *K*1.2 **28** enim] autem *K*1.2

A **3** 3 Reg. 11, 1-8 Eccli. 19, 2 sq. HIERON. in c. 4 Os. *PL 25*, 850 A *sq. v.* 10 *ssq.* — AMBROS. li. 1 de Cain et Abel c. 5 *PL 14*, 327 B *sq.* (345 C *sq.*) *n.* 20: *CV 32/1*, 357 et li. de Noe et arca c. 9 *PL 14*, 374 C *sq.* (394 B) *n.* 30: *CV 32/I*, 432 **5** ssq. 1 Cor. 6, 18 et ibid. CHRYSOST. *PG 61*, 147 C *sq. ho.* 18 — AUGUST. de decem chordis c. 10 *PL 38*, 85 D *ssq. n.* 14 *sq.* et ser. 16 de verb. Domini *PL 38*, 512 C *sq. ser.* 82 **9** ssq. Eph. 5, 3 sq. et ibid. HIERON. vide sext. praecept. decal. *PL 26*, 519 A *ssq.* (551 D *ssq.*) **13** ssq. AMBROS. in c. 4 Luc. *PL 15*, 1631 D *sq.* (1716 A *sq.*) *li.* 4 *n.* 64 *sq.*: *CV 32/IV*, 171 *sq.* — GREGOR. M. Moral. li. 16 c. 31 *PL 75*, 1162 A *sq. c.* 69 *n.* 83 **18** 1 Cor. 3, 16 *sq.* 2 Cor. 6, 16 **19** ssq. 1 Cor. 6, 19 **23** ssq. Ibid. 15 **26** sq. Ibid. 20 **28** sq. Hebr. 13, 4 1 Cor. 6, 9 *sq.* Eph. 5, 5 Gal. 5, 19-21 Apoc. 21, 8

B **5** De hoc peccato scribit CYPRIAN. ser. de zelo et livore *PL 4*, 640 B 641 A 642 B *sq.* 643 A *sq.* 645 A *ssq.* (665 B 666 A 667 B *sq.* 668 B 669 B-71 A) *n.* 3, 4, 6, 7, 9-11 — BASIL. ho. 11 de invidia *PG 31*, 372-86 — *Ps.* BASIL. ho. 21 in aliquot script. locos *PG 31*, 1453 C *ssq. app.* — CHRYSOST. ad pop. ho. 44, 45 *Ed. Paris.* 1570 *t. V*, 264 C-65 C 266 B 268 D *sq. (dub.)* — PROSPER = *Julian. Pom.* de vita contempl. li. 3 c. 5 et 9 *PL 59*, 480 B 486 B-87 B — ISIDOR. de summo bono li. 3 c. 25 *PL 83*, 700 A *ssq. n.* 1-8 **9** ssq. AUGUST. li. 11 de Gen. ad litt. c. 14 *PL 34*, 436 C *CV 28/I*, 346 — PROSPER sent. 292 *PL 51*, 471 B *sent.* 294 — GREGOR. M. Moral. li. 31 c. 31 *PL 76*, 621 B *c.* 45 1 Joh. 3, 11. 12. 15 Rom. 1, 26-32 Prov. 17, 5 24, 17-22 28, 22 Eccle. 4, 4 **13** Gen. 4, 3 ssq. Judas 11 1 Reg. 18, 7-9. 10. 11. 29 **15** GREGOR. NYSSEN. in vita Moysi *PG 44*, 409 B *ssq.* — HIERON. in c. 5 ad Gal. *PL 26*, 417 B (445 B *sq.*) *v.* 19-21 — GREGORIUS M. 3. parte curae past. admonit. 11 *PL 77*, 63 B *ssq. c.* 10 *Ps.* AUGUST. ser. 83 de temp. *PL 39*, 1769 C *sq. app. ser.* 14 — BERNARDUS ser. 24 et 49 in Cant. *PL 183*, 895 D *ssq. n.* 3, 4 1019 D *ssq. n.* 7, 8 et in ser. de tripl. custodia *PL 183*, 584 D-85 C *ser.* 17 *n.* 4, 5: *XB I/3*, 801 *sq.* **18** sq. Sap. 2, 24 *sq.* CHRYSOST. ho. 41 in Matth. *PG 57*, 442 A-43 B *ho.* 40 *n.* 3, 4 — GREGOR. M. Moral. li. 5 c. 33 et 34 *PL 75*, 727 D *sq.* 728 B *ssq. c.* 46 *n.* 84 *sq.* et li. 29 c. 3 *PL 76*, 485 B *c.* 7 *n.* 15 — AUGUST. de sancta virginit. c. 31 *PL 40*, 413 A: *CV 41*, 268 **21** sq. Gal. 5, 26 **28** GREGOR. M. Moral. li. 30 c. 27 *PL 76*, 556 D-57 D *c.* 18 *n.* 60 *sq.* idem Moral. li. 31 c. 31 *PL 76*, 621 B *c.* 45 *n.* 88 **29** sq. Ex. 32, 6 Job 21, 12 sq. Prov. 10, 19 Eph. 5, 3 sq. GREGOR. M. 3. parte curae past. admon. 20 *PL 77*, 81 A-83 C *c.* 19 — CHRYSOST. ho. 57 ad pop. *Ed. Paris.* 1570 *tom. V*, 321 A *(dub.)*

loquium, scurrilitatem, spurcitiem, sensuum et intellectus hebetudinem.

Quid vero foedius quam hominem a beluis naturali quadam frugalitate contentis superari, dum ventris, crapulae et vinolentiae quasi mancipium agit, dum bona dissipat, valetudinem laedit, morbos accersit, ac vitam demum ipsam abrumpit eripitque sibi? Nam vere dictum est illud: „Propter crapulam [125v] multi obierunt, qui au- ‖ tem abstinens est, adiiciet vitam." Item: „In multis escis erit infirmitas." Iubet ergo Christus: „Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate." Caeterum ab ebrietate nos revocans Paulus: „Nolite" ait „inebriari vino, in quo est luxuria." - ‚Ebriosi regnum Dei non possidebunt;' ut idcirco tam graviter interminetur quoque Propheta potatoribus: „Vae, qui potentes estis ad bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrietatem!" ex illa detestandae filiae: rixae, tumor mentis, contumeliae, clamor, indignatio atque blasphemia.

Est hoc animi virus perniciosum, omnem 126r iudicii prudentiaeque vigorem et animi saepeque corporis sanitatem labefactans. Quare monuit Ecclesiastes: „Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit." Et gentium doctor praecepit: „Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis." Caeterum adversus iracundos, contentiosos, contumeliosos iam lata est Christi sententia valdeque metuenda illa: „Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennae ignis."

VIII.

148 **Quid est ira, et quae soboles ex illa nascitur?** *142*

Ira est immoderata cupiditas puniendi eius, a quo laesum se quis arbitratur. Nascuntur

IX. [126v]

149 **Quid est acedia, et quas gignit filias?** *143*

Acedia est remissi animi languor ad bene operandum; praesertim vero tristitia est de re spirituali. Quae has gignit filias: malitiam,

A **4** fragilitate *G* **5** violentiae *J* 3-5 **9** dictum est] dictum *L*
B **1** tumor] rumor *K* 1.2 **4** virus] virtus *J* 1.2] vitium *J* 3.4.5

A **1** sq. Is. 28,7 sq. Eccli. 10,16 sq. CHRYSOST. ho. 44 in Joh. *PG 59*, 251 A *ho.* 45 et ho. 58 in Matth. *PG 58*, 563 D-65 B *ho.* 57 — HIERON. c. Jovinian. li. 2 *PL 23*, 297 A (310 A *sq.*) 298 C *sq.* (312 A *sq.*) 299 C-300 B (313 A-14 A) *n.* 7,9-11 et in c. 44 Ez. *PL 25*, 440 A *v.* 17 *ssq.* et in c. 5 ad Gal. *PL 26*, 417 C-18 A (445 B *ssq.*) *v.* 19-21 Legatur de hoc vitio BASIL. ho. in ebrietat. et luxum *PG 31*, 444-64 — *Ps.* AUGUST. ser. 231 et 232 de temp. *PL 39*, 2303 D *ssq.* 2307 A *ssq. app. ser.* 294 *et* 295 *n.* 1-4 — CHRYSOST. c. luxum et crapulam *PG 63*, 647 A *ssq.* et ho. 1 ad pop. Antioch. *PG 49*, 21 D-23 A *n.* 4,5 — ISIDOR. de summo bono li. 2 c. 42 et 43 *PL 83*, 647 B *ssq. n.* 1-5 649 C *ssq. n.* 1-8 — AMBROS. de Elia et ieiun. c. 12 *sq. PL 14*, 711 D-12 C (746 B-47 B) *n.* 41-45 713 B-14 A (748 *sq.*) 715 B (750 A) *c.* 13 *n.* 47,48,50 715 C *ssq.* (750 B *ssq.*) *c.* 14 *n.* 51,52 718 A *ssq* (752 D *ssq.*) *c.* 16 *n.* 58-61 720 B *ssq.* (755 *sq.*) *c.* 18 *n.* 66 *CV 32/II*, 436 *sq.* 438-43 446-48 450 *sq.* **9** ssq. Eccli. 37,34 31,19-22 Ps. 77,29 ssq. Num. 11,33 *sq.* Deut. 32,15 Prov. 21.17 **11** sq. Ibid. *Eccli.* 37,34 **12** ssq. Luc. 21,34 Vide BURCHARD. li. 14 Decret. *PL 140*, 889 C-94 B Ivonem parte 13 c. 68 *ssq. PL 161*, 816 A-19 C **15** sq. Eph. 5,18 Prov. 20,1 HIERON. in c. 1 ad Tit. *PL 26*, 566 D *sq.* (601 B *sq.*) *v.* 7 et ep. 83 ad Ocean. *PL 22*, 663 A *ep.* 69 *n.* 9: *CV 54*, 696 — AMBROS. li. 1 de poenitent. c. 14 *PL 16*, 489 B (509 D) *n.* 76 **16** sq. 1 Cor. 6,10 Gal. 5,19-21 Os. 4,11 Prov. 31,4 sq. Eccli. 19,2 **19** sq. Is. 5,22 22,12-14 Prov. 23,20.21.29-35 Amos 6,1.4-6 Luc. 6,24 sq. **27** ssq. GREGOR. M. Moral. li. 1 c. 31 *PL 76*, 621 B *li.* 31 *n.* 88 Prov. 29,22 Job. 15,1-16 Eccli. 19,28 Eph. 4,31

B **4** Lege BASIL. M. in ho. 10 de ira *PG 31*, 353-72 — CHRYSOST. ad pop. ho. 29 ssq. *Ed. Paris.* 1570 *t. V*, 205 B-206 B 206 D-11 C 211 C-14 C *(dub.)* item ho. 6 in Act. *PG 60*, 62 A *ssq.* ho. 4 in Matth. *PG 57*, 50 B et ho. 18 in Matth. *PG 57*, 270 B *ssq.* — GREGOR. M. Moral. li. 5 c. 30 ssq. *PL 75*, 723 D-27 C *c.* 45 *n.* 78-83 **7** sq. Eccle. 7,10 Eccli. 8,19 28,1-20 30,26 Prov. 12,16 15,1.18 18,6.14 22,24 sq. 26,21 27,3 sq. Job 5,2 Ps. 4,5 30,10 **9** ssq. Eph. 4,31 sq. Col. 3,8.12.13 BERNARD. ser. 13 in Ps. Qui habitat *PL 183*, 237 D *ssq. n.* 5,6: *XB I/1*, 281 *sq.* — AMBROS. li. 1 Offic. c. 21 *PL 16*, 50 C-52 C (55 A-57 A) *n.* 90-97 — AUG. in Ps. 4 *PL 36*, 80 C item de vera relig. c. 45 *PL 34*, 160 C *sq.* Ep. 87 et 149 *PL 33*, 958 B 153 B *sq. ep.* 210 *et* 138 — GREGOR. li. 8 ep. 51 ad Leont. *PL 77*, 1108 B *ssq. MG epp.* 2,264 *(XI,4)* et parte 3 curae past. admon. 17 *PL 77*, 76 A-77 A *c.* 16 **17** ssq. Matth. 5,22 GREGOR. M. Moral. li. 21 c. 5 *PL 76*, 194 C — AUGUST. de ser. Dom. in monte li. 1 c. 19 *PL 34*, 1240 C *ssq. c.* 9 in Ench. c. 79 *PL 40*, 270 B *sq.* **25** BERNARD. ser. 3 et 6 de ascens. Dom. *PL 183*, 307 B-308 C *n.* 6-8 *et* 318 C *ssq. ser.* 5 *n.* 6-8: *XB I/1*, 373-375 *et* 388 *sq.* — GREGOR. M. parte 3 curae past. admon. 16 *PL 77*, 74 B-75 B *c.* 15 **27** ssq. GREGOR. M. Moral. li. 31 c. 31 *PL 76*, 621 B *c.* 45 *n.* 88 Eccli. 33,29 Prov. 15,13 Eccli. 7,9 30,22-25 Prov. 17,22 Ps. 118,28 39,13

rancorem, pusillanimitatem, desperationem, torporem circa praecepta necessaria mentisque circa res illicitas evagationem.

Huic peccato sunt obnoxii homines ‚otiosi, inertes' et quos tepidos scriptura vocat ac omnes demum, qui tempus hoc gratiae diemque salutis rebus ac studiis vanis transigunt. Finis autem huius peccati est, quem docet in evangelio Christus: „Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur." Tum alibi: „Inutilem ser-
127r vum eiicite in tenebras ‖ exteriores." Neque tacuit ille, quid interim a nobis, ne torpeamus, fieri velit: „Videte" inquiens „vigilate et orate; nescitis enim, quando tempus sit."- „Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, quaerent intrare et non poterunt."

Haec summatim perstrinximus, ut qui iustitiae vias sunt minus edocti, praecipuos humani generis morbos atque execrandas pestes, quas ostendimus, non solum cognoscant et observent, sed etiam ex praescripto divinae legis a se aliisque depellere et penitus arcere conentur. „Beatus" vero „vir, qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non stetit et in cathedra pestilentiae non sedit" quemadmodum psaltes canit regius, ut primam iustitiae ac beatitudinis partem cantico suo primo demonstret.

A **4** sq. Matth. 20, 3-6 22, 4 sq. **5** Apoc. 3, 14-17 Prov. 6, 3-11 10, 4. 26 13, 4 18, 8 sq. 19, 15. 16. 24 20, 4 21, 25 22, 13 24, 30-34 25, 20 26, 13-16 28, 19 Eccli. 5, 8 sq. 7, 16 14, 2 22, 1 sq. Ps. 72, 5 sq. Jer. 48, 10 Prov. 13, 11 2 Cor. 7, 10 Gal. 3, 3 Apoc. 2, 4 sq. **9** ssq. Matth. 7, 19 3, 10 21, 19 Luc. 13, 6-9 Joh. 15, 1. 2. 6 **11** sq. Matth. 25, 30 Eccli. 6, 23-27 Eccle. 9, 10 2 Thess. 3, 7-13 Gal. 5 = 6, 9 sq. Hebr. 12, 12 sq. Rom. 12, 11-13 Phil. 4, 4 **14** sq. Marc. 13, 33-37 Matth. 24, 42-44 25, 13 Joh. 9, 4 Eph. 5, 14-16 Apoc. 3, 2 sq.

B **1** ssq. Luc. 13, 24 Matth. 7, 13 sq. 11, 12 **10** ssq. Ps. 1, 1 BERNARD. ser. 35 ex parvis sermon. *PL 183*, 692 C-94 B *ser.* 72 *n.* 1-3: *XB I/3*, 946-48

[127v]

2. DE PECCATIS ALIENIS.

I.

150 **Quae peccata dicuntur aliena?** *144*

Ea, quae licet aliorum manibus operaque perficiantur et interim nobis tamen merito imputantur nostrasque conscientias damnationis coram Deo reas constituunt. Quamobrem de his accipi potest, quod scriptura imperat: „Ne communicaveris peccatis alienis." Et quod orat propheta regius: „Ab occultis meis munda me, Domine, et ab alienis parce servo tuo." Eodem refert BASILIUS Magnus, quod Ephesiis scriptum est a Paulo: „Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite." Tum illud eiusdem Apostoli: „Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis."

128r

II.

151 **Quot numerantur eiusmodi aliena peccata?** *145*

Novem, sicut novem fere modis committuntur, utpote consilio, iussione, consensu, irritatione, laudatione seu adulatione, reticentia culpae alienae, conniventia vel indulgentia, participatione criminis ac prava defensione.

III.

152 **Quando peccatum alienum consilio perpetratur?** *146*

Cum mali scilicet concilii, quod alii sequuntur vel sequi possent, ipsi sumus autores et administri. Exemplo sit Cayphas, qui consilio suo senatum iudaicum in mortem Christi concitavit atque permovit. Contra vero laudatur Ioseph ab Arimathaea et „vir bonus iustusque" dicitur, quia non consenserat ‖ consilio et actibus eorum, pontificum scilicet et pharisaeorum in Christi necem impie conspirantium. Eiusdem classis fuit Demetrius ille, qui cum aliis opificibus, ut suo studeret quaestui, totam pene urbem Ephesiorum adversus Paulum Paulique doctrinam ingenti [128v]

A **5** et interim *om. HL* **8** impetrat *G* 2. 2' 3 *B* **11** simus *K* 1. 2 **15** vir] vis *J* 3-5 **20** qui] quem *J*

A **9** 1 Tim. 5, 22 vide *Ps.* BASIL. M. li. de vera virg. *PG 30*, 736 C-37 C *n.* 33 **10** ssq. Ps. 18, 13 sq. et ibid. EUTHYM. *PG 128*, 260 D *sq.* item AUG. de lib. arb. li. 3 c. 10 *PL 32*, 1285 C *sq.* **12** *Ps.* BASIL. M. de bapt. li. 2 c. 9 *PG 31*, 1613 C-17 B *n.* 3, 4 – AUG. ser. 18 de verb. Dom. *PL 38*, 549 C *ssq. ser.* 88 *n.* 19, 20 **13** ssq. Eph. 5, 11 **16** ssq. 2 Thess. 3, 6

B **10** Eccli. 27, 28-30 6, 6-10 8, 20-22 37, 7-17 Job 5, 13 12, 16 sq. 18, 5-10 Is. 19, 11-14 Ps. 7, 16 sq. 9, 16 Prov. 26, 27 Eccle. 10, 8 *sq.* **12** Joh. 11, 47-53 **15** sq. *Luc. 23*, 50-53 *Ps. 1*, 1 Gen. 49, 5 sq. Job. 21, 16 **17** sq. Joh. 11, 53 Matth. 26, 3 sq. **19** Act. 19, 24-30 2 Reg. 10, 2-4. 6. 7. 19 16, 20-23 17, 1-8. 14. 23 3 Reg. 12, 12-19 21, 25 sq. 2 Chron. 22, 2 ssq. 25, 14-24 Esdr. 4, 4 sq. Esth. 5, 10-14 Dan. 6, 5-24 1 Macc. 1, 12-16 2 Macc. 1, 11-17 4, 32-50 Act. 14, 18

seditione complevit. Impegit hic etiam infamis Herodias, qua rex Herodes per adulterium foede abutebatur. Nam illius consilio et suasu instructa saltatrix filia, quod crudeliter appetivit, sanctissimi Ioannis obtruncatum caput nefarie impetravit.

IIII.

153 **Quando iussio est peccatum alienum?** *147*

Cum ex decreto, mandato imperiove nostro redit ad proximum iniuria vel malum quodcunque perpetratur. Sic David rex innocen-
129r tem occidit Uriam non suis quidem aut ‖ servorum manibus, sed per literas hoc agens atque demandans, ut in proelio ille occideretur; et praeses Pilatus mortis Christi reus est, quod illum in Iudaeorum gratiam cruci affigendum, etsi invitus quodammodo, autoritate sua adiudicavit ac tradidit. Ita summo se crimine Pharao et Herodes obligarunt, cum legem tyrannicam de occidendis Hebraeorum infantibus ferrent. „Vae autem illis, qui condunt leges iniquas."

V.

154 **Consensus quando alieni peccati nos reos facit?** *148*

Cum quod ab aliis fit nequiter, a nobis quasi suffragium accipit et saltem tacite approbatur. Ita peccavit Saulus in Stephani protomartyris necem consentiens. Peccarunt et viri ex Judaeis plures quadraginta, qui
[129v] facta etiam voti nuncupa- ‖ tione in Pauli necem armarunt sese. Peccaverunt demum et cives Hierosolimitani suis magistratibus, quo Christus perderetur suffragantes, ut idcirco Petrus illis exprobrans dixerit: „Autorem vitae interfecistis." Notanda est igitur Pauli sententia: „Non solum qui faciunt mala, sed etiam qui consentiunt facientibus, digni sunt morte." Et huc referri potest, quod apud Cyprianum legimus: Non est immunis a scelere, qui, ut faceret, impetravit; nec alienus a crimine, cuius consensu, licet non a se admissum crimen, tamen publice legitur.

VI.

155 **Quando irritatione nobis peccatum alienum conflatur?** *149*

Cum scientes alium ad iram, vindictam, blasphemiam, crudelitatem aut consimilia vitia, sive dictis id fiat sive factis, aut quacunque ratione alia pro- ‖ vocamus. Ut, cum uxor 130r
Iob patientissimo viro petulanter insultans, quantum in se quidem erat, suasit etiam Deum blasphemare. Et Tobiae uxor aeque morosa maritum suis conviciis frequenter infestans et exasperans hoc facit, ut vir anxius domesticam iniuriam suspiriis, lachrymis et precibus ad Deum fusis prosequi cogatur. Contra vero monet Ecclesiasticus: „Abstine te a lite et minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, et vir peccator turbabit amicos et in medio pacem habentium immittit inimicitiam." Sic et Salomon dixit: „Semper iurgia quaerit malus, angelus autem crudelis mittetur contra eum."

VII.

156 **Quando per laudationem vel adulationem nostram peccato alieno foedamur?** *150*

Cum aliquem in malefactis vel de improbitate commendamus vel tanquam re be- ‖ ne [130v]
gesta calcar addimus male currenti, ut ille in pravo instituto pergat. „Vae autem, qui consuunt pulvillos sub omni cubitu manus et faciunt cervicalia sub capite universae aetatis ad capiendas animas" ut est apud Prophetam. In hoc vitium incidunt nonnunquam

---

B **4** imperavit *HL* **18** infestans] insectans *G* 5 **26** Sic — dixit] Recte autem hoc Salomon *K* 1.2

A **2** Marc. 6, 23-28 Matth. 14, 8 ssq. **11** 1 Reg. 22, 16-19 Judith 2, 1-6 Esth. 3, 8-15 Dan. 3, 4-8 6, 11-16 1 Macc. 1, 43-67 2 Macc. 6, 1-9 Marc. 6, 17. 27 Act. 23, 2 ssq. **14** 2 Reg. 11, 14-17 **17** Joh. 19, 16 Luc. 23, 25 **21** Ex. 1, 15-22 Matth. 2, 16 **23** sq. Is. 10, 1 Matth. 15, 3-6 Marc. 7, 9-13 **29** Lev. 20, 4-6 Num. 16, 20-35 Judith 8, 9 ssq. Esth. 14, 3-19 Luc. 11, 47 sq. Irenaeus *adv. haer.* li. 4 c. 46 *PG* 7, 1060 C *sq. c.* 27 **31** Act. 7, 59 **33** Act. 23, 12 sq. **36** Matth. 27, 20 Marc. 15, 11-15 **38** sq. Act. 3, 15 2, 22 sq. **40** ssq. Rom. 1, 32

B **2** Cyprianus li. 2 ep. 7 quae est cleri Rom. ad Cypr. *PL 4*, 310 A (317 B) *ep.* 31 *c.* 3: *CV 3/II*, 551 *ep.* 30 *c.* 3 **11** 1 Reg. 1, 6 sq. Ps. 105, 15 2 Macc. 14, 23-27 Gal. 5, 26 Eph. 6, 4 Col. 3, 21 **15** Job 2, 9 **17** Tob. 2, 15-23 3, 1-11 **22** ssq. Eccli. 28, 10 sq. Prov. 15, 18 18, 6 22, 10 26, 17-22 29, 22 30, 33 **26** ssq. Prov. 17, 11 3, 30-35 Is. 33, 1 **33** Prov. 24, 24-28 27, 2. 5. 6 28, 23 Ps. 140, 5 Is. 5, 20 Chrysost. ho. 2 de David et Saul *PG 54*, 687 A *ssq.* — Cyprian. de laps. *PL 4*, 477 A *sq.* (491 A *sq.*) *c.* 14: *CV 3/I*, 247 — Basil. M. ho. in Ps. 61 *PG 29*, 476 A *sq. v.* 5 — August. ho. in Ps. 134 *PL 37*, 1741 B **36** ssq. Ez. 13, 18

ecclesiastici contionatores et magistratus male vulgo blandientes, dum eius licentiae palam favent et applaudunt. Recte autem Esaias: „Populo meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt et viam gressuum tuorum dissipant." Unde Paulus eos iubet vitari doctores, qui per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. „Quoniam enim laudatur peccator in desideriis animae suae et iniquus benedicitur, exacerbabit Dominum peccator" ut regius propheta testatur.

VIII.

157 Quando reticentiae nostrae *151* culpa peccatum alienum in nos redundat?

131r Quum intempestivum nostrum silentium sive subdito sive cuivis alteri adfert detrimentum. Exempli causa, si docendi, monendi corripiendique fratris aut populi nobis munus incumbit et in eo interim, dum prodesse possumus, sine iusta causa cessamus. Unde per Esaiam testatur Dominus omni evangelizanti: „Clama, ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuam et annuntia populo meo scelera eorum et domui Iacob peccata eorum." Audi porro periculum in his, qui non abs re „canes muti latrare non valentes' dicuntur. „Si dicente me ad impium" dicit Dominus „morte morieris, non annuntiaveris ei neque locutus fueris, ut avertatur a via sua impia et vivat, ipse impius in iniquitate sua morietur. Sanguinem autem eius de manu tua requiram." Adeo necessarium est observatu, quod Paulus non sine gravi obtestatione postulat: „Praedica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, ‖ increpa in omni pa- [131v]
tientia et doctrina." Tum idem alibi: „Peccantes" inquit „coram omnibus argue, ut et caeteri timorem habeant."

IX.

158 Quando nostra conniventia *152* alienis criminibus implicamur?

Quoties id, quod facultate vel autoritate nostra emendari vindicarique potest et debet, nos tamen impunitum et in peius abire sinimus.

Ita peccant magistratus, cum gladium frustra portant neque, quod dicuntur, „ministri Dei sunt et vindices in iram' his, qui agunt scelerate vel seditiose.

Hoc modo a rege Saul peccatum fuit, cum adversus Dei mandatum clementior esset ac parceret hostibus Amalechitis. Peccatum idem ab Achab rege admissum est, quando Benadab ‖ regem Syriae in gratiam recepit; unde 132r
nec severam ita comminantis prophetae sententiam effugit: „Haec dicit Dominus: Quia dimisisti virum dignum morte, de manu tua erit anima tua pro anima eius et populus tuus

---

A **3** Recte] Praeclare *K* 1.2 **10** benedicitur] et *add. K* 2
B **14** conniventia] convenientia *G* 5 **26** Amaluchitis *J* 2-5 **29** comminantis] communicantis *G* 5

A **1** Jer. 14, 13-16 23, 14-40 27, 9-15 28, 14-16 29, 8 ssq. Thren. 2, 14 sq. Mich. 3, 5-7. 11 sq. 3 Reg. 22, 4-38 **4** ssq. Is. 3, 12 9, 15 ssq. 30, 9-14 **6** Rom. 16, 17 sq. 2 Petr. 2, 1-3. 12-22 HIERON. adv. Pelag. li. 1 *PL 23*, 519 C *sq.* (542 D *sq.*) *n.* 26 et c. Jovin. li. 2 *PL 23*, 333 C-38 A (349 A-52 C) *n.* 36-38 **8** ssq. Ps. 9 *(10)*, 3 *sq.* 54, 22 Prov. 1, 10-14 16, 29 sq. 17, 5 29, 15 sq. Eccle. 7, 6 Jer. 9, 3-9 BERNARD. de Nativ. Joh. Bapt. *PL 183*, 402 CA *n.* 9: *XB I/2*, 538 — GREGOR. M. 2. parte curae past. c. 4 *PL 77*, 30 A-31 B — AUGUST. ep. 109 *PL 33*, 962 A *ssq. ep.* 211 *n.* 11: *CV 57*, 364 *sq.* — *Ps.* AUGUST. ho. 7 ex 50 *PL 39*, 2287 D *ssq. app. ser.* 287 *n.* 1 — PROSPER = *Julian. Pom.* de vita contempl. li. 1 c. 20 *PL 59*, 434 A-35 B *n.* 1-3 — ISIDOR. de summo bono li. 3 c. 44, 45, 46 *PL 183*, 713 B *n.* 3-5 713 C *ssq. n.* 1-5 714 C *ssq. n.* 1-17 **26** ssq. Is. 58, 1 Jer. 23, 21 sq. 26, 1-3 50, 1 sq. Jon. 1, 1 ssq. 1 Cor. 9, 16 sq. **29** sq. Is. 56, 10 **30** ssq. Ez. 3, 18 33, 1-9 et ibid. HIERON. *PL 25*, 40 A *ssq.* 318 C *ssq.* item GREG. M. ho. 11 in Ez. *PL 76*, 909 B-11 C *n.* 9-15 Act. 20, 17-21. 26 sq. Is. 6, 5 Esth. 4, 12-14

B **6** ssq. 2 Tim. 4, 2 Tit. 1, 7-13 2, 15 CHRYSOST. ho. 6 in ep. ad Phil. *PG 62*, 227 A-28 B **8** ssq. 1 Tim. 5, 20 Lev. 19, 17 AUGUST. ser. 15 et 16 de verb. Dom. *PL 38*, 518 C *ssq. ser.* 83 *c.* 7 508 D *ssq. ser.* 82 *c.* 4. 7. 8 **16** AMBR. ser. 8 in Ps. 118 *PL 15*, 1304 C-1305 B (1373 C *ssq.*) *v.* 58 *n.* 25 *sq.*: *CV 62*, 165 *sq* — ORIGEN. ho. 9 in Jer.. *PG 13*, 385 A-87 A *ho.* 12 *n.* 5: *CB 6*, 91 *sq.* — HIERON. ep. 53 ad Ripar. *PL 22*, 907 D (908 AC *sq.*) *ep.* 109 *n.* 2, 3 *CV 55*, 353 *sq.* — AUGUST. in Ps. 50 *PL 36*, 599 C *sq.* et ser. 55 de verb. Dom. *PL 38*, 518 C *ssq. ser.* 83 *c.* 7 CHRYSOST. orat. 1 c. Judaeos *PG 48*, 882 A *sq. orat.* 4 *n.* 7 **21** sq. Rom. 13, 3-5 Sap. 6, 1-11 Ps. 2, 10-13 AUGUST. Retract. li. 2 c. 5 *PL 32*, 632 A: *CV 36*, 137 *c.* 31 ep. 48 ad Vincent. *PL 33*, 325 D *ssq.* 330 B *sq.* 331 D 322 A *ssq. ep.* 93 *c.* 3, 5: *CV 34/II*, 453 *sq.* 461 *sq.* 445-47 448 *n.* 1-4, 9, 16, 17 et 50 ad Bonifac. *PL 33*, 795 B-812 D *ep.* 185 *c.* 2, 5, 6-8 *n.* 7-9, 19-22, 28, 32, 45: *CV 57*, 6-8 17-19 21 26 *sq.* 29 *sq.* 39 et 204 ad Donat. *PL 33*, 753 D-58 C *ep.* 173: *CV 44*, 640-48 *passim;* item tract. 11 in evang. Joh. *PL 33*, 1482 D *ssq.* — BERNARD. ser. 66 in Cant. *PL 183*, 1101 A *sq.* **24** 1 Reg. 15, 9-11. 20-24 Judic. 20, 11 ssq. 43-48 Num. 25, 1-8 **30** ssq. 3 Reg. 20, 42

pro populo eius." Eodem referri potest, quod Apostolus Corinthiis praecipit: „Auferte malum ex vobis ipsis." - „Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum."

Secundo hic peccant patres et matresfamilias, heri et praeceptores, dum sibi concreditos nimia dissimulatione et indulgentia quadam in educando perdunt et negligentia socordiaque sua in discrimen permittunt adduci. Sic paternae prorsus indulgentiae culpa depravatos legimus filios Heli, qui idcirco immodicae lenitatis suae poenas graves dedit.

Hic etiam addi potest peccatum, quod vo- [132v] cari solet omissio ‖ fraternae correptionis, admonitionis vel reprehensionis. Quandoquidem Christus quoque semel atque iterum et tertio corripiendum esse fratrem monuit, ut peccantem illum lucrifaciamus. Quanquam alii distinguunt inter huiusmodi omissionem et priorem, de qua diximus, conniventiam, ut duos alieni peccati modos ex hisce constituant.

X.

159 **Quid est participatione alienum peccatum contrahere?** *153*

Id maxime fit, quando in partem lucri cum furibus sive raptoribus venimus; cum itidem bona iniuste parta vel quovis modo aliena nobis una cum aliis scienter vendicamus aut retinemus, cum insuper spoliis alienis ditescimus. Quo pertinere videtur, quod Psalmo- 133r graphus dixit ‖ „cum furibus ipsis currere et cum adulteris portionem habere.' Sic et Esaias obiicit populo iudaico: „Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones." Gravius adhuc delinquunt, qui lucrum sibi ex aliena turpitudine aperte parant, ut lenones quive latronibus et notae turpitudinis vel factionis hominibus praebere audent hospitium et locum, quo se illi aut sua recipiant.

XI.

160 **Quomodo alienum peccatum nostra defensione committimus?** *154*

Cum aut malefactoribus patrocinamur aut doctrinam alterius quamvis perversam et impiam tuemur vel spargimus, quum nostra itidem cura vel opera, quod contra fas et aequum instituitur, promovere atque propugnare contendimus. Adversus hos divinum intonat ‖ oraculum: „Vae qui dicitis malum bo- [133v] num et bonum malum; ponentes tenebras lucem et lucem tenebras, ponentes amarum in dulce et dulce in amarum." Ac rursus: „Non sequeris turbam ad faciendum malum; nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiae, ut a vero devies."

Haec satis de peccatis, ut vocant, alienis, quae nunc profecto longe lateque patent et summa quotidie licentia, a magnatibus praesertim, perpetrantur. Adeoque vulgo ea non caventur, ut plerique peccata non esse putent ac floccipendant, etiam si suas et aliorum saepe conscientias his criminum sordibus conspurcent ac perpetuis poenis obligent. Possunt autem dictae species omnes in tria fere genera coniici breviterque, ut magnus Basilius ostendit, comprehendi. Quod enim in alieni erroris vel peccati societatem incidimus, id fit aut re et opere, aut voluntate certove animi proposito tantum, aut su- ‖ pina 134r negligentia, si quando admonendi et emendandi officio nostro alii defraudantur.

Sed longe omnium deterrimum peccandi genus est, quo delinquitur in Spiritum sanctum.

A **10** permittunt adduci] deduci permittunt *GK* 1.2 **22** constituant] constituat *G* 5 **30** vindicamus *H* 3
B **8** aut] autem *K* 1.2 **10** tueamur *K* 2 **11** et *om. G* 5 **35** si] et si *H* 4.5 si] sic *G* 5

A **2** ssq. 1 Cor. 5, 6.13 Ex. 22, 18 Deut. 13, 1-18 17, 12 sq. 18, 20-22 3 Reg. 18, 19 ssq. 38-40 Hieron. in c. 5 ad Gal. *PL 26*, 403 A *sq.* (430 B *sq.*) *v.* 9 — *Ps.* Gregor. li. 12 ep. 31 *PL 77*, 1327 A *li.* 14 *ep.* 17 — August. in Ps. 50 *PL 36*, 599 C *sq.* — Gregor. M. 4 Dial. c. 18 *PL 77*, 349 B *ssq.* — Chrysost. ho. 9 in 1 ad Tim. *PG 62*, 546 B-48 B **6** Eph. 6, 4 Hebr. 12, 7 sq. Prov. 12, 1 13, 18. 24 22, 6. 15 23, 13 sq. 29, 15. 17. 21 Eccli. 7, 25 sq. 22, 3-5 30, 1-13 **12** 1 Reg. 3, 11-14 4, 16-18 3 Reg. 1, 5 sq. **15** Prov. 9, 7-9 15, 5. 10. 12 25, 8. 11 sq. 27, 5 sq. 28, 23 29, 1 Eccle. 7, 6 Eccli. 7, 25 10, 28 11, 7 19, 13-15. 17 20, 1. 4 Ps. 140, 5 Col. 1, 28 1 Thess. 5, 12-14 2 Thess. 3, 14 sq. 1 Tim. 5, 20 2 Tim. 2, 24-26 4, 2 Tit. 1, 5-11 2, 15 **19** Matth. 18, 15-17 **27** Tob. 2, 19-21 Prov. 1, 10-15 29, 24 Num. 16, 25-30 Eccli. 5, 1 2 Chron. 20, 35-37 Gregor. Turon. in glor. confess. c. 63 et 71 *PL 71*, 873 C-75 A 879 A *ssq. MG. SS. rer. Merov. I*, 784 *sq.* 788 *sq. n.* 62, 70 item li. 1 et 2 de glor. mart. c. 36, 72 et 79 *PL 71*, 737 B *ssq.* 768 D *ssq.* 775 B *ssq. et* 809 A *ssq.* 809 C *sq.* 810 B *sq.* 810 D *ssq.* 811 C *ssq.* 813 B *ssq.: MG. SS. rer. Merov. I*, 510 535 *sq.* 540 *sq. c.* 35, 71, 78 *et* 569-72 573 *c.* 13-17, 20 — Theodoret. hist. eccl. li. 3 c. 11 et 12 *PG 82*, 1100 B *ssq.* 1100 D *ssq. c.* 8 *sq.* Victor episc. persec. Vandal. li. 1 *PL 58*, 196 B *ssq. n.* 12: *CV 7*, 17 *n.* 39 Jos. 7, 20-26 Dan. 5, 1-7. 17-31 2 Macc. 3, 4-40 5, 15 ssq. 9, 4 ssq. 1 Macc. 6, 10-13 **33** sq. Ps. 49, 16. 18 Aug. in Ps. 129 *PL 37*, 1699 A *sq.* **35** ssq. Is. 1, 23

B **1** Deut. 23, 18 **14** ssq. Is. 5, 20 10, 1 **17** ssq. Ex. 23, 2 **31** *Ps.* Basil. de bapt. li. 2 c. 9 *PG 31*, 1613 C-17 B *n.* 3. 4 Vide s. Thomam in II, 2 qu. 14

3. DE PECCATIS IN SPIRITUM SANCTUM.

I.

161 **Quid est peccatum in Spiritum sanctum?** *155*

Est oblatam Dei munificentiam et gratiam, quae Spiritui sancto ceu fonti bonorum tribui peculiariter solet, ex malitia contemptim abiicere. Atque hoc est peccare inexpiabiliter, ut iuxta Christi verbum „nec in hoc ipso neque in futuro saeculo talis tantique peccati remissio' impetretur. Hac enim lege nobis- [134v] cum agit Deus, ut nec ‖ gratiam in terris neque gloriam in caelis tribuat aliis, quam qui peccatum detestantur agnitum, et praeter id bonum sibi proponunt rectumque eligunt vitae institutum. Caeterum in hisce peccatis abest tum peccati detestatio, tum boni, quod sectandum erat, electio et abiicitur praeterea id, quo Spiritus sanctus pro sua gratia hominem a peccando solet revocare. Hinc fit, ut eiusmodi peccatis implicati Dei gratiam aut nunquam aut raro et aegre admodum consequantur. Peccatur enim non ex humana imbecillitate vel fragilitate, quod vocant peccare in Patrem Patrisque potentiam, ut in Petro apostolo Christum ipsum negante cernimus, neque rursus ex ignorantia, quod est peccare, ut appellant, in Filium Filiique sapientiam, sicut Saulo accidit ecclesiam persequenti, sed quod longe gravius est, ex ma- 135r lignita- ‖ te et pervicacia mentis peccatur, ut exemplum praebent perversissimi et obstinatissimi illi pharisaei.

II.

162 **Quot sunt peccata in Spiritum sanctum?** *156*

Eiusmodi sex recensentur, ut vulgo quidem recepta sunt eorum haec nomina: Praesumptio de misericordia Dei vel de impunitate peccati, desperatio, agnitae veritatis impugnatio, fraternae charitatis invidentia, obstinatio et impoenitentia. Significantius autem erit, si quis ita numeret:

I. Divina misericordia confidenter abuti.
II. De gratia Dei vel salute sua prorsus desperare.
III. Veritatem religionis adversus suam ipsius conscientiam hostiliter oppugnare.
IIII. Pertinaci invidia concitari graviter ob alienae salutis et ‖ virtutum fraternarum successum. [135v]
V. Obfirmato animo in crimine scienter persistere.
VI. Absque poenitentiae proposito perversae vitae finem nullum facere.

III.

163 **Quaenam praesumptio facit peccatum in Spiritum sanctum?** *157*

Ea, quae hominem sola Dei misericordia confidentem et ad peccandum audacem facit, seposita videlicet ac abiecta omni iustitiae timorisque divini ratione.

Et sic sane peccant hodie complures, qui sola fide in Christum sibi blandientes vel „in mediis peccatorum sordibus ut iumenta computrescunt' nec sibi solum, sed aliis itidem polliceri audent securitatem, modo meri- ‖ tis 136r Christi et Dei gratiae per fidem apprehensae fidant, quantumvis interim poenitentiae fructus negligantur. Horum vero singulis acclamat gentium doctor in fide et veritate Paulus: „An divitias" inquit „bonitatis Dei et patientiae et longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam

A **16** peccatis] quae fiunt in Spiritum sanctum *add. GK* 1.2 **24** vel] et *G* 3 **32** exemplo *J* 2-5 praebent] Christi hostes *add. K* 1.2 **36** Quod *J* 2-5

B **32** securitatem] sanitatem *G* 3

A **9** ssq. Matth. 12, 31 sq. Marc. 3, 28-30 Luc. 12, 10 **26** Matth. 26, 73 sq. Vide GREGOR. M. Moral. li. 25 c. 16 *PL 76*, 339 A-40 A *c.* 11, 12 *n.* 28 *sq.* **29** 1 Tim. 1, 13 Act. 9, 1 sq.

B **24** GREGOR. M. in 1 Reg. c. 3 li. 1 *PL 79*, 139 D-141 A *n.* 25-27 et in li. 33 Moral. c. 15 *PL 76*, 686 D *sq. c.* 12 *n.* 23 item li. 6 ep. 22 *PL 77*, 878 B *ssq. li.* 7 *ep.* 25: *MG Epp. 1*, 465 *(VII, 22)* — FULGENTIUS de fide ad Petr. c. 3 *PL 65*, 690 B-91 A *n.* 38 *sq.* — BERNARD. ser. 38 ex parvis ser. *PL 183*, 696 A *ssq. ser.* 75: *XB I/3*, 951 *sq.* **28** AUG. de fide et op. c. 14 et 22 *PL 40*, 211 A *ssq.* 223 A-D *n.* 21, 40 *sq.*: *CV 41*, 61-64 84-86 in Ench. c. 67 *PL 40*, 263 C *ssq.* et haer. 54 *PL 42*, 40 B *sq.* — HIER. in c. 4 Os. *PL 25*, 849 B *sq. v.* 7 *ssq.* **29** sq. Joel 1, 17 **32** 2 Petr. 2, 18 sq. Eccle. 8, 14 Concil. TRIDENT. sess. 6 c. 9 MSI *33*, 36 A-C et can. 12-14 MSI *33*, 41 B *sq.*: *CTrG t. V AA 2*, 798 HIERON. in c. 4 Dan. *PL 25*, 517 A *v.* 24 **34** Luc. 13, 3 Matth. 3, 8. 10 Act. 26, 20 Eccli. 2, 22 **37** ssq. Rom. 2, 4-6 Eccle. 8, 11-13 Eccli. 15, 21 sq. AUGUST. tr. 33 in Joh. *PL 35*, 1650 D *ssq. n.* 7 *sq.* et ho. 50 ex 50 c. 10 *PL 39*, 1543 D *ssq. ser.* 351 *n.* 8 — ISIDOR. de summo bono li. 2 c. 13 *PL 83*, 615 B-17 A *n.* 8-19 = *li.* 2 *Sentent.*

te adducit?" Quamobrem idem Paulus alibi fidem solam adeo iactari non vult, ut etiam credentes omnes iubeat cum metu ac tremore salutem suam operari fidemque commendat non mortuam, ut Iacobus vocat, sed vivam et efficacem, quae per charitatem legitime operatur.

Contra hoc enorme peccatum sic Ecclesiasticus clamat: „De propitiato peccato noli esse sine metu neque adiicias peccatum super peccatum, et ne dicas: Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim et ira ab illo [136v] cito proximant et in peccatores ira illius ‖ respicit." Recte igitur Propheta: „Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine." Tum alibi: „Honor regis iudicium diligit."

IIII.

164 Quomodo peccatur in Spiritum sanctum desperatione? *158*

Cum praesumptioni, de qua dictum est, contrarium prorsus vitium accesserit, ut omnem spem abiiciat homo vel impetrandae apud Deum veniae vel salutis aeternae consequendae.

Hoc modo peccavit desperando Cain, ut sua ipse voce testatur, cum inquit: „Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear." Peccavit et Iudas, Christi proditor, cum salutis desperatione commotus vitam laqueo sibi infelix abrupit. Atqui nulla nimis est 137r sera homini poenitentia, uti la- ‖ tronis exemplo demonstratur, qui in cruce extremisque vitae spatiis Christi ingentem gratiam et caelestem gloriam est consecutus.

V.

165 Quando veritatem impugnans peccat in Spiritum sanctum? *159*

Quum de fidei et religionis negotio veritas non ex ignorantia, sed malitia studiose oppugnatur, ut hinc veritatis catholicae laedatur sinceritas.

Huic peccato pharisaei obnoxii erant, quibus vel praecipue videmus curae fuisse, tam maligne quam falso blasphemare Christum, insectari doctrinam evangelii, testimonium apostolorum supprimere, idque contra suam ipsorum conscientiam. His non sunt absimiles, qui a Propheta dicuntur ‚sedentes in cathedra pestilentiae;' a Petro au- ‖ tem „ma- [137v] gistri mendaces, qui introducunt sectas perditionis"; a Paulo demum vocantur ‚haeretici,' - „homines corrupti mente, reprobi circa fidem," - „attendentes spiritibus erroris," - ‚subversi et suorum ipsorum iudicio condemnati.' Quibus annumerari potest seductor Elymas, quem Paulus palam obiurgans mira cum vehementia dixit: „O plene omni dolo et omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiae, non desinis subvertere vias Domini rectas."

Refertur ad hanc quoque classem blasphemia Spiritus, quod peccatum Christus in Iudaeis magnopere taxat ac reliquis peccatis

---

A **3** omnes *om. G* 3 **5** mortuam] et otiosam *add. HL* **22** praesumptione *G* 4' 5.6 *H* 3
B **10** sq. laedatur sinceritas] sinceritas depravetur seu labefactetur *K* 1.2 **21** vocantur] vocati *K* 1.2
24 suorum] suo *HL* **26** quem] quam *J* 2-5

A **1** sq. 1 Cor. 13, 1-3 **3** sq. Phil. 2, 12 Ps. 2, 11 Prov. 28, 14 Rom. 11, 20 sq. 1 Cor. 4, 4 10, 12 **5** Jac. 2, 14-26 **6** Gal. 5, 6 **9** ssq. Eccli. 5, 5-7 Eccle. 9, 1-3 Vide AUGUST. de perfect. iustit. c. 15 *PL 44*, 309 C *n.* 33: *CV 42*, 34 item de corrept. et grat. c. 13 *PL 44*, 940 D *sq. n.* 40 — *Ps.* AUGUST. ho. 41 ex 50 *PL 39*, 1714 B *ssq. ser.* 393 et ser. 3 de Innocent. *PL 39*, 2152 D *sq. app. ser.* 220 *n.* 2 — GREGOR. M. Moral. li. 16 c. 31 *PL 75*, 1160 D *sq. c.* 68 *n.* 82 **15** ssq. Ps. 100, 1 BERNARD. ser. 52 ex parvis ser. *PL 183*, 703 C *ser.* 87 *n.* 1: *XB I/3*, 962 et ser. 6 in Cant. *PL 183*, 806 A *ssq. n.* 8, 9 — AUGUST. de utilit. poenit. *II.* c. ult. *PL 39*, 1560 B *ser.* 352 *c.* 3 *n.* 9 **17** Ps. 98, 4 **22** *Ps.* AUGUST. ser. 53 de temp. *PL 39*, 2221 D *ssq. app. ser.* 258 *n.* 1, 2 — AUGUST. ho. 21 ex 50 = *Enarrat. in Ps.* 50 *PL 36*, 587 D *ssq. n.* 5, 6 — GREGOR. M. Moral. li. 8 c. 14 *PL 75*, 821 A *sq. c.* 18 — *Ps.* CHRYSOST. ho. 2 in Ps. 50 *PG 55*, 577 D-78 C 579 B *n.* 3, 4 — BERNARD. ser. 5 de Nativit. Domini *PL 183*, 128 C *sq. n.* 2, 3: *XB I/1*, 132 **28** sq. Gen. 4, 13 BERN. ser. 11 s. Cant. *PL 183*, 825 A *n.* 2 **30** Matth. 27, 3-5 Act. 1, 16-19 Eph. 4, 17-20 2 Reg. 2, 26 **32** sq. Ez. 18, 21-24. 30-32 33, 11. 12. 14-16 1 Joh. 1, 7-9 2, 1 sq. Jer. 3, 1 Is. 1, 16-18 Ps. 144, 8 sq. Eccli. 17, 20-28 **33** Luc. 23, 39-43 AUGUST. Retract. li. 1 c. 19 *PL 32*, 616 C *n.* 7: *CV 36*, 94 item de corrept. et gratia c. 15 *PL 44*, 944 B — *Ps.* AUGUST. ser. 181 de temp. c. 16 *PL 40*, 1199 C *ssq. app. ser. de symbolo* — LEO M. ep. 91 ad Theodor. *PL 54*, 1012 B *sq. ep.* 108 *c.* 3, 4 — Concil. TRIDENT. sess. 14 c. 7 MSI *33*, 96 B *sq.*

B **8** LEO M. ep. 10 ad Flavian. c. 1 *PL 54*, 757 A *ep.* 28 *c.* 1 — AUGUST. de Gen. ad litt. li. 7 c. 9 *PL 34*, 360 D *CV 28/I*, 208 et tr. 18 in ev. Joh. *PL 35*, 1536 B *sq.* Item de util. cred. c. 1 *PL 42*, 65 B *sq.* et de civ. Dei li. 18 c. 51 *PL 41*, 613 A: *CV 40/II*, 351 *sq.* et li. 12 = *21 c.* 25 *PL 41*, 742 A: *CV 40/II*, 566 **12** Matth. 12, 24 15, 1-3 21, 37-41. 45 sq. 22, 15-21 Joh. 7, 41-52 12, 10. 11. 19 **15** sq. Act. 4, 16 sq. 5, 18 **18** sq. Ps. 1, 1 **19** sq. 2 Petr. 2, 1-3 **21** ssq. Tit. 3, 10 sq. 2 Tim. 3, 8. 9. 13 **23** 1 Tim. 4, 1 ssq. **24** Tit. 3, 11 **27** ssq. Act. 13, 10 **31** Matth. 12, 31 sq. Apud GRATIAN. c. 5 *C. 25 qu.* 1

deterius facit. Atque utinam modo hic non peccaretur. Nam blasphemant Spiritum sanctum et illi, ut scribit DAMASUS, qui contra sanctos patrum canones Spiritus sancti instinctu dictatos libenter aliquid aut proterve
138r agunt, aut loqui praesu- ‖ munt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim praesumptio manifeste unum genus est blasphemiarum in Spiritum sanctum. Sic Damasus.

VI.

166 Quomodo invidentia *160* fraternae gratiae peccatum est in Spiritum sanctum?

Quando dolemus ac tristamur graviter de splendore augmentove virtutum donorumque Dei, quibus frater est conspicuus.

Quod crimen non tam hominis videtur esse proprium quam satanae, qui Dei gratiam in homine tum augeri tum conservari fert impatientissime; et idcirco non modo fratrum accusator, verum etiam Dei et bonorum omnium implacabilis est adversarius, qui „tanquam leo rugiens circumit quaerens, quem
[138v] devoret." Satanae filii ‖ ex Iudaeis fuere, qui nascentem evangelii gratiam omnino gentibus invidebant, ut in actis apostolicis legimus.

VII.

167 Quae obstinatio facit *161* peccatum in Spiritum sanctum?

Ea nimirum, quae obfirmatum plane animum adfert adversus bene monentem, ut nullis quidem rationibus ab instituto damnabili se deflecti quis patiatur.

Fuit hoc peccato insigniter obstrictus rex Pharao, qui etsi toties moneretur a Moyse et subinde flagellis Dei gravissimis affligeretur, tamen in proposito tyrannico perstitit et periit obstinatus. Nota est et Iudaeorum invicta pertinacia, quos suis veluti coloribus depingens Stephanus: „Dura cervice" inquit „et incircuncisi cordibus et auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis." ‖ Nec sunt 139r
dissimiles hodie, qui novis addicti sectis, ne audire quidem aut legere sustinent catholice docentem, quasi aspidum instar occlusis illi contra dulcem melodiam, id est sanam ecclesiae doctrinam, auribus dicere videantur: „Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus" quod nihil aliud est, quam, ut Paulus loquitur „secundum duritiam et impoenitens cor thesaurizare sibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei." Nam ut Salomon quoque docet: „Viro, qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus eius superveniet interitus, et eum sanitas non sequetur."

VIII.

168 Quando peccatum *162* impoenitentiae committitur?

Cum homo peccatorum suorum, quae salutari poenitentia expianda forent, finem modumque nullum facit ac proponit ‖ insuper se [139v]
nolle unquam poenitentiam agere.

Talium certe, qui deplorate peccatores sunt ac manere volunt, vita iuxta ac ‚mors pessima' est, quum illi, si non verbis, at re ipsa dicere videantur: „Percussimus foedus cum morte et cum inferno fecimus pactum." Ac de his etiam dictum accipi potest, quod

---

A **14** est] sit *L*2 **18** conspicuus] perspicuus *G*3 **23** Dei et *om. GK*1.2 **25** circuit *HL* **35** adfert] aufert *L*2
B **5** et Judaeorum] Judaeorum *J* **8** incircuncisi] incircumcisis *HL* **10** novis] nobis *G*5 **15** nobis] et *add. HL* **21** eius] ei *L* **29** forent] essent *K*1.2 finem] fidem *H*4.5 **31** poenitentiam agere] poenitere *GK*1.2 **34** at] ac *J*2-5

A **13** AUGUST. de ser. Dom. li. 1 c. 22 *PL 34*, 1266B *sq.* 1267A *sq. n.* 73, 75 et Retract. li. 1 c. 19 *PL 32*, 616C *n.* 7 *CV 36*, 93 *sq. c.* 18 **20** Sap. 2, 24 sq. **23** Apoc. 12, 9 **24** 1Petr. 5, 8 **28** Act. 11, 2 sq. 13, 44-46 Gen. 4, 4 sq. **34** AUGUST. in Ench. c. 83 *PL 40*, 272A et in Ps. 58 cont. 1 *PL 36*, 701B *ssq. n.* 12-14 GREGOR. M. ho. 11 s. Ez. *PL 76*, 915A *sq.* 916B-17A *n.* 23-25 — BERNARD. de Considerat. li. 1 *PL 182*, 730B *sq. c.* 2 *n.* 3 et in ser. de convers. ad clericos c. 4 *PL 182*, 837B *sq. c.* 4 *n.* 5

B **2** Ex. 7 et deinceps — AUGUST. qu. 18 et 24 s. Ex. *PL 34*, 601D *sq.* 603C *sq.*: *CV 28/II*, 101 104 — *Ps.* AUGUST. ser. 88 de temp. *PL 39*, 1786D *ssq. app. ser.* 22 *n.* 2-4 — GREGOR. M. Moral. li. 31 c. 11 *PL 76*, 587C *c.* 14 et li. 11 c. 5 *PL 75*, 959C *c.* 9 **5** Ex. 14, 27 sq. Jer. 5, 3-5. 23 Is. 48, 4 Zach. 7, 9-12 Gen. 49, 5-7 **7** ssq. Act. 7, 51 **12** Ps. 57, 5 **15** sq. Job 21, 14 **17** ssq. Rom. 2, 5 **20** ssq. Prov. 29, 1 BERNARD. ser. 2 in Cant. *PL 183*, 988B-89D *ser.* 42 *n.* 2-4 **28** AUGUST. de verbis Dom. ser. 11 *PL 38*, 455D *ssq. ser.* 71 *c.* 12, 13 et ep. 50 ad Bonifacium *PL 33*, 814C *ssq. ep.* 185 *c.* 11 *n.* 49 *sq.*: *CV 57*, 42 *sq.* — GELASIUS in tomo de anathematis vinculo *PL 59*, 105A *ssq.* 106D *sq.* **33** sq. Ps. 33, 22 **35** sq. Is. 28, 15 3, 8 sq. Ps. 51, 3. 7 Prov. 2, 11-15

Ioannes testatur: „Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis."

Haec dicta sint hactenus de peccatis in Spiritum sanctum, gravissimis illis quidem, et quae aut nunquam aut aegre admodum a Deo homini remittuntur. Quapropter adversus ea saepe nos ipsos munire et alios confirmare debemus, ut observetur illud: Nolite ‚contristare,' nolite ‚extinguere' Spiritum Dei. - „Hodie, si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra." - „Non obduretur quis ex vobis fallacia peccati." - „Cor enim durum habebit male in novissimo."

Nunc porro ad peccata, ‖ quae et ipsa non 140r
parum enormia sunt et in caelum clamantia dici solent, accedamus.

A **1** sq. 1 Joh. 5, 16 AUGUST. de corrept. et gratia c. 12 *PL 44*, 938 A *sq.* et Retr. li. 1 c. 19 *PL 32*, 616 C: *CV 36*, 93 *sq.* *c.* 18 **8** sq. Eph. 4, 30 1 Thess. 5, 19
B **2** sq. Ps. 94, 8 **3** sq. Hebr. 3, 13 **4** sq. Eccli. 3, 27

4. DE PECCATIS IN CAELUM CLAMANTIBUS.

I.

169 **Quae dicuntur peccata in caelum clamantia?** *163*

Ea, quae prae caeteris insignem et manifestam improbitatem habere noscuntur divinamque iram et ultionem insigniter accersunt iis, a quibus committuntur.

Eiuscemodi quatuor e scriptura numerantur: homicidium voluntarium, peccatum sodomiticum, oppressio pauperum et merces operariorum defraudata.

[140v] ### II.

170 **Quomodo scriptura vindicari docet homicidium voluntarium?** *164*

Graviter sane, quemadmodum hisce verbis Deus ostendit, quibus Cain primum increpat homicidam: „Quid fecisti?" inquit „vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram." Et alibi vox divina testatur: „Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus est homo." Concinit psaltes regius: „Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos." Summum enim hoc scelus est et atrocissimam proximo iniuriam adfert, qui vitam ei adimit absque legitima autoritate. Unde a Christo etiam dictum est: „Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt."

III.

171 **Quid vero de sodomitico peccato eiusque punitione scriptum extat?** *165*

„Homines sodomitae" inquit scriptura „pes- 141r
simi erant et peccatores coram Domino nimis." Nefandum hoc et flagitiosum peccatum Petrus et Paulus coarguunt; tum natura ipsa execratur; scriptura vero tanti flagitii magnitudinem his etiam verbis declarat: „Clamor Sodomorum et Gomorrhaeorum multiplicatus est, et peccatum eorum aggravatum est nimis." Unde ad Loth iustum et ab infandis Sodomitarum stupris maiorem in modum abhorrentem sic angeli loquuntur: „Delebimus locum istum eo, quod increverit clamor eorum coram Domino, qui misit nos, ut perdamus illos." - „Igitur Dominus pluit super Sodomam et Gomorrham sulphur et

A **21** inquit *om. K* 1. 2 *B* **14** et peccatores] peccatores *J* 2-5 **15** hoc] est *add. L* 2

A **6** AUGUST. Ench. c. 80 *PL 40*, 270 D *ssq.* et li. annotat. in Job c. 30 *PL 34*, 857 D *ssq.*: *CV 28/II*, 573 et li. 1 locut. de Gen. c. 60 *PL 34*, 491 B: *CV 28/I*, 517 *locut.* 61 et qu. 5 Exod. *PL 34*, 598 B: *CV 28/II*, 94 — GREGOR. M. 3. parte curae past. admonit. 32 *PL 77*, 112 C *c.* 31 — *Ps.* GREGOR. M. in 2. Ps. poenitent. *PL 79*, 560 D *sq. Ps.* 31 *v.* 3 *n.* 3 **10** Gen. 4, 10 **11** Gen. 18, 20 sq. Ex. 22, 21-27 **12** Deut. 24, 10-15 Jac. 5, 1-4 **17** Vide concil. ANCYR. c. 22 MSI 2, 534 A HI *pg.* 263 — EPAUN. can. 31 MSI *8*, 563 B — TRIBUR. can. 54 (-58) MSI *18*, 156 A-57 D **20** ssq. Gen. 4, 10 sq. AMBROS. li. 2 de Cain et Abel c. 9 *PL 14*, 356 A *sq.* (375 A *sq.*) *n.* 30: *CV 32/I*, 403 *sq.* **24** ssq. Gen. 9, 6 Ex. 21, 12-15 Lev. 24, 17 Num. 35, 16-34 Deut. 19, 4-13 1 Joh. 3, 15 **27** sq. Ps. 54, 24
B **4** sq. AUGUST. c. Faust. li. 22 c. 70 *PL 42*, 444 D: *CV 25/I*, 667 **6** sq. Matth. 26, 52 Apoc. 13, 10 **13** sq. Gen. 13, 13 **16** 2 Petr. 2, 6 ssq. Rom. 1, 23-29 1 Tim. 1, 9 sq. Eph. 5, 5. 6. 12 Judic. 19, 22-25 20, 46-48 **18** ssq. Gen. 18, 20 **21** 2 Petr. 2, 6 ssq. **23** ssq. Gen. 19, 13 **26** ssq. Ibid. 19, 24 sq. Sap. 10, 6-8 Deut. 29, 22 sq. Judas 7 sq. Gen. 13, 10 Vide GREGOR. M. Moral. li. 14 c. 10 *PL 75*, 1051 C *c.* 19 *n.* 23 — AUGUST. de civ. Dei li. 16 c. 30 *PL 41*, 509 C *sq.*: *CV 40/II*, 180 — TERTULL. in apolog. adv. gentes c. 39 *PL 1*, 482 A-84 A (546 A-48 A) *c.* 40

ignem a Domino de caelo, et subvertit civitates has et omnem circa regionem." Neque tacet scriptura causas, quae ad hoc pergrave peccatum Sodomitas impulerunt et alios itidem permovere possunt. Sic enim legimus
[141v] apud Ezechielem: „Ecce haec fuit iniquitas Sodomae, sororis tuae: superbia, saturitas panis et abundantia et otium ipsius et filiarum eius; et manum egeno et pauperi non porrigebant."

Huic autem flagitio nunquam satis execrando sunt obnoxii, qui divinam immo et naturalem legem in Levitico scriptam violare non verentur. Ea sic habet: „Cum masculo non commiscearis coito femineo, quia abominatio est. Cum omni pecore non coibis nec maculaberis cum eo." Quod si fiat, terram ipsam tam tetris ac nefandis libidinibus pollui ac iram divinam adversus populum maiorem in modum concitari, tum crimen mortis supplicio expiandum esse eodem loco monemur. Unde Paulus non semel etiam arguit masculorum concubitores, damnat praeterea immundos atque molles. E quibus unus erat Onan, Iudae filius, qui praesentem Dei ultionem effugere non potuit, quod in terram
142r semen funderet peiorque bestiis naturae honestatem ac ordinem vellet perrumpere.

IIII.

172 Quid scriptura de pauperum 166 oppressione proponit?

„Advenam non contristabis" dicit Dominus, „neque affliges eum; advenae enim et ipsi fuistis in terra Aegypti. Viduae et pupillo non nocebitis. Si laeseritis eos, vociferabuntur ad me, et ego audiam clamorem eorum, et indignabitur furor meus percutiamque vos gladio, et erunt uxores vestrae viduae et filii vestri pupilli." Quapropter Aegyptii tot plagis attriti et cum suo rege crudelissimoque tyranno Pharaone, qui ne a parvulis quidem Hebraeorum occidendis sibi temperavit, submersi demum fuere videlicet ob suam in Israëlitas plusquam barbaricam immanitatem. „Vidi" inquit Dominus „afflictionem populi mei in Aegypto et clamorem eius audivi propter duritiam eorum, qui praesunt operibus; et sciens dolorem eius descendi, ut liberem eum de [142v]
manibus Aegyptiorum." Hinc apud Esaiam quoque interminatur Dominus: „Vae, qui condunt leges iniquas et scribentes iniustitiam scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes et vim facerent causae humilium populi mei, ut essent viduae praeda eorum et pupillos diriperent." Et apud eundem prophetam de inhumanis et iniquis magistratibus extat haec querimonia: „Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, et causa viduae non ingreditur ad illos:" Item: „Populum meum exactores sui spoliaverunt." Nec dubium, quin civitates et provinciae hoc execrando peccato, quod a tyrannicis magistratibus perpetratur, in summum saepe discrimen adducantur.

V.

173 Quid postremo scriptura 167 docet de mercede operariis retenta vel imminuta?

Apud Iacobum apostolum legimus, quam is 143r
graviter divitibus exprobret crudelem tenacitatem summamque in defraudandis operariis iniquitatem. „Ecce merces" inquit „operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quae fraudata est a vobis, clamat et clamor eorum in aures domini Sabaoth introivit." Ecclesiasticus vero in hunc modum: „Panis egentium" ait „vita pauperis est. Qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem et qui fraudem facit mercenario, fratres sunt."

B **41** fundit *K* 1.2

A **6** ssq. Ez. 16,49 **14** ssq. Lev. 18,22 sq. Deut. 27,21 Vide CHRYSOST. ho. 4 in ep. ad Rom. *PG 60*, 419 C *sq.* 420 A *ssq.* TERTULL. in li. de pudicitia *PL* 2,987 A (1039 A) *c.* 4: *CV 20*,225 *sq.* — AUGUST. Confess. li. 3 c. 8 *PL 32*,689 D *n.* 15: *CV 33*,56 et ep. 109 *PL 33*,964 C *ep.* 211 *n.* 14: *CV 57*,369 Lex: Cum vir nubit. Cod. ad legem Juliam de adulterio *li.* 9 *tit.* 9 *c.* 31 **20** sq. Lev. 20,13.15.16.23 Ex. 22,19 Joel 3,2 sq. **22** 1 Cor. 6,10 Rom. 1,23-29 1 Tim. 1,9 sq. Gal. 5,19-21 **25** Gen. 38,8-10 HIERON. in c. 5 ep. ad Eph. *PL 26*,519 B *sq.* (551 D *ssq.*) *v.* 3,4 **33** ssq. Ex. 22,21-24 Deut. 15,7-11 24,11-13.17 Eccli. 35,16-19 Jer. 21,12 22,1-5 Mal. 3,5 2 Reg. 12,1-6 **40** Ex. 7,20 et deinceps c. 8-10 *passim* 14,28 **42** sq. Ex. 1,8-22 Ex. 14,27 sq.

B **3** ssq. Ex. 3,7 sq. **9** ssq. Is. 10,1 sq. Deut. 27,19 Job 24,1-4.9-12 Matth. 23,14 **16** ssq. Is. 1,23 Jer. 5,28 sq. Zach. 7,8-11 Ps. 93,3-9 Amos 5,11 sq. **20** Is. 3,12 **33** ssq. Jac. 5,4 **37** ssq. Eccli. 34,25-27

Itaque lege divina sancitum est: „Non negabis mercedem indigentis et pauperis fratris tui sive advenae, qui tecum moratur in terra et intra portas tuas est, sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est et ex eo sustentat animam suam, ne clamet contra te ad Dominum et reputetur tibi in peccatum."

[143v] VI.

174 **Quo referenda est omnis haec de peccatis tractatio et quis illius usus?** *168*

Haec tractatio ad priorem spectat christianae iustitiae partem, quae in malis cognoscendis et fugiendis est posita. Usus autem ac fructus tractationis est ea, quae vere mala, Deo contraria, hominibus perniciosa sunt, rite discernere, discreta prorsus cavere et, si quid horum admissum sit, sedulo expiare.

Hinc etiam discimus, quomodo sapiens a stulto, iustus ab impio differat. „Sapiens enim timet et declinat a malo, stultus vero transilit et confidit." - „Non enim recipit stultus verba prudentiae, nisi ea dixeris, quae versantur in corde eius" teste Salomone, qui hoc etiam scriptum reliquit: „Iustorum semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa, nesciunt, ubi corruant." Plerique certe peccata, quae indicavimus, ‖ perniciosas 144r illas animorum pestes turpiter ignorant, alii, ut norint maxime, non fugiunt tamen neque detestantur. Pessimi vero illi sunt, qui peccati consuetudine obduruerunt, de quorum genere dictum est illud: „Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit, sed sequitur eum ignominia et opprobrium." Ea vero in primis contemnit, quae christiana iustitia non solum ad vitiorum observationem seu differentiam cognoscendam, sed etiam ad eorum devitationem et expiationem adhibendam postulat.

A **14** quis] quae *K*2 *B* **2** declinat] declarat *G*3 **16** peccatorum *om. GK*1.2

A **1**ssq. Deut. 24,14sq. Lev. 19,13 Tob. 4,15 Mal. 3,5
B **1**ssq. Prov. 14,16 **3**ssq. Prov. 18,2 **6**ssq. Prov. 4,18sq. **11**ssq. AUGUST. de gratia et libero arbitrio c. 3 *PL 44*,884C*ssq.* et li. 3 de lib. arb. c. 22 *PL 32*,1302C — BERNARD. ep. 77 ad Hug. *PL 182*,1041D-42D *c.* 4 CHRYSOST. ho. 26 in ep. ad Rom. *PG 60*,641A *c.* 14 **14** Vide supra de obstinatione et AUGUST. in Ench. c. 80 *PL 40*,270D *ssq.* **15**ssq. Prov. 18,3

5. DE PECCATORUM EXPIATIONE.

I.

175 **Quibus vero modis peccata expiantur?** *169*

Hic in primis est extra controversiam Chri- [144v] stum nobis esse propitiatorem et il- ‖ lum „Dei agnum, qui tollit peccata mundi" quique solus remissionem peccatorum nobis potuerit promereri et purgationem eorum facere.

Deinde certum est „Deum fide purificare corda" ut Petrus inquit, quod citra fidem (humanae salutis ostium ac fundamentum) nullus peccatorum remissionem aut expiationem consequi aut sperare possit. Fide vero destituuntur, qui cum ecclesiae fide non consentientes vana quadam fiducia peccati remissionem et iustificationis gratiam propter Christum sibi aliisque pollicentur.

Qui vero in ecclesiae fide et eius unitate persistentes a peccatis cupiunt liberari, multos illi modos ad peccatorum suorum expiationem in scriptura propositos habent, inter

A **1** De — expiatione *om. GK*1.2 **10** eorum] omnibus *add. K*1.2
B **6** vana] et vana *K*1 fiducia] opinione seu fiducia freti *K*1.2

A **6** Concil. TRIDENT. sess. 5 can. 3 et sess. 6 c. 2 et 7 MSI *33*,27E*sq. et* 33C 35A: *CTrG t. V AA 2*,239 *et* 792*sq.* **7**sq. Rom. 3,24-28 1Joh. 2,1sq. 4,10 1,7 Joh. 1,29.36 Matth. 1,21 1Cor. 1,30sq. 1Tim. 2,5sq. Hebr. 1,3 9,11-14 Act. 4,11sq. **12**ssq. Act. 15,9 Hebr. 11,1.6 Gal. 2,16 3,8 Rom. 3,24-28 Luc. 7,50 Eph. 2,8-10 TRIDENT. sess. 6 c. 8 MSI *33*,35E: *CTrG t. V AA 2*,794
B **4**sq. AUGUST. tract. 67 in Joh. *PL 35*,1812D*sq.* — LEO M. ser. 14 de nativ. Dom. *PL 54*,207C*sq. ser.* 24 *c.* 6 **6**ssq. Vide supra de praesumpt. **11**sq. CYRILL. = *Origenes* li. 2 in Lev. *PG 12*,417C-19C *n.* 4: *CB 29*,295*ssq. n.* 4 — AUGUST. c. Crescon. li. 2 c. 12 *PL 43*,475C*sq.*: *CV 52*,374 — CHRYSOST. cont. 4 de Lazaro in fine *PG 48*,1016C*sq. n.* 7 et ho. 6 in Joh. *PG 59*,64C-66A *ho.* 7 *n.* 2

quos principem tenet locum poenitentiae sa-
145r cramentum, quo neg- ‖ lecto frustra de reliquis letalium peccatorum remediis adhibendis agitur. Hoc enim ut praesens, ita necessarium pharmacum Christus, animarum medicus, instituit contra omnem peccati lepram valiturum, idque commendans dixit sacerdotibus: „Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis."

Secundo purgantur et expiantur eleemosyna, quia scriptum est: „Eleemosyna ab omni peccato et a morte liberat et non patietur animam ire in tenebras." Monet igitur Propheta: „Peccata tua eleemosynis redime et iniquitates tuas misericordiis pauperum."

Tertio remittuntur peccata, dum quantumvis laesi fratri offensam condonamus dicente Domino: „Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater caelestis delicta vestra."

Quarto idem fit, cum peccantem fratrem corripiendo emendamus ac lucrifacimus, sic-
[145v] uti ‖ scriptum est: „Qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam eius a morte et operiet multitudinem peccatorum."

Quinto huc pertinet abundantia sincerae charitatis ad impetranda et conficienda bona omnia praepotentis, ob quam de Magdalena dicitur: „Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum." - „Charitas enim operit multitudinem peccatorum."

Sexto ad idem valet contriti cordis sacrificium, quod nunquam despicit Deus et humilis cognitio sui confessioque peccatorum. ‚Respicit enim Dominus in orationem humilium et non despicit preces eorum.' Ut hinc etiam David de seipso testetur: „Dixi, confitebor adversum me iniustitiam meam Domino et tu remisisti impietatem peccati mei."

Ac Ioannes generatim omnibus vere confitentibus hanc gratiam pollicetur: „Si confiteamur" inquit „peccata ‖ nostra, fidelis est 146r
et iustus, ut remittat nobis peccata nostra et emundet nos ab omni iniquitate." Igitur Ninivitae, cum humilitatis et poenitentiae operibus sedulo insisterent, praesentem Dei iram placaverunt et iamiam imminens urbi ac patriae exitium averterunt. Quare de illis sic scriptum legimus: „Vidit Deus opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala, et misertus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret eis et non fecit."

Sic demum, scriptura teste, discimus his aliisque modis et officiis verae pietatis Christi gratia editis hoc effici, ut credentium et poenitentium in ecclesia, sicut diximus, peccata expientur. Eoque spectans Apostolus monet: „Has habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus perficientes sanctificationem in timore Dei." Nec minus graviter Iacobus: „Emundate" inquit „manus peccatores et purificate corda, duplices ani- ‖ mo. [146v]
Miseri estote et lugete et plorate; risus vester in luctum convertatur et gaudium in moerorem. Humiliamini in conspectu Domini et exaltabit vos." Etenim non sufficit mores in melius commutare et a factis malis recedere, ut AUGUSTINI verbis iterum utamur, nisi etiam de iis, quae facta sunt, satisfiat Deo per poenitentiae dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium cooperantibus eleemosynis.

Alioquin quisquis de peccatis letalibus in se aliqua dominari cognoverit, ut idem AUGUSTINUS est autor, nisi digne se emendaverit et, si habuerit spatium, longo tempore poenitentiam egerit et largas eleemosynas erogaverit et a peccatis ipsis abstinuerit, illo

A **22** emendemus *J* 3-5 lucrifaciamus *G* 1
B **4** iustus] Christus *GK* **9** de illis sic] sic de illis *GH*] de illis *K* 1,2 **12** malitia *L* **28** vos] eos *J* 3-5 **30** iterum] interim *J*

A **2** sq. Vide supra in sacram. poenitent. **8** sq. Joh. 20,23 **11** ssq. Tob. 4,11 12,8.9 Eccli. 3,14-20 Prov. 13,8 15,27 16,6 Luc. 11,41 **14** sq. Dan. 4,24 Is. 1,17 sq. Hebr. 13,16 vide inferius de eleemosyna **18** ssq. Matth. 6,14 Luc. 6,37 Marc. 11,25 Eccli. 28,2 **23** ssq. Jac. 5,20 **30** sq. Luc. 7,47 **31** sq. 1 Petr. 4,8 Prov. 10,12 **33** Ps. 50,19 Luc. 18,13 sq. Matth. 18,32 Eccli. 21,1 **36** sq. Ps. 101,18 **38** ssq. Ps. 31,5
B **2** ssq. 1 Joh. 1,9 **5** sq. Jon. 3,5-9 Matth. 12,41 Luc. 11,32 3 Reg. 21,25-29 Sap. 11,24 CYPRIAN. li. 1 ep. 8 *PL 4*, 334 A *sq.* (343 A *sq.*) *ep.* 40 *c.* 2, 3: *CV 3/II*, 591 *sq. ep.* 43 et li. 4 ep. 4 *PL 4*, 240 B *sq.* 241 C (246 B 247 B *sq.*) *ep.* 7 *c.* 1: *CV 3/II*, 495 *ep.* 11 et li. 5 ep. 12 *PL 4*, 295 B-97 A (303 A *ssq.*) *ep.* 26 *c.* 6, 7: *CV 3/II*, 562 *sq. ep.* 31 **10** ssq. Jon. 3, 10 Num. 25, 11-13 Ps. 105, 30 sq. **14** Prov. 10, 2 Act. 8, 22 sq. **19** ssq. 2 Cor. 7, 1 2 Tim. 2, 19-21 **23** ssq. Jac. 4, 8-10 Ez. 18, 27 **30** AUGUST. ho. 50 ex 50 c. 15 *PL 39*, 1549 A *ser.* 351 *c.* 5 *cfr.* GR. c. 63 *D. 1 de poenit.* et in Ench. c. 70 *PL 40*, 265 C — CYPRIAN. de lapsis in fine *PL 4*, 492 B-94 B (507 B-10 A) *c.* 35, 36: *CV 3/I*, 262 *ssq.* et alii ut supra de satisfact. **36** *Ps.* AUGUST. ser. de sanctis *PL 39*, 1946 C *app. ser.* 104 *n.* 2

transitorio igne, de quo dixit Apostolus, purgari non poterit, sed aeterna illum flamma
147r sine ullo remedio cruciabit. Non enim ‖ capitalia post hanc vitam, sed minuta peccata purgantur expianturque.

II.

176 Quid vero de minutis peccatis est sentiendum? *170*

Id scilicet, quod eiusmodi leviora, uti mentis evagatio, verbum otiosum, risus immoderatus et consimilia, quae quotidiana seu venialia peccata dicuntur, et sine quibus haec vita non ducitur: „In multis enim offendimus omnes" ut antea quoque monuimus, etsi letalia non sunt et in speciem minuta videntur, tamen haudquaquam sunt contemnenda. Siquidem Deo displicent seu, ut Paulus loquitur ‚contristant Spiritum sanctum' obfuscant conscientiam, charitatis fervorem imminuunt, virtutumque profectum remorantur et ad graviora saepe vitia periculaque pertrahunt.
[147v] Unde scriptum est: „Qui ‖ spernit modica, paulatim decidet." - „Qui amat periculum, peribit in illo." - „Qui in uno peccaverit, multa bona perdet."

Cavendae sunt igitur, quantum licet, hae labes et sordes animae, quoniam, ut legimus: ‚Non intrabit in caelestem Hierusalem aliquid coinquinatum.' Ac nisi in hac vita illae diluantur, etiam post mortem hominem gravant nec sine poenis quidem acerbis purgatorii ignis expiantur. Qui quidem ignis, etsi perpetuus non sit, tamen, si Augustino credimus, gravior est, quam quicquid homo in hac vita potest perpeti.

III.

177 Quibus autem remediis peccata leviora purgantur? *171*

Ut eiuscemodi animae sordes in hac vita diluantur, ecclesia vetus remedia isthaec agnovit et in usu habuit, humilem sui accusationem, dominicam precationem, pectoris tun- ‖ sionem et alias id genus pias in Deum 148r
ac etiam erga proximum exercitationes corporisque afflictiones sponte ac religiose susceptas. Quae quidem remedia tanto lubentius ac studiosius amplectuntur sapientes, quo rectius norunt et diligentius expendunt divinae iustitiae in vindicandis peccatis severitatem. Quod vel ex illa metuenda Christi sententia planum fieri potest: „Dico vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii." Itemque ex illo dicto Petri: „Iustus vix salvabitur." Ut hinc Iob, vir alioquin iustus et innocens, dixerit: „Verebar omnia opera mea, sciens, quia non parceres delinquenti." Et apostolus Paulus: „Horrendum est incidere in manus Dei viventis." - „Quod si nosipsos diiudicaremus" ut idem admonet „non utique iudicaremur." - „Beatus igitur homo, qui semper est pavidus; qui vero mentis est durae, corruet in malum."

A **2** poteris *K*2 **18** sunt] veniunt *K*1.2 **22** virtutumque] utrumque *L*2 **26** uno] una *G*2.2'3
B **2** sq. in hac *om. L*2 **9** eiusmodi *HK*2 *L*1.3-5] eiusdem *L*2 **16** libentius *K*2 **31** utique *om. L*2

A **1** 1 Cor. 3, 12-15 Idem *Ps.* Augustin. ho. 16 ex 50 *PL 39*, 2212 A *sq. app. ser.* 252 — Augustin. in Ench. c. 67 *PL 40*, 263 C *ssq.* Item de fide et operibus c. 16 *PL 40*, 215 D *ssq. n.* 27: *CV 41*, 70 *sq.* et qu. 1 ad Dulcit. *PL 40*, 150 A **12** Augustin. in Ench. c. 78 et 79 *PL 40*, 269 B *ssq.* 270 B *sq.* et li. 21 de civ. Dei c. 27 *PL 41*, 750 C *sq.*: *CV 40/II*, 580 — Isidor. de summo bono li. 2 c. 18 *PL 83*, 620 D *ssq. n.* 1-6 **15** Jac. 3, 2 1 Joh. 1, 8.10 Eccle. 7, 21 Prov. 14 = *24*, 16 Ps. 31, 5 sq. **17** Augustin. de decem chordis c. 11 *PL 38*, 88 A *ssq. ser.* 9 et in Ps. 129 *PL 37*, 1699 D *n.* 5 — *Ps.* Augustin. ser. 244 de temp. *PL 39*, 2299 C *app. ser.* 292 — Augustin. tract. 12 in Joh. *PL 35*, 1492 A **20** Eph. 4, 30 Chrysost. ho. 87 in Matth. *PG 58*, 767 B *ssq. ho.* 86. Ho. 8 in 1 Cor. *PG 61*, 73 A *sq.* et in ser. de levium peccat. peric. *Ed. Paris.* 1570 *t. V*, 707 *(dub.)* — Bernard. ser. 1 de convers. Pauli *PL 183*, 363 A *n.* 5: *XB I/2*, 484 et in tract. de praecepto et dispensat. c. 14 *PL 182*, 875 C *ssq. c.* 11 **24** sq. Eccli. 19, 1 **25** sq. Ibid. 3, 27 **26** sq. Eccle. 9, 18 **30** sq. Apoc. 21, 27 Ps. 14, 1-3 23, 3 sq. **31** Vide supra de satisfact. **32** Augustin. in Ps. 37 *PL 36*, 397 B *sq.* — *Ps.* Augustin. ser. 41 de sanctis *PL 39*, 1946 B-49 C *app. ser.* 104 — Gregor. M. in 3. Ps. poenitent. *PL 79*, 568 A *Ps.* 37 *v.* 1

B **10** Augustin. ep. 108 *PL 33*, 1089 A *sq. ep.* 265 *n.* 8: *CV 57*, 646 Ench. c. 71 et 72 *PL 40*, 265 D *sq.* 266 B In Joh. tract. 12 *PL 35*, 1492 A — *Ps.* Augustin. ser. 41 de sanctis *PL 39*, 1946 B-49 C *app. ser.* 104 — Augustin. de civ. Dei li. 21 c. 27 *PL 41*, 750 C *sq.*: *CV 40/II*, 580 et ho. 50 ex 50 c. 8 *PL 39*, 1541 B *ssq. ser.* 351 *c.* 3 — Concil. Tolet. IV. can. 9 Msi *10*, 621 C *c.* 10 Hi *pg.* 366 **19** Job 24, 12 Prosper in Sent. August. c. 210 *PL 51*, 456 C *sq. c.* 211 — Augustin. in Ps. 58 *PL 36*, 701 B *ssq. n.* 12-14 **21** ssq. Matth. 12, 36 **25** 1 Petr. 4, 18 **26** ssq. Job 9, 28 **29** Hebr. 10, 31 **30** sq. 1 Cor. 11, 31 **32** ssq. Prov. 28, 14

[148v] IIII.

178 **Anne satis est a peccatis abstinere?** *172*

Iustitia quidem christiana, de qua hucusque diximus, duas partes proponit et velut aeque necessarias nobis commendat hisce verbis: „Declina a malo et fac bonum." Sicut et Paulus docet: „Odientes malum et adhaerentes bono." Non sufficit igitur, quod AUGUSTINUS perspicue dixit, abstinere a malo, nisi fiat, quod bonum est; et parum est nemini nocere, nisi studeas multis prodesse.

Quapropter absoluta utcunque iustitiae priore parte, quae mala prohibet, consequens est, ut favente Christo de altera porro, quae in bonis consectandis est posita, dicere pergamus.

B **2** dixit] et *add. G* 3

A **5** BERNARD. ser. 34 ex parvis ser. *PL 183*, 691 D *ser.* 71 (121) *n.* 1: *XB I/3*, 945 — CHRYSOST. in Ps. 4 *PG 55*, 52 C-53 B et ho. 16 in ep. ad Eph. *PG 62*, 111 C 112 C-13 B *n.* 1 — *Ps.* AUGUST. ser. 59 de temp. *PL 39*, 1863 A *app. ser.* 62 *n.* 8 **8** Ps. 36, 27 33, 15 et ibid. AUGUST. *PL 36*, 388 B *sq.* 318 C **9** sq. Rom. 12, 9 1 Petr. 3, 11 Tob. 4, 23 Is. 1, 16 sq. Eccli. 3, 32 Col. 3, 8-10 Eph. 4, 20-32 Jac. 4, 17 Matth. 3, 10 7, 19

B **1** AUGUST. in Sentent. Prosperi c. 86 *PL 51*, 439 C *Sent.* 86 De civ. Dei li. 19 c. 14 *PL 41*, 643 A: *CV 40/II*, 399

149r

6. DE TRIPLICI GENERE BONORUM OPERUM.

I.

179 **Iustitia christiana circa quae bona versatur?** *173*

Haec iustitia tam late patet, ut „omnia bona, quae honeste, iuste ac pie fiunt' in se contineat nobisque expetenda et consectanda proponat. Unde ita fideles Apostolus commonefacit: „Ambuletis digne Deo per omnia placentes; in omni opere bono fructificantes" - „providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus." Hic enim nostrae vocationis et christianae iustitiae per Christum partae verus est usus ac fructus proprius Petro teste: „Ut peccatis mortui iustitiae vivamus" hoc est quemadmodum a Paulo explicatum est: „Ut abnegantes impietatem et saecularia desideria sobrie et iuste et pie vivamus in hoc saeculo."

[149v] In eundem ‖ sensum nobis proponitur evangelicum illud: „Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati serviamus illi in sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris." Nam idcirco redemit nos Christus „ab omni iniquitate, ut mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum." - „Ipsius enim" Dei „sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparavit Deus, ut in illis ambulemus."

Ita constanter Paulus scribit omnesque admonet de observanda et colenda semper iustitia christiana. Proinde Ioannes etiam prudenter admonet et absolute definit: „Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut et ille iustus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est." Et Iacobus constanter docet: „Ex operibus iustificatur homo et non ex fide tantum." - „Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est." Tum idem rursus: „Qui perspexerit in lege perfectae libertatis" (sive in legem perfectam, quae est li- ‖ ber- 150r
tatis) „et permanserit, non auditor obliviosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit." Nec aliud sane voluit Paulus, cum diceret: „Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur."

A **9** Unde ita fideles Apostolus commonefacit] De hac fideles Apostolus ita commonefacit *K* 1.2
B **7** scribit] inculcat *K* 1.2 **10** admonet] scribit *K* 1.2 definit] ita scribens *add. G* ita definit *K* 1.2 **13** constanter] graviter *K* 1.2 **23** cum diceret] cum in hunc modum diceret *GK*

A **6** sq. CHRYSOST. in Ps. 4 *PG 55*, 52 C-53 B — *Ps.* CHRYSOST. *Ps.* 14 *Ed. Paris.* 1570 *t. I*, 713 A — CHRYSOST. ho. 23 in Gen. *PG 53*, 203 A **10** sq. Col. 1, 10 **12** sq. Rom. 12, 17 2 Cor. 8, 21 Matth. 5, 16 1 Petr. 2, 12. 15. 19-24 **16** sq. 1 Petr. 2, 24 **18** ssq. Tit. 2, 12 Vide BERNARD. ser. 2 de resurrect. Dom. *PL 183*, 287 D *sq. n.* 11: *XB I/1*, 347 **22** ssq. Luc. 1, 74 sq.

B **2** ssq. Tit. 2, 14 **4** ssq. Eph. 2, 10 **10** ssq. 1 Joh. 3, 7 sq. **14** ssq. Jac. 2, 24. 26 AUGUST. in praefat. in Ps. 31 *PL 36*, 259 A *ssq. n.* 2-4 Item de fide et op. c. 14 *PL 40*, 211 A-12 D *n.* 21: *CV 41*, 61-64 — CHRYSOST. ho. 2 in Gen. *PG 53*, 31 C *sq. c.* 1 **18** ssq. Jac. 1, 25 **23** ssq. Rom. 2, 13

II.

180 Quem fructum pariunt opera iustitiae christianae? *174*

Praeclarum sane atque multiplicem cum in hac tum in futura vita. Huc enim spectat Pauli sententia: „Pietas ad omnia utilis est promissionem habens vitae, quae nunc est et futurae." Tum alibi scriptum legimus: „Bonorum laborum gloriosus est fructus."

Primum enim haec opera ex viva fide, id est, per charitatem operante profecta, non modo signa sunt christianae vocationis, sed eandem nobis quoque confirmant certamque faciunt. Quamobrem Petrus apostolus, qui [150v] ad opera bona nusquam ‖ non cohortatur, hoc etiam adiecit: „Fratres, magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis, haec enim facientes non peccabitis aliquando."

Secundo gratiam credentibus augent atque sanctificationem perficiunt, Apostolo teste, ut hinc etiam Iacobus affirmet, quod fides, quae operibus cooperatur, ex iisdem quoque consummetur.

Tertio fiduciam bonae conscientiae pariunt magisque ad orandum et quidlibet a Deo impetrandum animant. Scriptum est enim: „Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam." Et rursus: „Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum; et quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus et ea, quae sunt placita coram eo, facimus." Exemplum extat in Ezechia rege, qui bona conscientia fretus ac Dei voce in hoc ‖ ipso comprobatus 151r dixit: „Obsecro, Domine, memento quaeso, quomodo ambulaverim coram te in veritate et in corde perfecto, et quod bonum est in oculis tuis, fecerim."

Demum id efficiunt, ut laborantes in vinea Christi denarium diurnum accipiamus, hoc est, promissam aeternae vitae mercedem iustitiaeque coronam, quam in ecclesia Dei mandata servantes in Christo promeremur. Ait igitur Dominus: „Voca operarios et redde illis mercedem." Ait David: „Servus tuus custodit ea" divina scilicet praecepta, „in custodiendis illis retributio multa." Ac iterum: „Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum propter retributionem." Ait et Paulus: „Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die [151v] iustus iudex, non solum autem mihi, sed et iis, qui diligunt adventum eius." Ait denique et ipse Christus: „Si vis ad vitam ingredi, serva mandata." Et iterum: „Procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii." Tum alibi: „Qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum."

Ex quibus fit perspicuum, quanti nostra omnium referat, si vitam aeternam cupimus, divinas observare voces. „Qui iustus est, iustificetur adhuc; et sanctus sanctificetur adhuc. Ecce venio cito et merces mea mecum

A **14** confirmat *K* 1. 2

A **7** ssq. 1 Tim. 4, 8 Prov. 11, 17 sq. 2 Chron. 15, 1. 2. 7 Matth. 10, 41 sq. 19, 21. 29 Gen. 12, 1-3 15, 1 Eccli. 12, 2 36, 18 Jer. 31, 16 **10** Sap. 3, 15 10, 17 Mal. 3, 13-18 1 Cor. 15, 58 Hebr. 6, 10 ssq. **12** Gal. 5, 5 sq. **17** ssq. 2 Petr. 1, 10 CYPR. li. 1 ep. 1 ad Cornel. in fine *PL 3*, 835 A *sq.* (862 A) *ep.* 13 *c.* 5: *CV 3/II*, 694 *sq. ep.* 60 *c.* 5 **21** 2 Cor. 9, 10-14 Col. 1, 10 sq. 1 Petr. 2, 1 sq. 2 Cor. 7, 1 Rom. 6, 22 Apoc. 22, 11 Eccli. 18, 22 TRIDENT. sess. 6 c. 10 MSI *33*, 36 C *sq.*: *CTrG t. V AA 2*, 798 **24** Jac. 2, 22 **26** Joh. 3, 20 sq. 1 Joh. 4, 17 Jac. 1 = 2, 25 Gal. 6, 3-5 **29** sq. Tob. 4, 12 **31** ssq. 1 Joh. 3, 21 sq. Joh. 15, 7 AUGUST. in praefat. Ps. 31 *PL 36*, 261 A *sq. n.* 5

peccatorum remissio, sed et sanctificatio et renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae et donorum, unde homo ex iniusto fit iustus et ex inimico amicus, ut sit ‹haeres secundum spem vitae aeternae.'

Huius iustificationis causae sunt: Finalis quidem, gloria Dei et Christi ac vita aeterna, efficiens vero, misericors Deus, qui gratuito abluit et sanctificat ‹signans et ungens Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae' meritoria autem, dilectissimus unigenitus suus dominus noster Iesus [196v] Christus, qui ‹cum essemus inimici' ‖ ‹propter nimiam charitatem, qua dilexit nos' sua sanctissima passione in ligno crucis nobis iustificationem meruit et pro nobis Deo Patri satisfecit. Instrumentalis item sacramentum baptismi, quod est sacramentum fidei, sine qua nulli unquam contigit iustificatio; denique unica formalis causa est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit; qua videlicet ab eo donati ‹renovamur spiritu mentis nostrae' et non modo reputamur, sed vere iusti nominamur et sumus, iustitiam in nobis recipientes, unusquisque suam secundum mensuram, quam ‹Spiritus sanctus partitur singulis prout vult' et secundum propriam cuiusque dispositionem et cooperationem. Quanquam enim nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis domini nostri Iesu Christi communicantur, id tamen in hac impii iustificatione fit, dum eiusdem sanctissimae passionis merito ‹per Spiritum sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum' qui iustificantur atque ipsis inhaeret. Unde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum, haec omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui inseritur, fidem, spem et charitatem. Nam fides, nisi ad eam spes accedat, et charitas neque unit perfecte cum Christo neque corporis eius vivum membrum efficit. Qua ratione verissime di- 197r citur ‹fidem ‖ sine operibus mortuam' et otiosam esset et: ‹In Christo Iesu neque circuncisionem aliquid valere neque praeputium, sed fidem, quae per charitatem operatur.'

Hanc fidem ante baptismi sacramentum ex apostolorum traditione catechumeni ab ecclesia petunt, cum petunt fidem, vitam aeternam praestantem, quam sine spe et charitate fides praestare non potest. Unde et statim verbum Christi audiunt: ‹‹Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.'' Itaque veram christianam iustitiam accipientes, eam ceu primam stolam pro illa, quam Adam sua inobedientia sibi et nobis perdidit, per Christum Iesum illis donatam, candidam et immaculatam iubentur statim renati conservare, ut eam perferant ante tribunal domini nostri Iesu Christi et habeant vitam aeternam.

XII.

Quomodo intelligatur impium per fidem et gratis iustificari?

Cum vero Apostolus dicit iustificari hominem per fidem et gratis; ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus ecclesiae catholicae consensus tenuit et expressit, ut scilicet per fidem ideo iustificari dicamur, quia fides est humanae salutis initium, fundamentum, et radix omnis iustificationis, ‹sine qua impossibile est pla- ‖ cere Deo,' et ad [197v] filiorum eius consortium pervenire; gratis autem iustificari ideo dicamur, quia nihil eorum, quae iustificationem praecedunt, sive fides, sive opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur. ‹‹Si enim gratia est, iam non ex operibus, alioquin'' ut idem Apostolus inquit, ‹‹gratia iam non est gratia.''

XIII.

Contra inanem haereticorum fiduciam.

Quamvis autem necessarium sit credere neque remitti neque remissa unquam fuisse peccata, nisi gratis divina misericordia propter Christum, nemini tamen fiduciam et certitudinem remissionis peccatorum suorum iactanti et in ea sola quiescenti, peccata dimitti vel dimissa esse dicendum est; cum apud haereticos et schismaticos possit esse, immo

A **13** cum *om. K*1.2 **19** denique] demum *HL*1.3-6 **20** sq. non quia *G*5 **21** sed quia *G*5
B **7** veram] et *add. GHK*1.2 *L* **9** sua] pro *GK*1.2 **29** dicamur *om. G*5 **39** sq. neque remitti *om. K*1.2

A **5** Tit. 3,7 **9** ssq. Eph. 1,13 sq. **13** sq. Rom. 5,10 Eph. 2,4 **22** sq. Eph. 4,23 **26** sq. 1 Cor. 12,11 **33** sq. Rom. 5,5 **43** Jac. 2,17.20.26 **44** ssq. Gal. 5,6
B **6** sq. Matth. 19,17 **18** C. 8 sess. 6 Msi *33*,35 E: *CTrG t. V AA* 2,794 **20** Rom. 3,24 **26** sq. Hebr. 11,6 **32** ssq. Rom. 11,6 **38** C. 9 sess. 6 Msi *33*,35 A *sq.*: *CTrG t. V AA* 2,794

nostra tempestate sit et magna contra ecclesiam catholicam contentione praedicetur vana haec et ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendum est oportere eos, qui vere iustificati sunt, absque ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuere se esse iustificatos neminemque a peccatis absolvi ac iustificari, nisi eum, qui certo credat se absolutum et iustificatum esse atque hac sola
198r fide absolutionem et iustificatio- ‖ nem perfici; quasi qui hoc non credit, de Dei promissis deque mortis et resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito deque sacramentorum virtute et efficacia dubitare debet, sic quilibet, dum seipsum suamque propriam infirmitatem et indispositionem respicit, de sua gratia formidare ac timere potest, cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

XIIII.

De acceptae iustificationis incremento.

Sic ergo iustificati et amici Dei ac ‹domestici' facti euntes „de virtute in virtutem" - „renovantur" ut Apostolus inquit „de die in diem" hoc est, mortificando membra carnis suae et exhibendo ea „arma iustitiae" in sanctificationem, per observationem mandatorum Dei et ecclesiae, in ipsa iustitia per Christi gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus crescunt atque magis iustificantur, sicut scriptum est: „Qui iustus est, iustificetur adhuc." Et iterum: „Ne verearis usque ad mortem iustificari." Et rursus: „Videtis, quoniam ex operibus iustificatur homo et non ex fide tantum." Hoc vero iustitiae incrementum petit sancta ecclesia, cum orat: Da nobis, Domine, fidei, spei et charitatis augmentum.

[198v] XV.

De observatione mandatorum deque illius necessitate et possibilitate.

Nemo autem, quantumvis iustificatus liberum se esse ab observatione mandatorum putare debet; nemo temeraria illa et a patribus sub anathemate prohibita voce uti, Dei praecepta homini iustificato ad observandum esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet et facere, quod possis, et petere, quod non possis, et adiuvat, ut possis. ‹Cuius mandata gravia non sunt;' cuius ‹iugum suave est, onus leve.' Qui enim sunt filii Dei, Christum diligunt; ‹qui autem diligunt eum' ut ipsemet testatur ‹servant sermones eius' quod utique cum divino auxilio praestare possunt. Licet enim in hac mortali vita, quantumvis sancti et iusti, in levia saltem et quotidiana, quae etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadant; non propterea desinunt esse iusti. Nam iustorum illa vox est humilis et verax: „Dimitte nobis debita nostra." Quo fit, ut iusti ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via iustitiae sentire debeant, quo ‹liberati iam a peccato, servi autem facti Deo,' - ‹sobrie, iuste et pie viventes' proficere possunt per Christum Iesum, per quem accessum habuerunt in gratiam ‖ istam. Deus namque sua gratia 199r semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur.

Itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se haeredem esse constitutum hereditatemque consecuturum, etiam ‹si Christo non compatiatur, ut et conglorificetur.' Nam et Christus ipse (ut inquit Apostolus) „cum esset Filius Dei, didicit ex his, quae passus est, obedientiam et consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae." Propterea Apostolus ipse monet iustificatos dicens: „Nescitis, quod ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite, ut comprehendatis. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum; sic pugno, non quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar." Item princeps apostolorum

A **11** Dei *om. G*5 **26** in] et *J*2-5

B **9** suave est] et *add. GHK*1.2 *L* **18** est] et *add. HL* Demitte *J* **31** et *om. G*3

A **24** C. 10 sess. 6 Msi *33*, 36 C *sq.*: *CTrG t. V AA* 2, 794 **25** Eph. 2, 19 **26** sq. Ps. 83, 18 **27** sq. 2 Cor. 4, 16 **29** Rom. 6, 13 **34** sq. Apoc. 22, 11 **35** sq. Eccli. 18, 22 **37** sq. Jac. 2, 24 **43** C. 11 sess. 6 Msi *33*, 36 E-37 C *CTrG t. V AA* 2, 795

B **8** 1 Joh. 5, 3 **9** Matth. 11, 30 **10** ssq. Joh. 14, 23 **18** sq. Matth. 6, 12 **21** sq. Rom. 6, 18 **22** sq. Tit. 2, 12 **31** ssq. Rom. 8, 17 Hebr. 5, 8 sq. **38** ssq. 1 Cor. 9, 24. 26 sq.

Petrus: „Satagite" inquit „ut per bona opera, certam vestram vocationem et electionem faciatis. Haec enim facientes non peccabitis aliquando."

Unde constat eos orthodoxae religionis doctrinae adversari, qui dicunt iustum in omni bono opere saltem venialiter peccare aut, quod intolerabilius, poenas aeternas mereri; atque etiam eos, qui statuunt in omnibus operibus iustos peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitando et in stadio ad currendum cohortando, cum hoc, ut [199v] || in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur aeternam, cum scriptum sit: „Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem" et de Moyse dicat Apostolus, quod ‚respiciebat in remunerationem.'

XVI.

Praedestinationis temerariam praesumptionem cavendam esse.

Nemo quoque, quamdiu in hac mortalitate vivitur, de arcano divinae praedestinationis mysterio usque adeo praesumere debet, ut certo statuat se omnino esse in numero praedestinatorum, quasi verum esset, quod iustificatus aut amplius peccare non possit aut, si peccaverit, certam sibi resipiscentiam promittere debeat. Nam nisi ex speciali revelatione sciri non potest, quos Deus sibi elegerit.

XVII.

De perseverantiae munere.

Similiter de perseverantiae munere, de quo scriptum est: „Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit;" quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est eum, qui stat, statuere, ut perseveranter stet et eum, qui cadit, restituere; nemo sibi certi 200r aliquid absoluta certitudine pollicea- || tur, tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare et reponere omnes debent. Deus enim, nisi ipsi illius gratiae defuerint, sicut ‚coepit opus bonum' ita perficiet ‚operans velle et perficere.' Veruntamen ‚qui se existimant stare, videant ne cadant' et ‚cum timore ac tremore salutem suam operentur'-‚in laboribus, in vigiliis, in eleemosynis, in orationibus et oblationibus, in ieiuniis et castitate.' Formidare enim debent scientes, quod ‚in spem gloriae' et nondum in gloriam renati sunt, de pugna, quae superest cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent dicenti: „Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis."

XVIII.

De lapsis et eorum reparatione.

Qui vero ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cum excitante Deo per poenitentiae sacramentum merito Christi amissam gratiam recuperare procuraverint. Hic enim iustificationis modus est lapsi reparatio, quam secundam post naufragium deperditae gratiae tabulam sancti patres apte nuncuparunt. Et- enim pro his, qui [200v] || post baptismum in peccata labuntur, Christus Iesus sacramentum instituit poenitentiae, cum dixit: „Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis et quorum retinueritis, retenta sunt." Unde dicendum est christiani hominis poenitentiam post lapsum multo aliam esse a baptismali; eaque contineri non modo cessationem a peccatis et eorum detestationem aut „cor contritum et humiliatum" verum etiam eorundem sacramentalem confessionem saltem in voto et suo tempore faciendam et sacerdotalem absolutionem itemque satisfactionem per ieiunia, eleemosynas, orationes et alia pia spiritualis vitae exercitia, non quidem pro poena aeterna, quae vel sacramento vel sacramentali voto una cum culpa remittitur, sed pro poena temporali, quae, ut sacrae literae docent, non tota semper, ut in baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiae Dei,

A **8** quod] est *add. GHK*1.2 *L*1 intolerabilius est *add. L*3-6 **44** firmissime *J*
B **8** gloria *GK*1.2

A **1** 2Petr. 1,10 **14** ssq. Ps. 118,112 **17** Hebr. 11,26 **21** C. 12 sess. 6 Msi *33*,37D: *CTrG t. V AA* 2,795 **36** C. 13 sess. 6 Msi *33*,37E *sq.*: *CTrG t. V AA* 2,795 *sq.* **38** sq. Matth. 10,22 24,13 **46** ssq. Phil. 1,6 2,13
B **2** sq. 1Cor. 10,12 **3** sq. Phil. 2,12 **4** ssq. 2Cor. 6,4-10 **7** sq. Rom. 5,2 **12** ssq. Rom. 8,12 sq. **18** C. 14 sess. 6 Msi *33*,38B *ssq.*: *CTrG t. V AA* 2,796 **29** ssq. Joh. 20,22 sq. **36** Ps. 50,19 **45** Num. 14,19-39 2Reg. 12,7-13 ssq. 24,10-17

quam acceperunt, ingrati ‹Spiritum sanctum contristaverunt' et ‹templum Dei violare' non sunt veriti. De qua poenitentia scriptum est: „Memor esto, unde excideris et age poenitentiam et prima opera fac." Et iterum: „Quae secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur." Et rursus: „Poenitentiam agite" et: „Facite fructus dignos poenitentiae."

201r

XIX.

Quolibet mortali peccato amitti gratiam, sed non fidem.

Adversus etiam hominum quorundam callida ingenia, qui „per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium" asserendum est non modo infidelitate, per quam et ipsa fides amittitur, sed etiam quocunque alio mortali peccato, quamvis non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiam amitti; divinae legis doctrinam defendendo, quae a regno Dei non solum infideles excludit, sed et fideles quoque ‹fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, avaros, ebriosos, maledicos, rapaces' caeterosque omnes, qui lethalia committunt peccata, a quibus cum divinae gratiae adiumento abstinere possunt et pro quibus a Christi gratia separantur.

XX.

De fructu iustificationis, hoc est, de merito bonorum operum deque ipsius meriti ratione.

Hac igitur ratione iustificatis hominibus, sive acceptam gratiam perpetuo conservaverint, sive amissam recuperaverint, proponenda sunt Apostoli verba: „Abundate in
[201v] omni opere bono scientes, quod la- ‖ bor vester non est inanis in Domino."-„Non enim iniustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri et dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius" et: „Nolite amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem." Atque ideo bene operantibus usque in finem et in Deo sperantibus proponenda est vita aeterna et tanquam gratia filiis Dei per Christum Iesum misericorditer promissa et tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus et meritis fideliter reddenda. Haec est enim „illa corona iustitiae" quam post suum certamen et cursum ‹repositam sibi esse' aiebat Apostolus ‹a iusto iudice sibi reddendam et non solum sibi, sed et omnibus, qui diligunt adventum eius.' Cum enim ille ipse Christus Iesus, tanquam caput in membra et tanquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtutem influat, quae virtus bona eorum opera semper antecedit, comitatur et subsequitur et sine qua nullo pacto Deo grata et meritoria esse possent; nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum est, quo minus plene illis quidem operibus, quae „in Deo sunt facta" divinae legi pro huius vitae statu satis fecisse et vitam aeternam suo etiam tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam vere promeruisse censeantur, cum Christus salvator noster dicat: „Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum; sed fiet in eo fons a- ‖ quae salientis in vitam aeter- 202r
nam." Itaque neque propria nostra iustitia, tanquam ex nobis propria, statuitur; neque ignoratur aut repudiatur iustitia Dei. Quae enim iustitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhaerentem iustificamur, illa eadem Dei est, quia a Deo nobis infunditur per Christi meritum.

Neque vero illud omittendum est, quod licet bonis operibus in sacris literis usque adeo tribuatur ‹ut etiam qui uni ex minimis suis potum aquae frigidae dederit, promittat Christus eum non esse sua mercede cariturum;' et Apostolus testetur id ‹quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operari in nobis;' absit tamen, ut christianus homo in seipso vel confidat vel glorietur et non in Domino, cuius tanta est erga omnes homines bonitas, ut eorum velit esse

A **4** excideris; et age] excideris; age *L* 3-6

B **25** ego] eo *add. J* **27** Itaque] Ita *HL* **44** non *om. G* 5

A **1** sq. Eph. 4, 30 **2** 1 Cor. 3, 17 **4** sq. Apoc. 2, 5 **6** sq. 2 Cor. 7, 10 **8** sq. Matth. 4, 17 Luc. 3, 8 **11** C. 15 sess. 6 Msi *33*, 38 E: *CTrG t. V AA* 2, 796 **15** sq. Rom. 16, 18 **23** ssq. 1 Cor. 6, 9 sq. Gal. 5, 19-21 C. 16 sess. 6 Msi *33*, 39 A-E: *CTrG t. V AA* 2, 796 *sq.* **38** ssq. 1 Cor. 15, 58 **40** ssq. Hebr. 6, 10 **43** sq. Hebr. 10, 35

B **6** 2 Tim. 4, 8 **19** Joh. 3, 21 **24** ssq. Joh. 4, 13 sq. **36** ssq. Matth. 10, 42 **38** ssq. 2 Cor. 4, 17

merita, quae sunt ipsius dona. Et quia ‹in multis offendimus omnes' unusquisque sicut misericordiam et bonitatem, ita severitatem et iudicium ante oculos habere debet neque seipsum aliquis ‹etiamsi nihil sibi conscius fuerit' iudicare; quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examinanda et iudicanda est, sed Dei ‹qui illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium et tunc laus erit unicuique a Deo" qui, ut scriptum est, ‹reddet unicuique secundum opera sua."

B **6** sua] (.˙.) *add. J* Finis *add. G* 5 sua] Finis doctrinae solidae de iustificatione *add. K* 1.2

A **1** sq. Jac. 3,2 **5** sq. 1Cor. 4,4 *B* **2** ssq. Ibid. 4,5 **7** sq. Matth. 16,27 Rom. 2,6 Ps. 61,13

[Dd 2v]

INDEX TOTIUS CATECHISMI

ordinem et summam complectens; indicans item controversias, quae in hoc libro per antiquorum patrum et scripturae sacrae testimonia deducuntur.

Christiana doctrina circa SAPIENTIAM et IUSTITIAM versatur. Ad Sapientiam, quae ordine sequuntur et infra tractantur, capita referri possunt.

I. DE FIDE ET SYMBOLO FIDEI, per quaest. 22.
Ubi inter caetera agitur:
De autore symboli apostolici, qu. 5.
De descensu Christi ad inferos, qu. 13.
De notis ecclesiae, quod ea sit { visibilis / una / sancta / catholica } qu. 18.

II. DE SPE ET ORATIONE DOMINICA cum ANGELICA SALUTATIONE, per quaest. 19. Atque etiam
De spe cum timore coniungenda, qu. 2.
De { laude / veneratione / invocatione } beatae Mariae virginis, qu. 15 ssq.

Dd 3r III. DE CHARITATE ET MANDATIS DECALOGI, per quaest. 20. Item
An mandata decalogi christianos pertineant, qu. 6.
An ea impleri possint, qu. 6.
De sanctorum { invocatione / cultu / reliquiis / feriis } qu. 8.
De imaginibus { Christi et / sanctorum } qu. 9.
De praeceptis ecclesiae, per quaest. 19; nominatim vero:
De traditionibus apostolicis et ecclesiasticis, qu. 1 ssq.
De ecclesia et eius autoritate, qu. 9. 10. et 16.
De Romano pontifice et ecclesia Romana qu. 9.
De conciliis, qu. 11.
De autoritate sanctorum patrum, qu. eadem.
De quinque praeceptis ecclesiae, qu. 14.
De scriptura sacra et eius interpretatione, qu. 16.

IIII. DE SACRAMENTIS. [Dd 3v]
De sacramentis in genere, per quaest. 8.
De caeremoniis, qu. 8.
De baptismi sacramento, per quaest. 4.
De confirmationis sacram., per quaest. 5.
De chrismate, qu. 4.
De eucharistiae sacramento, per quaest. 10.
De veneratione, qu. 4.
De transsubstantiatione, qu. 6.
De adoratione, qu. 6.
De missa, qu. 7.
De communione sub utraque specie, qu. 8.
De poenitentiae sacramento, per quaest. 10.
De contritione, qu. 4.
De confessione, qu. 5. et 6.
De satisfactione, qu. 7. et 8.
De purgatorio et fidelibus defunctis, qu. 9.
De sacramento extremae unctionis, per quaest. 3.
De ordinis sacramento, per quaest. 8.
An omnes christiani sint sacerdotes, [Dd 4r] qu. 2.
De honorandis sacerdotibus, sive bonis sive malis, qu. 6. et 7.
De matrimonii sacramento, per quaest. 5.
De divortio, qu. 3.
De votifragis, qu. 4.
De coniugio monachorum et monialium, qu. eadem.
De caelibatu sacerdotum, qu. 4. et 5.
De virginitate, qu. 5.

V. DE IUSTITIA CHRISTIANA.
Ad Iustitiae priorem partem, quae in malis fugiendis est sita, pertinent haec
1. De peccatis in genere, per quaest. 6.
2. De peccatis septem capitalibus, per quaest. 9.
3. De peccatis alienis, culpa aliqua nostra ad nos pertinentibus, per qu. 11.
4. De peccatis in Spiritum sanctum, per quaest. 8.

5. De peccatis in caelum clamantibus, per quaest. 5.
[Dd 4v] 6. De peccatorum expiatione, per qu. 3.
De peccatis minutis seu venialibus, quaest. 2.

Ad iustitiae partem alteram, quae in bonis faciendis aut consectandis est posita, recte referri possunt

1. Bonorum operum genera triplicia, per quaest. 18. Ubi etiam agitur
De fructu bonorum operum, qu. 2.
De ieiunio, qu. 4 ssq.
De oratione, qu. 7 ssq.
De eleemosyna et operibus misericordiae, qu. 10 ssq.
2. Virtutes cardinales, per quaest. 6.
3. Dona et fructus Spiritus sancti, per quaest. 4.
4. Octo beatitudines, per quaest. 3.
5. Consilia evangelica, per quaest. 6.
De evangelica paupertate, castitate et obedientia, qu. 3-5.
De monachismo et religiosorum instituto, qu. 5.
6. Quatuor hominis novissima, per qu. 7.

Ad christianae doctrinae totius summam, unico ceu verbo comprehen- ‖ dendam, Dd 5r Ecclesiastici sententia notatu digna est, qui ait:
„Fili concupiscens sapientiam, conserva iustitiam, et Deus praebebit illam tibi."
Eccli. 1,33

APPENDIX

DE HOMINIS LAPSU ET IUSTIFICATIONE

secundum sententiam et doctrinam concilii Tridentini.

I. De lapsu primi hominis.
II. De peccato Adam in omnes homines transfuso.
III. De remedio originalis peccati.
IV. De reliquiis originalis peccati in baptizatis.
V. De naturae et legis ad iustificandos homines imbecillitate.
VI. De dispensatione et mysterio adventus Christi.
VII. Qui per Christum iustificentur.
VIII. Descriptio iustificationis impii et modo eius in statu gratiae.
IX. De necessitate praeparationis ad iustificationem in adultis et unde illa sit.
X. Modus praeparationis ad iustificationem quis.
XI. Quid sit iustificatio impii et quae eius causae.
XII. Quomodo intelligatur impium per fidem [Dd 5v] et gratias iustificari.
XIII. Contra inanem haereticorum fiduciam.
XIV. De acceptae iustificationis incremento.
XV. De observatione mandatorum deque illius necessitate et possibilitate.
XVI. Praedestinationis temerariam praesumptionem cavendam esse.
XVII. De perseverantiae munere.
XVIII. De lapsis et eorum reparatione.
XIX. Quolibet mortali peccato amitti gratiam, sed non fidem.
XX. De fructu iustificationis, hoc est, de merito bonorum operum deque ipsius meriti ratione.

FINIS INDICIS.

[Dd 6r]

AUTORIS CONFESSIO.[1]

„Confiteor tibi Pater, Domine caeli et terrae" creator et „redemptor meus," - „virtus" et „salus mea," qui iam inde ab infantia me sacro pane verbi tui pascere et ‚cor meum confortare' non desiisti. Ne vero vagarer cum ‚errantibus ovibus,' quae sunt „absque pastore," in domo ecclesiae tuae me collegisti, collectum educasti, educatum conservasti et sub illis magistris atque pastoribus instituisti, in quibus te praesentem audiri et vocem tuam observari domesticis omnibus praecepisti. ‚Confiteor ore ad salutem, quicquid corde ad iustitiam' ab orthodoxis atque catholicis creditur. ‚Non novi' Lutherum, Calvinum respuo, haereticis omnibus dico ‚anathema;' nihil mihi cum his commune esse volo, qui unum non dicunt et sentiunt eandemque fidei non tenent regulam cum una sancta catholica, apostolica et romana ecclesia. Si quis vero [Dd 6v] Christum non solum in verbo scripto docentem, sed in oecumenicis etiam synodis iudicantem, in Petri cathedra sonantem et in patribus testificantem audit ac sequitur, huic ego communione consocior, huius et fidem amplector et religionem sequor et doctrinam probo. Caeterum quam alii blasphemi contemnunt et persequuntur romanam ecclesiam ac velut antichristianam execrantur, huius ego me civem esse profiteor, ab eiusdem autoritate nec latum unguem discedo; ob illius testimonium vitam et sanguinem profundere non recuso nec alibi prorsus quam in eius unitate Christi domini merita et sancti Spiritus dona mihi et aliis salutaria fore confido certoque persuasum habeo. Cum Hieronymo libere profiteor: Qui Petri cathedrae iungitur, meus est. Cum Ambrosio ecclesiam romanam in omnibus cupio sequi eamque catholicae ecclesiae radicem et matricem cum Cypriano reverenter agnosco. In ea vero fide atque doctrina conquiesco, quam puer hausi, adolescens confir- [Dd 7r] mavi, vir docui atque hactenus pro mea exiguitate defendi. Caeterum ob nullum commodum temporarium nec in hominis cuiuscunque gratiam vel adversus conscientiam (sic te mihi Deus ‚propitium' semper opto) doctoris catholici partes hucusque sustineo aut in posterum substinebo. Quam confessionem non aliud sane a me exigit et extorquet, nisi nominis et honoris tui ratio, nisi agnitae veritatis vis, nisi canonicae scripturae disciplina, nisi patrum sensus atque consensus, nisi debitum fidei apud fratres testimonium ac demum nisi expectata in caelo salus et proposita sinceris confessoribus beatitudo. Quod si propter eiuscemodi confessionem contemnor, si oppugnor, si traducor, singularem agnosco et praedico gratiam tuam Deus, qui partim velis me ‚propter iustitiam pati, quod certe beatorum est,' partim nolis mihi benevolos esse illos, quod in magni lucri parte ponendum est, qui tibi amici esse non possunt, cum ecclesiae tuae et veritati catholicae palam adversentur. Sed [Dd 7v] ‚ignosce illis, Pater, ignosce, quia vel nesciunt vel scire nolunt, quae faciant,' partim tetri satanae imperio partim falsae doctrinae praestigiis impediti. Hanc vero gratiam mihi perpetuo serves oro, ut quam tibi, quam ecclesiae, quam veritati sinceram constantiam et constantem sinceritatem debeo, eam tum vivens tum moriens testatam facere non desistam neque a charitate tua unquam ‚excidam,' - „particeps nimirum omnium timentium te et custodientium mandata tua" in sancta romana ecclesia, cuius demum iudicio me scriptaque omnia mea non minus libenter quam reverenter subiicio. Tuam porro immensam bonitatem pro me collaudent atque deprecentur sancti omnes, sive quos in caelo triumphans sive quos militans in terris ecclesia uno et indissolubili catholicae „pacis vinculo" firmissime coniungit atque comprehendit. Tu et „principium et finis" es mihi bonorum omnium, tibi ex me, per me et de me sit laus, „honor et gloria" sempiterna.

A **2** Matth. 11,25 **3** Job 19,25 Ps. 18,15-Ps. 45,2 **3** sq. Ps. 26,1 **5** Judith 15,11 Ps. 26,14 **6** sq. 1Petr. 2,25 Is. 53,6 Ps. 118,176 **7** 2 Chron. 18,16 cfr. Ez. 34,5.8 Matth. 9,36 Marc. 6,34 **13** Rom. 10,10 **15** Cfr. Job 8,18 **16** Cfr. 1Cor. 16,22 Gal. 1,8 **36** Hieron. ep. 16 (al. 58) ad Damas. *PL 22*, 359A: *CV 54*, 69 Ambros. de sacram. li. 3 c. 1 n. 5 *PL 16*, 432C-33A (452A) — Cyprian. ep. 4 (al. 38) ad Cornel. c. 3 *PL 3*, 733A: *CV 3/II*, 607

B **4** Cfr. 1Reg. 24,7 26,11 2Reg. 23,17 etc. **13** Cfr. Matth. 10,32 Luc. 12,8 **17** sq. Matth. 5,10 1Petr. 3,14 et 4,14 Apoc. 2,5 **22** sq. Luc. 23,34 **31** Cfr. Gal. 5,4 **31** ssq. Ps. 118,63 **40** Eph. 4,3 **41** Apoc. 22,13 cfr. Joh. 8,25 **43** Rom. 16,27 1Tim. 1,17 Apoc. 5,13

[1]) *Cfr.* Br *VI*, 744 *ssq.*

CATECHISMUS MINOR

SEU

PARVUS CATECHISMUS CATHOLICORUM

1559-1597

INDEX TOTIUS LIBRI.

Kalendarium cum eius explicatione succincta.

Capita doctrinae christianae sic declarato compendio, ut Parvum catechismum catholicorum liceat nuncupare.

Sacrae scripturae testimonia selecta, quae antidoti loco adversus haereticorum pestes in promptu habenda sunt.

Epistolae et Evangelia, quae dominicis et festis diebus tum per Quadragesimam et paschalem hebdomadam de more catholico in templis recitantur.

Accedunt succincta scholia, quae vice commentarii esse possunt.

Inseruntur his sacris lectionibus Collectae, quas vocant, seu communes ecclesiae precationes, una cum hymnis et canticis quibusdam vere spiritualibus et piorum solenni more comprobatis.

Succedunt his omnibus aureae sententiae ex Gregorio Nazianzeno collectae.

*1r



*2r

AUCTOR HUMANO LECTORI IN CHRISTO IESU S.P.D.

Recognovi et auxi, quae superioribus annis maiore ex parte nec uno quidem tempore conscripseram eaque sparsa in unum veluti fascem comportavi, colligata vero simul nunc in medium fero. Etenim haud abs re fore ducebam, si liber unus coniuncta teneret, quae argumenti similitudo, nisi plane fallar, eodem veluti colore imbuit. Tum optabam haec prodesse pluribus, nec studiosis tantum inservire volebam, etsi primum quidem in usum scholarum atque studiosorum conatus noster destinabatur. Etenim si ante hac unquam, nunc est imprimis operae pretium, ut pro sua quisque virili consulat ecclesiae labascenti eaque in medium adferat omnia, quae adversus ecclesiae hostes catholicam pietatem aliqua ex parte confirmant ac promovent. Nam vere nunc tempus illud est, de quo diserte Apostolus per Spiritum sanctum fore praedixit: „Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus et a veritate quidem auditum avertent." Ac iterum: „Mali homines et seductores proficient in peius errantes et in errore mittentes; tu vero" inquit (velut unumquemque catholicum proprie compellaret) „permane in iis, quae didicisti et credita sunt tibi." Precamur a Christo Iesu opt. max. laborem hunc nostrum, ut ipse prosperet ad sui nominis gloriam et ad multorum, qui haec qualiacunque lecturi sunt, emolumentum. In eodem Iesu Christo eiusque ecclesia sancta vive et vale lector, qui veram vitam et salutem aeternam concupiscis.

Augustae Vindelicorum.

M.D.LXXIII.

B 3ssq. 2 *Tim.* 4, 3 *sq.* 7ssq. 2 *Tim.* 3, 13 *sq.*

*1r *Folium hoc titulare, si differentias minutas ex rationibus typographicis necessarias excipias, exemplar Plantinianum a. 1574 reddit.*

[*2v]

DE KALENDARIO ET EIUS COMMODITATE ADMONITIO.

Res plane trivialis ac nullius fere momenti vulgo existimatur circa Kalendarium versari et in eo annum annique partes considerare. Norunt autem docti et aequi censores Kalendarium late patere et sapientissimos olim viros multum in eo excutiendo studii et operae collocavisse, sed neque potest a quoquam recte negari, quin Kalendarii prudens animadversio, praeter variam utilitatem, voluptatem quoque liberalem et eruditis piisque mentibus dignam adferat. An vero humana solum industria et non divina potius providentia contigisse dicemus, ut temporum series tam pulchre quam utiliter distributa tot saeculis immota perduret? Habet suum annum ecclesia et in anno menses; in his porro dies sacros et prophanos (ut vulgus loquitur) concinne simul et iucunde distinguit. Quae anni distributio, si rem aeque perpendimus, acuit iudicium sapientum, populares recreat animos, negligentes etiam ac otiosos magnis saepe de rebus commonefacit, tum ad meditanda conditoris et redemptoris Dei beneficia potenter excitat, neque permittit sanctorum laudem, vitam, mortem et felicitatem vetustatis iniuria obscurari prorsus aut ex nostra et hominum memoria tolli. Hinc fides et religio in christianis animis confirmatur et alitur, hinc affectus saepe pii excitantur et omnium hominum ordines ad bene beateque vivendum statis anni temporibus ac diebus nullo fere negotio et haud sine publico commodo pelliciuntur.

*3r Ubi non attinet dicere, quam varie quidam iam olim menses numeraverint et ex his annos inaequales fecerint. Apud Romanos quidam Romulus in menses decem annum divisit. Numa vero duos illos, Ianuarium et Februarium, adiecit; sed rectius adhuc Iulius Caesar annum ad solis cursum accommodavit, ut annus trecentorum sexaginta quinque dierum esset. Eodem autore sublatus est mensis intercalarius et hoc effectum, ut unus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quem diem idcirco bissextum voluit appellari, quia bis sexto Kalendas tunc dicimus, unum tantum diem computantes, quia biduum hoc pro uno duntaxat die censetur. Caeterum, quod ad menses anni pertinet, Graeci et Hebraei in illorum distributione cum Latinis congruunt hactenus, quod duodecim menses ab omnibus numerantur. Latinorum vero menses ad solis motum quadrant, neque menses alios quam solares Romanus annus agnoscit. At solaris annus lunarem excedit diebus decem, horis viginti et una, momentis autem CCIIII. Unde factum est, ut Hebraei anno, quem vocant embolismico, uti debuerint. Iam ut a mensibus ad hebdomadas transeamus, e sacris litteris obscurum non est, quod Hebraei mensem in hebdomadas (ipsi vocant sabbata) dividant. Unde primum hebdomadae diem, qui apud nos est dominicus, appellant illi primam sabbati, deinde secundam, tertiam, quartam, quintam, sextam sabbati, quae et Parasceve dicitur, ordine numerant. Displicet autem d. HIERONYMO et plerisque piis, nec immerito sane, quod etiamnum christiani appellemus hebdomadae dies hoc modo: dies Lunae, Martis, Mercurii, Iovis, Veneris, Saturni; qui mos ethnicus est plane ‖ et initium ducit a planeta, [*3v] qui primae diei horae imperare dicitur, ut dies Lunae vocetur (exempli gratia) quia luna in primam diei lunae horam suum imperium tenet. Qua ratione PLINIUS asserit primis horis singulorum ordine dierum cuiuslibet planetae imperium assignari iuxta orbium caelestium volutationem. Quo magis laudandus est imperator Constantinus Magnus, si EUSEBIO credimus, vel, ut alii volunt, aequalis eius Sylvester pontifex maximus, quorum alter in causa fuit, ut ethnicas quas diximus voces in appellatione dierum christiani missas facerent et exploso veteri hoc fermento, hebdomadae in ferias partirentur. Quod autem dies ita feriae dicuntur, inde factum putant nonnulli, quod sicut feriis ethnicorum non fas erat populo servilia opera exercere, sic modo christianos uni Deo singulis diebus vacare oporteat. Haec de anno, mensibus et hebdomadis breviter; non enim repetemus, quae scripserunt alii. Porro de Kalendis, Nonis, Idibus et id genus plerisque aliis. Fatemur ea in Kalendario utiliter considerari, sicut et illa, quae ad diem naturalem et civilem pertinent, cum varias diei observationes divina etiam scriptura complectatur.

Verum haec persequi haudquaquam huius est instituti. BEDA consulatur.

B **50** BEDA *de temporibus PL 90,* 277 *ssq. et de temporum ratione c.* 8-16 *PL 90,* 326-80

* 4r

INDEX FESTORUM MOBILIUM PRO XXIX *ANNIS.*

Nu. an.	*Au. nu.*	*Lit. Do.*	*Quad.*	*Pascha*	*Rogat.*	*Pentec.*
1573	16	D	8. Febr.	22. Martii	26. April.	10. Maii
1574	17	C	28. Febr.	11. April.	16. Maii	30. Maii
1575	18	B	20. Febr.	3. April.	8. Maii	22. Maii
1576	19	*A* G	11. Martii	22. April.	27. Maii	10. Iun.
1577	1	F	24. Febr.	7. April.	12. Maii	26. Maii
1578	2	E	16. Febr.	30. Martii	4. Maii	18. Maii
1579	3	D	8. Martii	19. April.	24. Maii	7. Iun.
1580	4	C B	21. Febr.	3. April.	8. Maii	22. Maii
1581	5	*A*	12. Febr.	26. Martii	30. April.	14. Maii
1582	6	G	4. Martii	15. April.	20. Maii	3. Iun.
1583	7	F	17. Febr.	31. Martii	5. Maii	19. Maii
1584	8	E D	8. Martii	19. April.	24. Maii	7. Iun.
1585	9	C	28. Febr.	11. April.	16. Maii	30. Maii
1586	10	B	20. Febr.	3. April.	8. Maii	22. Maii
1587	11	*A*	5. Martii	16. April.	21. Maii	4. Iun.
1588	12	G F	25. Febr.	7. April.	12. Maii	26. Maii
1589	13	E	16. Febr.	30. Martii	4. Maii	18. Maii
1590	14	D	8. Martii	19. April.	24. Maii	7. Iun.
1591	15	C	21. Febr.	4. April.	9. Maii	23. Maii
1592	16	*A* B	13. Febr.	29. Martii	30. April.	14. Maii
1593	17	G	4. Martii	15. April.	20. Maii	3. Iun.
1594	18	F	17. Febr.	31. Martii	5. Maii	19. Maii
1595	19	E	9. Martii	20. April.	25. Maii	8. Iun.
1596	1	D C	29. Febr.	11. April.	16. Maii	30. Maii
1597	2	B	13. Febr.	27. Martii	1. Maii	15. Maii
1598	3	*A*	5. Martii	16. April.	21. Maii	4. Iun.
1599	4	G	25. Febr.	8. April.	13. Maii	27. Maii
1600	5	F E	10. Febr.	23. Martii	27. April.	11. Maii
1601	6	D	1. Martii	12. April.	17. Maii	31. Maii

AD LECTOREM.

In hoc Kalendario ecclesiastico habentur, benevole lector, omnia festa, quorum meminit Romanum breviarium ex decreto sacrosancti concilii Tridentini restitutum, aliis multis insuper additis; sed ab istis distinguuntur, quae Romani breviarii sunt, litteris maiusculis. Auctores, qui sanctorum historias scripserunt, succincte hic indicati, latius annotantur in Usuardi martyrologio Lovanii impresso, anno 1573. Et plerique eorum excuduntur in tomis historiarum D. Laurentii Surii. Tempus passionis vel confessionis annotatum est ex sententia aut Onuphrii aut alterius docti scriptoris. Vale. Kalend. Aug. Anno 1573.

A 7 *Ex rationibus technicis litteras maiusculas in editione sequenti non adhibuimus.*

[*4v] **I.** *Januarius*[1] habet dies *XXXI.*

			Sanctorum feriae	Anni Domini[2]	*Passionis tempus* sub
Kalend.	1	*A*	*Circuncisionis Domini*	c. 1	Caes. Augusto
Non. 4	2	b	Adalhardi ab. in Corbeia	828 [826]	Ludovico
Non. 3	3	c	Genovefae v., Parisiis	512 [c. 500]	Clodoveo
Pridie	4	d	Titi ep. Cretensis	c. 94	Traiano
			Pharaildis v., Gandavi	665 [s. VIII]	Constanti[n]o III. [?]
Nonis	5	e	Simeonis mon., Antiochiae	430 [460]	Theodosio II. [?]
Idus 8	6	f	*Epiphaniae Domini*	c. 1	Herode
Idus 7	7	g	Luciani presb. m.	c. 307	Maximino [Daia]
Idus 6	8	*A*	Gudilae v., Bruxellae	670 [712]	Constantino IV. [?]
Idus 5	9	b	Iuliani et Basilissae	c. 281	Diocletiano
Idus 4	10	c	Nicanoris diac. m.	c. 45	Claudio
Idus 3	11	d	Hygini p. et m.	c. 142	Antonino Pio
Pridie	12	e	Arcadii m.	[c. 303]	Tempus non exprimitur [sub Dioclet.]
Idibus	13	f	Remigii ep., Remis	c. 545 [535]	Clodoveo [=Theodorico I.]
Kal. 19	14	g	Hilarii ep. Pictavorum	337 [366]	Valente
			Felicis Nolani presb.	c. 300	Diocletiano
			Pontiani Spoletani m., Ultraiecti	154 [c. 170]	Antonino [=M. Aurelio]
Kal. 18	15	*A*	Pauli primi erem. Thebaidis	343 [340/41]	Constante
			Mauri ab. discip. s. Benedicti	c. 582	Iustiniano II. [=Mauritio?]
			Nominis Iesu	1530	Clemens VII. instituit
Kal. 17	16	b	Marcelli p. et m.	310 [309]	Maximino [Daia]
Kal. 16	17	c	*Antonii ab. Aegyptii*	357 [356]	Constantio
Kal. 15	18	d	*Cathedrae s. Petri*, Romae	c. 44	Claudio
			Priscae v. m., Romae	c. 45	Claudio
Kal. 14	19	e	Marii et soc. ex Perside, Romae	c. 45	Claudio
Kal. 13	20	f	Fabiani p. m.	251 [250]	Decio
			Sebastiani m., Romae	c. 301	Dioclet. et Maxim.
Kal. 12	21	g	Agnetis v. m., Romae	304 [?]	Dioclet. et Maxim.
Kal. 11	22	*A*	Vincentii m. Hispani	c. 301	Dioclet. et Maxim.
			Anastasii Persae m.	635 [628]	Heraclio
Kal. 10	23	b	Emerentianae v. et m.	304 [?]	Diocletiano
Kal. 9	24	c	Timothei ep. Ephesi	c. 104	Traiano
Kal. 8	25	d	*Conversionis Pauli*	c. 35	Tiberio
Kal. 7	26	e	Polycarpi ep. Smyrnae	168 [155/56]	Marco Antonino [=Ant. Pio]
Kal. 6	27	f	*Ioannis Chrysostomi*	407	Arcadio
Kal. 5	28	g	Caroli Magni imp., Aquisgrani	814	Leone III.
			Agnetis secundo	304 [?]	Diocletiano
Kal. 4	29	*A*	Papiae et Mauri mm., Romae	310 [309]	Maximino [Daia]
Kal. 3	30	b	Adelgundis v. Malbodii	643 [c. 684]	Dagoberto [Theuderico III.]
Pridie	31	c	Methrani m., Alexandriae	c. 247	Decio

[1]) *Festa, quae in Kalendarii parte sinistra colore rubro exhibita sunt, in nostra editione typis cursivis exprimuntur.*

[2]) *Anni uncis inclusi ex BHL vel ex fontibus recentioribus deprompti sunt.*

*5r I. *Januarius* habet dies *XXXI.*

Auctores, qui de his scripserunt

1 Luc. 2,21

2 Paschasius Radbert. *PL 120*,1507-56 — Surius I*(1570)*,72-95

3 Greg. Turon. *Glor. conf. PL 71*,896B c.91: *MG. SS. rer. Merov. I*,805 c.89 — Sur. ex ms. *I(1570)*,102-108 et alii

4 Paulus in epist. 2*Cor.* 7. 8. 12 *Gal.* 2, 3 2*Tim.* 4,10 *Tit.* — Usuardus *Martyrolog. PL 123*, 613/14C — Meierus *Comment. li. 1 fol.* 9r *ad a.* 754

5 Theodoret. *hist. eccl. PG 82*,1464-84 c. 26 *ap. Sur. I(1570)*,119-24 — Evagr. *hist. eccl. PG 86/II*,2453-57

6 Matth. 2,1-12

7 Euseb. Caes. *hist. eccl. li. 8* c.13 *et* li. 9 c.6 *PG 20*,773C 808C *sq.*: *CB 9/II*,772 812 — Symeon Metaphrast. *PG 114*,393-416 *ap. Surium I (1570)*,148-53

8 Surius ex ms. *I(1570)*,162-71

9 Metaphrast. *sec. Surium I(1570)*,193-98

10 Act. 6,5 Usuardus *PL 123*,635/36A

11 *Ps.* Damasus: Pontif. 10 *LP(D) I*,131 *LP(M) I*,15

12 Zeno Veron. *ep.*: Surius I*(1570)*,259 *sq. PL 11*,450-55

13 Hincmarus ep. Rem. *ap. Surium I(1570)*,271-73 *PL 125*,1129-81 *et* 1187-98: *MG. SS. rer. Merov. III*,250-341

14 Rufin. *hist. eccl. li. 1* c.31 *PL 21*,501A *sq.* — Fortunatus *Surii* I*(1570)*,264-71: *MG. SS. AA. IV/2*,1-11
Paulini Nol. Natales *PL 61*,462-675 *passim* — Beda *PL 94*,789-98 *ap. Surium I(1570)*,307-11
Ado 19. Januarii: Surius *I(1570)*,305 *sq.*

15 Hieron.: *Vita PL 23*,17-28(17-30)
Faustus collega *reapse Odo ab. Glannafoliensis:* Surius I*(1570)*,336-52
Bernardus in Canticis ser. 14 [?] 15 *PL 183*,843-48 *et in Circumcisione Domini PL 183*,131-42: *XB I/1*,137-41

16 *Ps.* Damasus: Pontif. 31 *LP(D) I*,164 *LP(M) I*,43 *sq.* — Gesta Surii I*(1570)*,361-65

17 Athanas.: *Vita PG 26*,835-976

18 Euseb. Caes. hist. eccl. li. 2 c. 14 *PG 20*,169C-72A: *CB 9/I*,136-38 — Onuphr. Panvin. in Paul. IV. *fol. A 8*r
Notarii Rom. eccl. *cfr. Adonem PL 123*,217B *et Usuardum PL 123*,665/66C-669/70B

19 Iidem in gestis Valentini presb. *ap. Surium I(1570)*,981-84

20 *Ps.* Damasus c.21 *LP(D) I*,146 *LP(M) I*,27 — Cyprian. *PL 4*,228B *sq.*(234A) *ep.* 3: *CV 3/II*,489 *sq. ep.* 9
Gesta *ap.* Surium I*(1570)*,434-52

21 *Ps.* Ambros. ser. 90 *ap. Surium I(1570)*,488-92 *PL 17*,741B (819B *sq.*) *ep.* 1 *n.* 15 — *Ambros. de virginibus li. 1* c.2 *PL 16*,189C-91B (200A-202A)

22 Metaphrast. *ap. Surium I(1570)*,504-10 *PG 114*,736-56 — Augustinus *ser.* 274-77 *PL 38*,1252C-68C — Prudent. *PL 60*,378-411 *hym.* 5: *CV 61*,334-54
Metaphr. *ap. Sur. I(1570)*,510-21 *PG 114*,773-812 — Syn. VII. *[=Nicaen. II.] act.* 4 Msi *13*,22 *PL 129*,281C-83B

23 *Ps.* Ambros. de Agnete *PL 17*,741B (819B *sq.*) *ep.* 1 *n.* 15

24 Act. 16,1 Metaphrast. *ap. Surium I(1570)*,501-504 *PG 114*,757-73

25 Act. 9,1-20 22,5-16

26 Euseb. Caes. hist. eccl. li. 4 c. 14,15 *ap. Surium I(1570)*,629-33 *PG 20*,337A-64A: *CB 9/I*,332-54

27 Palladius: *Vita PG 47*,5-82 — Cassiodor. *hist. trip. li.* 10 c. 3-18 *PL 69*,1165A-79C
Ps. Georg. Alex. [=] Metaphrast. *PG 114*,1045-1209 *ap. Surium I(1570)*,634-85

28 Eginhard. *PL 97*,25-62: *MG. SS. II*,443-63 *et SS. rer. Germ. ad us. schol. (Holder — Egger) 1911*
Innocent. III. de missa li. 2 c. 52 [=51] *PL 217*,830A

29 Gesta Marcelli p. *ap. Surium I(1570)*,362

30 Beda Martyrolog. *PL 94*,827C *sq.* — Hucbaldus *PL 132*,857-76: *MG. SS. rer. Mer. VI*,85-90

31 Euseb. Caes. hist. eccl. li. 6 c. 34 [=41] *PG 20*,605B: *CB 9/II*,600 — Rufin. *hist. eccl. PG 20*,606B

[*5v] II. *Februarius* habet dies *XXVIII.*

			Sanctorum feriae	Anni Domini	*Passionis tempus* sub
Kalend.	1	d	Ignatii ep. Antioch. m.	c. 110	Traiano
			Brigidae v., Scotae	526 [523]	Iustino [I.]
Non. 4	2	e	*Purificationis beatae Mariae*	c. 1	Octaviano
Non. 3	3	f	Blasii ep. m. Sebastae	286 [c. 316]	Dioclet. [Licinio]
Pridie	4	g	Philea[e] ep. m.	c. 304	Maximi[a]no
Nonis	5	*A*	Agathae v. m., Siculae	253 [c. 250]	Decio
Idus 8	6	b	Dorotheae v. m., Cappad.	286 [c. 309]	Dioclet.
			Amandi ep. Leodiensis	661 [c. 679]	Dagoberto [II.]
			Vedasti ep. Atrebatum	531	Clodoveo [Chlotario]
Idus 7	7	c	Mosetis ep. Saracenorum	379	Valente [?]
Idus 6	8	d	Cointhae [=Quintae] v. m.	252 [249]	Decio
Idus 5	9	e	Apolloniae v. m.	252 [248/49]	Decio
Idus 4	10	f	Scholasticae sororis s. Benedicti	535 [542/43]	Iustiniano [I.]
			Guilelmi ducis Aquitaniae	1160 [1157]	Frederico
Idus 3	11	g	Severini ab. in Castro Nantonensi	530	Clodoveo [?]
Pridie	12	*A*	Eulaliae v. et m. Barcinone	286 [304]	Daciano
Idibus	13	b	Tranquillini m. presb.	285 [c. 303]	Dioclet.
Kal. 16	14	c	Valentini presb. m. Romae	c. 45	Claudio
Kal. 15	15	d	Faustini et Iovitae m. Brixiae	c. 120	Adriano
Kal. 14	16	e	Iulianae v. m., Nicomediae	307 [c. 304]	Maximi[a]no
Kal. 13	17	f	Polycronii ep. m., Babylonis	253 [c. 250]	Decio
Kal. 12	18	g	Simeonis ep. Hieros. m.	c. 109	Traiano
Kal. 11	19	*A*	Gabini presb. m. Romae	286	Dioclet.
Kal. 10	20	b	Eleutherii ep. Tornacensis	484 [531]	Zenone [Iustiniano I.]
Kal. 9	21	c	Septuaginta novem mm.	286 [c. 303]	Dioclet.
Kal. 8	22	d	*Cathedrae Petri* Antiochiae	c. 37	Tiberio
Kal. 7	23	e	Septuaginta duorum mm.	287 [c. 303]	Max. et Dioclet.
Kal. 6	24	f	*Matthiae apostoli*[1])	c. 66	Nerone
Kal. 5	25	g	Tarasii ep. Constantinop.	806	Carolo M.
Kal. 4	26	*A*	Alexandri ep., Alexandriae	318 [326]	Constantino
Kal. 3	27	b	Leandri ep. Hispal. apost. Gothorum	610 [600/01]	Phoca [Mauritio]
Pridie	28	c	Romani ab. in Gallia	690 [463/64]	Chilperico [?]

[1]) *In bissexto addes diem geminando f et* Kalend. 6.

[* 6r] II. *Februarius* habet dies *XXVIII.*

Auctores, qui de his scripserunt

1 Euseb. Caes. hist. eccl. li. 3 *c.* 22 *et* 36 *PG 20*, 256 C 288 B-92 C: *CB 9/I*, 236 274-80 — Hieron. *Catal. c.* 16 *PL 23*, 633 B-35 B (666 A-67 B) — Metaphrast. *ap. Surium I(1570)*, 758-63 *PG 114*, 1269-85
Vita per Laurent. Dunelmensem *Act. SS. Febr. I*, 118-34
2 Luc. 2, 22-38
3 Ado *Martyrolog. PL 123*, 229 C *sq.* — Metaphrast. *ap. Surium I(1570)*, 818-21 *PG 116*, 817-29
4 Euseb. Caes. hist. eccl. li. 8 *c.* 10 *PG 20*, 764 A-68 B: *CB 9/II*, 758-64
5 Martyrolog. ex gestis: Surius I *(1570)*, 842-46 – Fazellus: *de reb. Sic. I. decad. li. 3*, 137 141; *II. decad. li. 5*, 294
6 Beda in martyrolog. *PL 94*, 835 A *sq.* — Gesta ap. Surium *I (1570)*, 866-70
Baudemund. *ap. Surium I(1570)*, 878-84 et Milo Elnonens. *PL 121*, 927-68: *MG. SS. rer. Merov. V*, 450-83
Alcuinus ap. Surium I *(1570)*, 870-77 *PL 101*, 663-78; *MG. SS. rer. Merov. III*, 414-27
7 Rufin. hist. *eccl.* li. 2 c. 6 *PL 21*, 514 C-15 C — Sozomenos *hist. eccl. li.* 6 *c.* 38 *PG 67*, 1409-12
8 Euseb. Caes. hist. eccl. li. 6 c. 34 [=41] *PG 20*, 605 B *sq.*: *CB 9/II*, 600 — Rufin. *PG 20*, 606 B
9 Euseb. Caes. hist. eccl. li. 6 c. 41 *PG 20*, 605 D *sq.*: *CB 9/II*, 602 — Rufin. *PG 20*, 606 D *sq.*
10 Gregor. M. 2 Dial. c. 33, 34 *PL 66*, 194 A-96 C
Theobaldus hac die
11 Faustus, discip. Severini *ap. Surium I(1570)*, 957-59: *MG. SS. rer. Merov. III*, 168-70
12 Martyrolog. *Usuardi PL 123*, 753/54 B — *Franciscus* Tarapha *Barcinon.: De origene. . . . . reg. Hisp. pg.* 76
13 Gesta s. Sebastiani *Ps. Ambros. Acta s. Seb. PL 17*, 1021-58 (1111-50) *impr. c.* 12: *Act. SS. Iul. II*, 264-66
14 Gesta per notarios Rom. eccl. *Act. SS. Febr. II*, 753
15 Ado Trevirensis *[=Vienn.] PL 123*, 421 D Surius *I (1570)*, 1003-1008
16 Metaphrast. *ap. Surium I(1570)*, 1011-15 *PG 114*, 1437-52
17 Gesta s. Laurentii *ap. Surium IV(1573)*, 581 *sq. Mombritius II*, 389 *sq.*
18 Euseb. Caes. hist. eccl. li. 3 c. 32 *PG 20*, 281 B-85 A: *CB 9/I*, 266-70
19 Gesta Susannae m. *ex* ms. *ap. Surium IV(1573)*, 597-603: *Petr. de Nat. III*, 136 *Act. SS. Febr. III*, 61-64 *et August. II*, 631 *sq.*
20 Meierus in Flandriae Annalibus *li. 1 fol.* 2[v] *ad a.* 484
21 Martyrologium *Usuardi PL 123*, 781/82 C *et Adonis PL 123*, 149 C
22 Ivo Carnot. ser. ult. *PL 162*, 595-99
23 Usuardus *PL 123*, 787/88 C
24 Act. 1, 26 Clemens Alex. *Stromata li. 4 c.* 6 *PG 8*, 1248 A *et li. 6 c.* 13 *PG 9*, 328 A: *CB 15*, 263 *sq.* 485
25 Ignatius *ep.* ap. Surium I *(1570)*, 1036-54 *PG 98*, 1385-1424: *I. A. Heikel ed. graec. in Act. soc. scient. Finnicae tom. XVII*, 389-439
26 Rufin. hist. eccl. li. 10 *[=1] PL 21*, 467 A *sq.* — Theodoret. *hist. eccl. PG 82*, 885 A
27 Gregor. M. in Moral. *li. 1 c.* 1 *PL 75*, 509 D-12 A et 3 Dial. *c.* 31 *PL 77*, 289 C 292 B *sq.*
28 Gregor. Turon. de vita patrum c. 1 *PL 71*, 1011 A-16 A: *MG. SS. rer. Merov. I*, 663-68; *cfr. ibid. III*, 131-43

[*6v] III. *Martius* habet dies *XXXI.*

			Sanctorum feriae	Anni Domini	*Passionis tempus* sub
			Elisabeth, Landgraviae Hassiae [Thuringiae]	1226 [1231]	Frederico II.
Kal. 12	20	b	Bertualdi [=Bernwardi] ep. Hildesii	990 [1022]	Othone III. [Henrico II.]
Kal. 11	21	c	Praesentationis b. Mariae	1464	Pius II. festum confirmavit
			Columbani ab., Bobii	590 [615]	Mauricio [Heraclio]
Kal. 10	22	d	Caeciliae v. et m., Romae	225 [?]	Alexandro [?]
Kal. 9	23	e	Clementis [I.] p. et m.	92 [97?]	Traiano [Nerva?]
			Felicitatis m.	173 [138/61]	Marco Antonino [Pio]
			Trudonis conf. in opp. s. Trudonis	650 [s. VII extr.]	Constantio III.
Kal. 8	24	f	Chrysogoni m., Romae	302 [c. 304]	Dioclet.
Kal. 7	25	g	*Catharinae v. et m.* in Sinai	305	Maxentio
Kal. 6	26	*A*	Petri Alexandrini ep.	312 [311]	Maximino
			Conradi ep., Constantiae	874 [976]	Othone I.
Kal. 5	27	b	Bellini m. ep., Paduae	1149 [1147]	Conrado III.
Kal. 4	28	c	Papinii et Mansueti epp.	430	Genserico
Kal. 3	29	d	Saturnini m.	310	Maximino
Pridie	30	e	*Andreae apost. in Achaia*	62 [c. 60]	Nerone regnante

[1]) Briccii

[** 7r] XI. *November* habet dies *XXX.*

Auctores, qui de his scripserunt

1 MARTYROLOG. *Usuardi PL 124,*641/42 B — *Ps.* ALCUIN. *de divin. offic. c.* 32 *PL 101,*1230 C
2 2 Macc. 7, 9. 12. 46 Vita s. ODILONIS *PL 144,*936 A *ssq. Surius I (1570),*48-56
3 JONAS WALTANDO *[=Waltcaudo]* ep. *ap. Surium VI(1575),*45-56: *MG. SS. rer. Merov. VI,*482-96
4 AMBROS. in exhort. ad virg. *c.* 1 *ap. Surium VI(1575),*59 *sq. PL 16,*337 A-38 C (351 B-53 C) *n.* 2-7
5 BERNARD. *Vita PL 182,*1073-1118 *et ser.* 1, 2 *ap. Sur. VI(1575),*88-115 *PL 183,*481 C-90 B: *XB I/2,*643-53
6 NAUCLERUS [?]
7 BEDA hist. eccl. li. 5 c. 12 *PL 95,*246 C-47 B *c.* 11: *Plummer I,*301-303 *II,*290-98: *MG. SS. rer. Merov. VII,*113-41
8 ADO in martyrolog. *ap. Surium VI(1575),*165 *sq. PL 123,*391 D *sq.*
9 PONTIFICALE c. 34 *LP(D) I,*170-87 *LP(M) I,*47-72
Ps. GREGOR. NYSS. *ap. Surium VI(1575),*216-19 — METAPHRAST. *sec. Surium l. c. pg.* 220-22 — ADO *in martyrolog. PL 123,*392 B *sq.*
10 BREVIAR. ROMAN. *[Hist. Franc. passim*
11 SEVERUS SULP. *Vita ap. Sur. VI(1575),*248-73 *PL 20,*159-76: *CV 1,*109-37 — GREG. TUR. *Virt. s. Mart. et* METAPHRAST. tom. V et VII *ap. Surium VI(1575),*239-42
12 PONTIFICALE c. 76 *LP(D) I,*336-38 *LP(M) I,*181-84
INDICULUS SS. Belgii: *Molanus fol.* 50r
HUCBALD. ELNONENSIS *ap. Surium VI(1575),*277-86 *PL 132,*875-94 *Anal. Boll. 34/35 (1915/16),*319-30
13 GREGORIUS TURON. hist. *Franc.* li. 10 *c.* 31 *ap. Surium VI (1575),*288 *sq. PL 71,* 564 C *sq. n.* 4: *MG. SS. rer. Merov. I,* 444
14 EUSEB. CAES. hist. eccl. li. 6 c. 31 [=41] et c. 34 [=44] *PG 20,*608 A *et* 629-33: *CB 9/II,*602 624-26
15 SIGEBERT. GEMBLAC. *ap. Surium VI(1575),*341-51 *PL 160,*729-46: *MG. SS. VIII,*505 *n.* 17
16 ADO TREVIRENSIS *[=Viennensis] ap. Sur. VI(1575),*365 *sq. PL 123,*395 A *ssq.* — SIXTUS *Senensis* in bibl. *sancta li. 4 pg.* 360 C-61 B
17 GREGOR. NYSS. *PG 46,*893-957 — RUFINUS li. 7 c. 28 *PG 20,*706 C: *CB 9/II,*703 — SOCRATES *hist. eccl. li. 4 c.* 27 *PG 67,*536 B *sq.*
18 PONTIFICALE c. 34 *LP(D) I,*170-87 *LP(M) I,*47-72
19 *Ps.* DAMASUS c. 19 *LP(D) I,*145 *LP(M) I,*24 *sq.*
JACOBUS MONTANUS *ap. Surium VI(1575),*442-64 — THEODORICUS *de Appolda v. Surium XI(1612),*424-40
20 LEGENDAE pars II habet historiam: *Surius VI(1575),*473-76 *Hist. SS. (Lovan. 1485) fol.* 207r-209r
21 METAPHRAST. *PG 116,*163-80
JONAS *ab.* ap. Bedam tom. III *(ed. Basil.),*275-305 *Surius VI(1575),*484-505: *MG. SS. rer. Merov. IV,*64-108 *et rer. Germ. ed. Krusch. (1905)*
22 GESTA et ex eis Beda *PL 94,*1110 A *sq.*
23 *Ps.* DAMASUS c. 4 *LP(D) I,*123 *LP(M) I,*7 — BERNARD. *ser. PL 183,*499 A-502 C: *XB I/2,*666-70 — ONUPHRIUS PANVINIUS *Epit. pontif. rom. pg.* 2 *sq.*
GREGOR. M. *li. 1* ho. 3 *in evang. PL 76,*1086-89
THEODOR. ab. Trudon. *ap. Surium VI(1575),*543-66: *MG. SS. rer. Merov. VI,*274-98
24 MARTYROLOG. *Usuardi* ex gestis s. Anastasiae *PL 124,*729/30 C
25 METAPHRAST. *ap. Surium VI(1575),*580-87 *PG 116,*276-301
26 EUSEB. CAES. hist. eccl. li. 9 *c.* 6 *PG 20,*808 C: *CB 9/II,*812
NAUCLERUS *Chronicon vol. III,*81. 328
27 SCARDEONIUS DE PADUA li. 3 [=2] *classis* 6 *pg.* 108
28 VICTOR. *de persecut. Vandal.* li. 1 *c.* 3 *PL 58,*185 A: *CV 7,*6
29 GESTA Marcelli *ap. Surium VI(1575),*612-15 *Mombrit. II,*454 *sq.*
30 Presb. et diac. Achaiae *ap. Surium VI(1575),*619-22 *PG 2,*1217-48

[** 7v] XII. *December* habet dies *XXXI.*

			Sanctorum feriae	Anni Domini	*Passionis tempus* sub
Kalend.	1	f	Eligii ep., Noviomi	630 [659]	Heraclio [Constante II.]
Non. 6	2	g	Bibianae v. et m., Romae	353 [c. 362]	Iuliano
Non. 5	3	*A*	Claudii et sociorum, Romae	283	Numeriano
Non. 4	4	b	Barbarae v. et m.	305 [306]	Dioclet. [Maximino]
Non. 3	5	c	Sabbae ab.	530 [532]	Theodosio et Iustin. I.
Pridie	6	d	Nicolai ep. et conf., Myrae	343 [?]	Constantino [?]
Nonis	7	e	*Ambrosii eccl. doct.*, Mediolani	390 [397]	Valent. et Theodos. I.
Idus 8	8	f	*Conceptionis b. Mariae*	1466	Sixto IV.
Idus 7	9	g	Leocadiae v. et m., Toleti	290 [c. 304]	Daciano
Idus 6	10	*A*	Melchiadis [=Miltiadis I.] p. et m.	314	Constantino
Idus 5	11	b	Damasi p.	384	Theodos. sen.
Idus 4	12	c	Pauli ep. Narbonensis	51 [?]	Nerone [?]
Idus 3	13	d	*Luciae v. et m.*, Syracus.	305	Dioclet.
			Iudoci conf.	653 [c. 668]	Dagoberto [?]
			Autberti ep. Cameracensis	643 [c. 668]	Dagoberto [?]
Pridie	14	e	Nicasii ep. et m., Remis	631 [s. V]	Heraclio [?]
Idibus	15	f	Valeriani ep. Africani exulis	457	Genserico
Kal. 17	16	g	Everardi conf. apud Tornacum	838	Ludovico Pio
Kal. 16	17	*A*	Beggae viduae, sororis s. Gertrudis	676 [s. VII extr.]	Pipino Austrasio patre
Kal. 15	18	b	Gratiani ep. Turonensis	252 [c. 250]	Decio
Kal. 14	19	c	Nemesii m. Aegyptii	251	Decio
Kal. 13	20	d	Philogonii ep., Antiochiae	318 [c. 323]	Constantino
Kal. 12	21	e	*Thomae apost.*	75 [?]	Vespasiano [?]
Kal. 11	22	f	Schiridionis [=Ischyrionis] m., Alexandriae	c. 251	Decio
Kal. 10	23	g	Servuli paralytici, Romae	593 [s. VI]	Phoca [?]
Kal. 9	24	*A*	Gregorii Spoletani m. — Vigilia.	289 [c. 304]	Dioclet. et Maxim.
Kal. 8	25	b	*Nascitur Christus in Bethlehem*	1 [?]	Caesare Augusto
Kal. 7	26	c	*Stephani primi martyris*	34 [?]	Tiberio
Kal. 6	27	d	*Ioannis evang. et apost.*	101	Traiano
Kal. 5	28	e	*Innocentium mm.*	1	Herode Ascalonita
Kal. 4	29	f	Thomae ep. m., Cantuariae	1171 [1170]	Frederico I.
Kal. 3	30	g	Sabini ep. et sociorum, Spoleti	305	Maximiano
Pridie	31	*A*	*Silvestri p. et conf.*	335	Constantino

[** 8r] XII. *December* habet dies *XXXI.*

Auctores, qui de his scripserunt

1 S. Audoenus ep. *ap. Surium VI(1575),* 629-85 *PL 87,* 479-594: *MG. SS. rer. Merov. IV,* 663-742
2 Martyrolog. *Usuardi PL 124,* 759/60 B
3 Usuardus *Martyrolog. PL 124,* 761/62 C
4 Metaphrast. *ap. Surium VI(1575),* 695-98 *PG 116,* 301-16 Martyrolog. veterum 16. Dec.
5 Metaphrast. ex Cyrillo mon. *sec. Surium VI(1575),* 754-95
6 Johannes Diac. *cfr. A. Mai., Spicileg. Rom. IV,* 324-39
7 Paulinus *Vita PL 14,* 27-46 (29-50) — Costerius *et Paulinus: Vita s. Ambrosii in ed. Basil. 1567* $B2^{r}$-$D3^{r}$
8 In Extravagantibus: Fr *Decretal.* 1285
9 Martyrolog. *Usuardi PL 124,* 781/82 D *sq.*
10 *Ps.* Damasus: Pontif. 33 *LP(D) I,* 163 *LP(M) I,* 46
11 Pontificale c. 39 *LP(D) I,* 212 *sq. LP(M) I,* 82-84
12 Usuardus *martyrolog. PL 124,* 793/94
13 Gesta *ap. Surium VI(1575),* 892-94 *PL 124,* 797/98 — Sigebert. Gembl. *PL 160,* 831/32: *MG. SS. IV,* 483
Vita per Florentium ab. *ap. Surium VIII(1581),* 1007-11
Vita per *Ps.* Fulbertum *ap. Surium VI(1575),* 894-901: *MG. SS. XXX,* 127 *sq.*
14 Nauclerus *Chronicon vol. II,* 675
15 Victor. de persecut. Vandal. li. 1 *c.* 12 *PL 58,* 197 A: *CV 7,* 17 *sq.*
16 Meierus *Comment. li.* 2 *fol.* 12^{r}
17 Indiculus SS. Belgii: *Molanus fol.* 18^{v}
18 Gregor. Turon. hist. *Franc.* li. 10 *c.* 31 *PL 71,* 563 A *sq. n.* 1: *MG. SS. rer. Merov. I,* 443
19 Rufin. hist. eccl. li. 6 c. (31) 34 [=41] *PG 20,* 611 C: *CB 9/II,* 608
20 Chrysost. hò. t. III *ap. Surium VI(1575),* 932-36 *PG 48,* 747 D-56 C
21 Joh. 20, 24-29 11, 16 14, 5 21, 2 Rufin. *hist. eccl. li. 1 c.* 9 *PL 21,* 478 B: *CB 9/II,* 971
22 S. Dionys. *ep. Alex.* hist. eccl. li. 6 c. 34 [=42] *Euseb. Caes. PG 20,* 613 A: *CB 9/II,* 610
23 Gregor. M. 4 Dial. c. 14 *ap. Surium VI(1575),* 945 *sq. PL 77,* 341-44
24 Martyrolog. *Usuardi PL 124,* 833/34 A *Surius VI(1575),* 951-53
25 Luc. 2, 6-20
26 Act. 7, 57 ssq. Lucianus presb. *PL 41,* 807 D-18 A
27 Eusebius Caesar. hist. eccl. li. 3 *c.* 1. 18, 23, 24 *PG 20,* 216 A 252 A *sq.* 256 C-64 A 265 C-68 C: *CB 9/I,* 188 230 *sq.* 236-45
28 Matth. 2, 16-18
29 Johannes Carnot. ep. et alii *ap. Surium VI(1575),* 1033-45 *PL 199,* 355-59 *et PL 190,* 193-208
30 Beda *martyrolog. PL 94,* 1145 A-46 B et Ado *PL 123,* 205 A-206 B *Surius VI(1575),* 1051
31 *Ps.* Damasus: Pontif. 34 *LP(D) I,* 170-87 *LP(M) I,* 47-72

Pg. 1

CAPITA DOCTRINAE CHRISTIANAE

COMPENDIO TRADITA, UT SIT VELUTI PARVUS CATECHISMUS CATHOLICORUM.[1])

CAPUT PRIMUM.

DE FIDE ET SYMBOLO FIDEI.

1 **Quis dicendus est ‚christianus' atque catholicus?**

Qui baptismatis sacramento initiatus, Iesu Christi veri Dei atque hominis salutarem doctrinam in eius ecclesia profitetur neque sectis vel opinionibus ullis ab ecclesia catholica alienis adhaeret.

2 **Quibus de rebus primum docendi sunt christiani?**

De fide, spe, charitate, sacramentis et officiis iustitiae christianae.

3 **Quid est fides?**

„Donum Dei" ac lumen, quo illustratus homo ‚firmiter assentitur omnibus, quae Deus revelavit' et nobis per ecclesiam credenda proposuit, sive scripta illa sint, sive non sint.

4 **Quae summa est fidei seu omnium credendorum?**

Symbolum apostolorum in duodecim distinctum articulos.

5 **Qui sunt illi duodecim articuli?**

Hi videlicet:

I. Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem caeli et terrae.

II. Et in Iesum Christum, filium eius unicum, dominum nostrum.

III. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine.

IIII. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus.

A **1** sq. Capita — veluti *om. A b* 4-7 *C* Capita — catholicorum *om. f* 16. 17 Capita — catholicorum] Institutiones christianae pietatis auctore d. Petro Canisio, societatis Jesu theologo *f* 3-6] Catechismus catholicus iuventuti formandae hoc saeculo quam maxime necessarius *b* 1-3. 8-11 *h* 1 **2** veluti *om. d* 16. 17 catholicorum] autore R. P. Petro Canisio S. J. *add. c* 5 **17** baptismatis sacramento initiatus *om. AB*

B **19** quae Deus] quae ut credantur Deus *AB* **20** sq. et nobis — proposuit *om. AB* **21** sive non sint] sive non scripta *b* 8-11

A **5** Act. 11, 26 **7** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 **25** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18

B **7** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 **18** Eph. 2, 8 **19** sq. Hebr. 11, 1 **30** *Ad artic. I imagiunculae: Creatio mundi add. e* 6-8. *G, Petrus et Paulus add. a* 1 *c* 1, *Deus Moysi tradens tabulas decalogi add. a* 2 **36** *Ad artic. IV imag. Christi ex cruce pendentis add. e* 6-8

---

[1]) *Textus huius editionis Plantinianae a.* 1574 *per se nullas imagines exhibet; quae inseruntur nostrae editioni imagiunculae ex editione d* 19 *J. Belleri Antverpiensis a.* 1578 *depromptae sunt.*

v. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis.
Pg. 2 vi. Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.
vii. Inde venturus est iudicare vivos et mortuos.
viii. Credo in Spiritum sanctum.
ix. Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem.
x. Remissionem peccatorum.
xi. Carnis resurrectionem,
xii. Et vitam aeternam. Amen.

6 Quid sibi vult primus symboli articulus: Credo in Deum Patrem?

Ostendit primam in deitate personam, Patrem scilicet caelestem et aeternum, cui nihil factu impossibile sit vel difficile, qui caelum et terram, visibilia simul et invisibilia cuncta ex nihilo produxerit et producta usque conservat et gubernat summa bonitate et sapientia.

7 Quid vero secundus articulus: Et in Iesum Christum, filium eius?

Commonstrat secundam in deitate personam, Iesum Christum scilicet, filium Dei naturalem, unicum illum, ab aeterno genitum et Patri consubstantialem, dominum ac redemptorem nostrum, ut qui nos perditos liberavit.

8 Quid porro tertius: Qui conceptus est de Spiritu sancto?

Mysterium proponit dominicae incarnationis. Quia idem Dei filius de caelis descendens, humanam naturam assumpsit, sed modo singulari prorsus, ut qui conceptus fuit sine patre, ex virtute Spiritus sancti et natus ex Maria virgine illibata.

9 Quid vero quartus: Passus sub Pontio Pilato?

Mysterium tractat redemptionis humanae; nam idem verus Dei filius secundum humanam illam naturam assumptam extrema vere passus est pro nobis et peccatoribus omnibus redimendis. Unde licet ‹agnus› esset sine ma-

A **14** Credo — Patrem *om. ABc*1 *δ*1 **26** caelestialem *δ*1 **29** produxit *b*8-11 *f*3 **32** sq. Et — eius *om. ABc*1 *δ*1 **33** filium eius *om. h*1
B **3** et — consubstantialem *om. ABh*1 **7** sq. Qui — sancto *om. ABc*1 *δ*1 **27** sq. Passus — Pilato *om. ABc*1 *δ*1 **41** nam] quia *B* **42** extrema] et acerbissima *add. b*9-11 **43** sq. et — redimendis *om. AB*] ac mundo universo *c*1

A **7** *Ad artic. VIII imago: Effusio Spiritus sancti add. e*6-8 **15** ssq. *Eandem imaginem add. d*18 **29** Gen. 1,1. 3.6 *ssq.* Ps. 148,5 **30** Joh. 5,17 **33** ssq. *Eandem imaginem add. d*18
B **1** Matth. 16,16 **2** Col. 1,15.18 Ps. 2,7 109,3 Hebr. 1,5 sq. **4** Act. 10,38 **9** ssq. *Eandem imaginem add. d*18 **21** sq. Luc. 1,31-38 Joh. 1,14 Phil. 2,7 **23** ssq. Is. 7,14 Matth. 1,18.25 **29** ssq. *Eandem imaginem add. d*18 **42** sq. Is. 53,2 ssq. Matth. 20,18 sq. 27,26-50 **44** Joh. 1,29.36

Pg. 3 cula, tamen sub Pontio praeside in ‖ crucem suffixus, in cruce mortuus et deinde sepultus fuit.

10 **Quid autem quintus: Descendit ad inferos?**

Mysterium resurrectionis Christi complectitur, qui secundum animam quidem patres e limbo liberaturus descendit, tertio vero post mortem die, resumpto corpore, vi propria factus est redivivus.

11 **Quid sextus articulus: Ascendit ad caelos?**

Mysterium affert gloriosae ascensionis Christi, ut qui post expletum redemptionis nostrae opus ad Patrem transivit ex hoc mundo et caelos sua virtute triumphator ascendit atque in ipsa aeterna Patris gloria super omnia est collocatus.

12 **Quid septimus: Inde venturus est iudicare?**

Demonstrat extremum iudicii diem, quando Christus humana in carne visibilis rursus de caelo descendet ac tremendum aget iudicem omnium, proborum ac improborum et ‚reddet unicuique secundum opera eius.'

13 **Quid vero octavus: Credo in Spiritum sanctum?**

Exhibet tertiam in Trinitate personam, Spiritum sanctum, qui ex Patre Filioque procedens, unus, verus aeternusque Deus est et regnat cum Patre et Filio et proinde cum utroque simul adoratur et conglorificatur.

A **1** sq. Pontio] Pilato *add. b* 9-11 in crucem suffixus] crucifixus *C*<11 **4** sq. Descendit ad inferos *om. c* 1 *δ* 1 **18** sq. patres — descendit] ad inferos descendit patres e limbo liberaturus *b* 9-11 **23** sq. Ascendit ad caelos *om. ABc* 1 *δ* 1 **38** ut *om. b* 9-11

B **4** sq. Inde — iudicare *om. ABc* 1 *δ* 1 **5** iudicare] vivos et mortuos *add. e* 9 *f* 16 *h* 1 **23** sq. Credo — sanctum *om. ABc* 1 *δ* 1

A **6** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 **17** Matth. 28, 2 sq. Luc. 24, 5 ssq. **19** Eph. 4, 9 **20** 1 Cor. 15, 4 **25** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 **37** ssq. Marc. 16, 19 Luc. 24, 51 Act. 1, 3. 9 Eph. 4, 8-10

B **1** sq. Phil. 2, 9-11 Hebr. 1, 3. 5. 13 **6** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 **17** ssq. Matth. 16, 27 25, 31-46 1 Thess. 4, 16 Ps. 61, 13 **19** ssq. Matth. 16, 27 Rom. 2, 5 sq. Joh. 5, 29 **25** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 **37** *Ps.* ATHANAS. in symb. *PG 28*, 1584 *form. I*

14 Quid nonus articulus: Sanctam ecclesiam catholicam?

De ecclesia docet quatuor nobis credenda esse:

I. Primum ecclesiam esse unam, nimirum in uno spiritu Christi Iesu, in una fide fideique et sacramentorum doctrina, in uno capite ac rectore universalis ecclesiae, vicario Christi scilicet ac divi Petri successore.

II. Secundo hanc ipsam sanctam esse, quia tum a Christo capite et sponso suo, cui per fidem et sacramenta coniungitur, sanctificatur, tum a Spiritu sancto perpetuo gubernatur.

III. Tertio eandem esse catholicam seu universalem, quia toto orbe ‖ diffusa, Christi Pg. 4 fideles omnes omnium temporum comprehendit.

IV. Quarto et postremo in hac ipsa ecclesia communionem esse sanctorum, puta non eorum solum, qui in terris credentes peregrinantur, verum etiam qui carnis mortalitate exuti vel regnant in caelo vel illic regnaturi in igne purgatorio, suorum peccatorum sordibus expiantur. Qui quidem veluti unius corporis membra se invicem iuvant mutuis officiis, meritis, orationibus et sacrosancti missae sacrificii sacramentorumque ecclesiae virtute participant.

15 Quid porro decimus: Remissionem peccatorum?

Offert praesentem Dei gratiam peccatoribus omnibus, ne quis de venia peccatorum suorum consequenda unquam desperet, modo in ecclesia perseveret catholica et rite eiusdem sacramentis utatur.

16 Quid autem undecimus: Carnis resurrectionem?

Mortuos omnes ad vitam excitandos asserit et novissimum iudicii diem confirmat; nam „ante Christi tribunal" in carne redivivi omnes apparebimus, ut recipiat unusquisque, „prout gessit" in suo corpore „sive bonum sive malum."

A **1** sq. Sanctam — catholicam *om. ABc*1 *δ*1 **16** uno — in una *om. AB* fide *om. c* 7-11 **17** ssq. in uno — successore *om. AB* **22** et sacramenta *om. AB* **26** orbe] urbe *e* 6-9 **30** puta *om. c* 2-9.11-21 **31** solum] tantum *ABc*1 qui in terris] cum Christo in caelis felicissime regnant, sed etiam omnium, qui in terra *ABc*1 **32** ssq. verum — expiantur *om. ABc*1 **38** sq. et — participant *om. AB* sacrosanctae *e* 5-9

B **1** sq. Remissionem peccatorum *om. ABc*1 *δ*1 **14** ssq. Offert — utatur] Remissionem peccatorum asserit eamque (solum *c*1) esse in ecclesia catholica et a Spiritu sancto tribui iis, qui rite sacramentis utuntur *ABc*1 **20** sq. Carnis resurrectionem *om. ABc*1 *δ*1 **34** ssq. Mortuos — nam] Carnis resurrectionem affirmat eam (eam *om. b* 8-11) quae in novissimo die bonis malisque continget, quando *ABc*1

A **4** ssq. *Eandem imaginem add. d*18 **15** Cant. 4=*6*, 8 Eph. 4, 3-6 **21** Eph. 6=*5*, 27 1 Cor. 6, 15. 19 **23** Joh. 14, 16 sq. 26 16, 13 **25** Matth. 28, 19 sq. Marc. 16, 15 Luc. 24, 47 Act. 1, 8 **30** Eph. 4, 12-16 Ps. 118, 63 **36** Rom. 12, 4 sq. 1 Cor. 12, 12

B **4** ssq. *Imaginem alicuius confitentis add. d*18 **14** Luc. 24, 47 **15** Ez. 18, 21-24. 26 sq. 30 ssq. Joh. 20, 23 Act. 2, 38 **23** ssq. *Eandem imaginem add. d*18 **34** sq. Job 19, 25 sq. 1 Cor. 15, 51 **36** ssq. Joh. 5, 29 Dan. 12, 2 Matth. 25, 31-46 2 Cor. 5, 10

17 Quid demum postremus: Et vitam aeternam?

Fidei et virtutis christianae praemium beatam immortalitatem ostendit, ut certo sciamus post hanc vitam superesse aliam longe diversam vereque securam beatam ac sempiternam, quae credentibus et obtemperantibus Christo destinata sit.

18 Quae est summa omnium symboli articulorum?

Corde et ore confiteor dominum Deum, quo nihil aut maius aut sapientius aut melius potest excogitari, eum et unum in essentia seu natura divina et trinum in personis esse, utpote Patrem et Filium et Spiritum sanctum, ita ut hi tres unum sint, unus, verus, aeternus, immensus et incomprehensibilis Deus, ex quo, per quem et in quo sunt omnia. Pater est conditor universorum, Filius redemptor
Pg. 5 hominum, Spi- ‖ ritus sanctus ecclesiae seu Christi fidelium sanctificator et rector. Igitur huic sanctissimae et individuae Trinitati respondent symboli tres partes praecipuae: prima, quae de creatione est, Patri; secunda, quae de redemptione, Filio; tertia, quae de sanctificatione, Spiritui sancto accommodatur.

19 Quid est ecclesia?

Est omnium Christi fidem atque doctrinam profitentium congregatio, quae sub uno et summo post Christum capite et pastore in terris gubernatur.

20 Qui ab ecclesia prorsus alieni sunt?

Primum Iudaei et infideles omnes atque a fide apostatae. Deinde haeretici, ii scilicet, qui cum baptizati sint, contra catholicam fidem cum pertinacia tuentur errorem. Praeterea schismatici, qui a pace et unitate catholica ipsi se segregant. Postremo, qui a communione sanctorum, a participatione sacramentorum et ab ecclesiae suffragiis divinisque officiis per ecclesiasticam potestatem legitime excluduntur, unde et excommunicati dicuntur. Qui omnes a Christi corpore, quod est ecclesia, seiuncti et alieni sunt, proindeque spiritualis vitae ac salutis expertes manent, satanae mortique perpetuae, nisi resipiscant, obnoxii. Ac vitandi quidem illi omnes

A **2** Et vitam aeternam *om. ABc*1 *δ*1 **20** sq. Fidei — ostendit] Vitam aeternam continet *ABc*1 *δ*1 **24** credentibus] simul *add. c*1 **25** Christo] re vera *add. c*1 destinata sit] promissa sit *ABc*2-21 *d*20] contingat *c*1 **31** eum] eundem *ABc*1

B **1** sanctissimae] simul *add. ABc*1 **5** accommodatur] Estne satis christiano ea sola credere, quae complectitur symbolum? Primum ea quidem quae symbolo traduntur cuivis credenda et aperte profitenda sunt. Secundo et illa, quae simul universa scriptura divina seu canonica complectitur. Tertio itidem, quae partim ex symboli articulis partim ex scripturis eisdem velut fontibus rite deducuntur. Quarto et illa pro sacrosanctis habenda firmissimaque fide retinenda sunt, quae Spiritus sanctus credenda nobis revelat pronunciatque per Ecclesiam. *add. B* **25** sq. atque — apostatae *om. AB* **26** ii scilicet *om. ABf*9 **27** cum baptizati sint *om. AB*] cum baptizati sunt *f*15.16.19 catholicam *om. AB* **30** sq. a communione sanctorum *om. c*1-9.11 **32** sq. divinisque — legitime] per pontifices et episcopos ob grave aliquod crimen *AB* **36** et alieni *om. ABc*1 **38** nisi resipiscant] simul *AB* **39** sq. Ac — catholicis] Suntque a catholicis vitandi omnes *c*1 Ac — schismatici *om. AB* omnes *om. c*2-20

A **3** ssq. *Eandem imaginem add. d*18 **20** sq. Matth. 25, 34 Matth. 7, 21 19, 12. 23 sq. 29 Hebr. 5, 9 **32** 1 Joh. 5, 6-8 **36** Rom. 11, 36

B **9** ssq. *Eandem imaginem add. d*18 **19** 1 Cor. 12, 12 **21** 1 Petr. 5, 4 Joh. 21, 15-17 Matth. 16, 18 sq. Concil. Florent. Msi *31*, 1031 E **33** sq. Matth. 18, 17 **38** 1 Cor. 5, 5 sq. 13

catholicis, sed inprimis haeretici et schismatici non minus quam pestes quaedam exitiales fugiendi ac execrandi sunt.

21 **Quae demum est simplex, brevis et recta fidei regula, qua catholici ab haereticis discernuntur?**

Ea est, Christi fidem atque ecclesiae auctoritatem integram profiteri, illudque ratum ac fixum tenere oportere, quod ecclesiae catholicae pastores atque doctores credendum definierint. Caeterum, „si quis ecclesiam non audierit, sit tibi" inquit Christus ipse „sicut ethnicus et publicanus." Non enim habebit Deum patrem, qui ecclesiam noluerit habere matrem.

A **2** non minus] nec minus quidem catholicis *A*] nec minus quidem nobis *B* **3** sunt *om. ABc*1
B **2** fixum] firmum *a*2

B **4** ssq. Matth. 18,17

Pg. 6

CAPUT SECUNDUM.

DE SPE ET ORATIONE DOMINICA.

22 **Quid est spes?**

Virtus est divinitus infusa, per quam certa cum fiducia nostrae salutis et aeternae vitae bona expectantur.

23 **Unde modum recte sperandi et petendi discimus?**

Ex oratione dominica, quam Christus ipse, dominus et magister noster, ore suo sacrosancto tradidit et praescripsit.

24 **Recita per partes orationem dominicam.**

Prima petitio:
Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum.
Secunda:
Adveniat regnum tuum.
Tertia:
Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra.
Quarta:
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
Quinta:
Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
Sexta:
Et ne nos inducas in tentationem.
Septima:
Sed libera nos a malo. Amen.

25 **Quid sibi vult initium huius orationis: Pater noster, qui es in caelis?**

Praefatiuncula est, quae nos memores reddit summi beneficii, quo Deus Pater per Christum nos sibi in filios adoptivos et haeredes cooptavit. Atque hoc dulci patris nomine provocamur, tum ad eum redamandum, tum ad precandum magna cum fiducia.

26 **Quid explicat prima petitio: Sanctificetur nomen tuum?**

Proborum filiorum iustum et liberale desiderium. Hi petunt semper et ubique in se

B **8** Secunda] petitio *add. ABc*1 **10** Tertia] petitio *add. ABc*1 **12** Quarta] petitio *add. b*9-11 **14** Quinta] petitio *add. b*9-11 **17** Sexta] petitio *add. b*9-11 **19** Septima] petitio *add. b*9-11 **20** Amen *om. A* **27** tum ad eum redamandum] cum ad eum redamandum *f* 17] cum ad redamandum *d* 1-19 *e* 1-9 *f* 3-9 *GH* **32** petunt] petant *e*5-9

A **3** Rom. 5,2.5 8,24sq. 1Petr. 1,3sq. **4** ssq. *Eandem imaginem add. d*18 **20** Matth. 16=6,9-13 Luc. 11,2-4 **24** ssq. *Ad orat. dom. imagiunculae: Christus apostolos docens orare add. a*1 *c*1 *d*18 *e*6-8 *G*
B **6** Rom. 8,15.17 Gal. 4,5-7 Eph. 1,5

aliisque promoveri cognitionem, timorem, honorem, amorem et cultum aeternae maiestatis

et quicquid demum ad summi optimique Patris gloriam spectat.

27 **Quid secunda petitione agimus: Adveniat regnum tuum?**

Pg. 7 Petimus gloriam regni caelestis aeternaeque felicitatis nobis donari, ut cito cum Christo in sempiternum regnemus.

28 **Quid tertia: Fiat voluntas tua?**

Petimus divinae gratiae nobis opem adesse, ut Patris voluntatem in terra, sicut beati omnes in caelo faciunt, sincere, alacriter et constanter adimpleamus.

29 **Quid quarta: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie?**

Petimus suppeditari nobis, quae ad vitam sive corporis sive animi fovendam et sustentandam spectant, ut victum et vestitum, verbum Dei et ecclesiae sacramenta.

30 **Quid quinta: Et dimitte nobis debita nostra?**

Petimus veniam ac remissionem peccatorum, parati vicissim remittere, quod in nos alii peccaverint.

31 **Quid paenultima: Et ne nos inducas in tentationem?**

Petimus in hac tanta vitae imbecillitate divina virtute fulciri atque adversus mundum,

A **13** sq. summi — spectat] gloriam spectat summi optimique Patris *ABC* **17** Adveniat — tuum *om. ABc*1 *δ*1 **33** Fiat voluntas tua *om. ABc*1 *δ*1

B **1** sq. Panem — hodie *om. ABc*1 *δ*1 **14** animae *b*9-11 **18** sq. Et — nostra *om. ABc*1 *δ*1 **34** sq. paenultima] sexta *b*9-11 Et — tentationem *om. ABc*1 *δ*1

A **30** Rom. 8,17 Matth. 25,34 **34** ssq. *Eandem imaginem add. d*18

B **13** 1Tim. 6,8 Prov. 30,8 **15** sq. Matth. 4,4 Joh. 6,50-59 **20** ssq. *Eandem imaginem add. d*18

carnem daemonemque defendi, ne quocunque modo tentationi succumbentes peccato consentiamus.

32 Quid septima et postrema petitione: Sed libera nos a malo?

Petimus Dei benignitatem, qua ipse nos liberet et vindicet a miseria tum corporis tum animi, sive in hac vita, quoad saluti nostrae congruit, sive in futura. Et additur Amen, hoc est fiat sive fiet, ut spem desideriumque monstremus accipiendi ea, quae septem his petitionibus continentur.

33 Quae summa est priorum orationis huius petitionum?

Priores quatuor ostendunt, quae hic bona sperare ac petere debeamus, inter quae primum ac summum est divinae maiestatis honor et gloria, proximum nostra felicitas; huic accedit Deo debita oboedientia; postremum est corpori animaeque sustentatio necessaria. Haec summatim continentur prioribus quatuor.

34 Quae summa est reliquarum petitionum?

Tres posteriores continent mala, quae deprecari debeamus, ut sunt peccata, quae no-
Pg. 8 bis Dei regnum prae- ‖ cludunt, tum tentationes, quae nisi ope divina protegamur, sua vi ad peccandum nos pertrahunt, ac postremo huius ac futurae vitae calamitates. Docet igitur dominica precatio simul et bona petere et mala deprecari.

35 Quomodo salutationem angelicam recitas Virgini Matri?

„Ave" Maria, „gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus" „et benedictus fructus ventris tui" Iesus. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus.[1] Amen.

36 Unde hic modus deiparam Virginem salutandi profluxit?

Primum ab exemplo angeli Gabrielis et sanctae Elisabethae; deinde ex usu ipso et consensu ecclesiae catholicae ortum ducit.

37 Quem vero fructum adfert haec salutatio?

Sacrosanctae Virginis et dominicae incarnationis gratam et aeque salutarem nobis refricat memoriam ac praeterea monet, ut gratiosae Virginis favorem atque apud Deum intercessionem nobis conciliemus.

38 Quid discimus ex hac salutatione?

Eximias dotes ac laudes incomparabilis Virginis, ut quod Dei donis ac virtutibus amplissimis referta, quod eadem virgo et mater, quod inter omnes omnium temporum mulieres benedicta, quod regis regum Christi Dei et domini nostri parens ac perinde inventrix gratiae ac genitrix vitae nobis extitit.

A **6** Sed — a malo *om. ABc*1 *δ*1 **18** miseriis *b*9-11 **19** sq. animae *b*9-11 sive — futura] quoad saluti nostrae congruit sive in hac sive in futura vita *AB* **20** ssq. Et additur — continentur *om. ABc*1 **28** debeam *A* **30** proximum] deinde *B* **31** huic accedit] tum *B* **31** sq. postremum est] postremum *Ac*1] postremo *B* **33** sq. continentur — quatuor] continent priores quatuor petitiones *B* **39** debemus *e*5-9 *f*3-6 ut sunt] initio quidem *B* **42** pertrahant *Ab*4-6

B **20** mater Dei *om. c*2-11 peccatoribus] nunc et in hora mortis *add. b*9-11 *c*21 *d*15.20 *F* **25** ipso *om. b*4.5 *f*9 **26** ortum ducit *om. ABCDEFGh*1 *δ*1 *o*1.4 **36** incomparabiles *ABc*1 *h*1 **37** ut *om. f*4-6 **41** proinde *d*11-14 **42** nobis] nostrae *f*18.19

B **7** sqq. *Similem imaginem add. a*1 *c*1 *d*18 *e*6-8 **17** Luc. 1, 28. 42

---

[1]) *Additamentum „Nunc et in hora mortis" ex officina Dilingana prodiit, Canisio, ut videtur, auctore.*

CAPUT TERTIUM.

DE CHARITATE ET DECALOGO.

39 Quid est charitas?

Infusa a Deo virtus, qua ipse propter se, proximus autem propter Deum diligitur.

40 Quot sunt charitatis praecepta?

Duo principalia: „Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua et ex tota mente tua et ex totis viribus tuis. Hoc est primum et maximum mandatum. Se-
Pg. 9 cundum vero simile huic: ‖ Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his praeceptis universa lex pendet et prophetae."

41 Quo indicio se prodit charitas erga Deum?

Si eius observes mandata. „Haec est enim charitas Dei, ut mandata eius custodiamus et mandata eius gravia non sunt." Et Christus ipse docet: „Qui habet mandata mea et servat ea, ille est, qui diligit me."

42 Quomodo se prodit et agnoscitur charitas erga proximum?

„Charitas patiens est, benigna est, charitas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati; omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet."

43 Cur praecepta decalogi decem proponuntur?

Etsi duo sunt charitatis praecepta, in quibus plenitudo legis versatur, tamen praecepta decalogi idcirco adiiciuntur, ut perspicue magis omnes intelligant, quae ad charitatem tum Deo tum proximo exhibendam pertinent.

44 Quae sunt praecepta decalogi?

I.

„Ego sum dominus Deus tuus." - „Non habebis deos alienos coram me; non facies tibi sculptile, ut adores illud.'

II.

„Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum." Nec enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen domini Dei sui frustra.

III.

„Memento, ut diem sabbati sanctifices."

IIII.

„Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi."

A **14** sq. Infusa — virtus] Syncera et perfecta dilectio *AB* ipse — diligitur] Deus propter se diligitur, proximus autem propter Deum *ABCDEFGh*1 *i*1 *o*1.4 **18** principalia] quae dominus Deus nobis his verbis proponit (proposuit *c*16-21) *add. ABC* **19** ex tota anima tua *om. f*16 **20** totis] omnibus *b*9-11 **22** simile] est *add. b*8-11 *d*20 **23** temetipsum *c*14.15 his] duobus *add. b*8-11 **28** observet *b*1-7 observentur *b*8-11 **30** sunt] Ioanne apostolo teste *add. ABC* **35** proximum] Id satis Paulus his verbis explicat *add. ABC* **38** sq. non quaerit — irritatur *om. d*20

B **32** ssq. Nec — frustra *om. AB c*1 **33** sui] tui *e*5-9 *f*17] *om. f*11-13.15.16

A **4** ssq. *Eandem imaginem add. d*18 **14** Matth. 22, 37-39 Luc. 10, 27 **18** ssq. Deut. 6, 5 Matth. 22, 37-40 **28** sq. 1 Joh. 5, 3 **31** sq. Joh. 14, 21 **36** ssq. 1 Cor. 13, 4-7 Phil. 3 = 2, 2 *sq.*

B **15** ssq. *Similem imaginem add. e*6-8 *G* **26** *Ad I Imago: Effusio Spiritus sancti add. a*1 *c*1 *Moyses de monte Sinai descendens a*2 **30** *Ad II Imago: Lapidatio hominis Deum blasphemantis add. e*6-8 **35** *Ad III Imago: Contio in templo add. e*6-8 **37** *Ad IV Imago: Noe vino oneratus eiusque filii add. e*6-8

V.
„Non occides."
VI.
„Non moechaberis."
VII.
„Non furtum facies."
Pg. 10 VIII.
„Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium."
IX.
‚Non concupisces uxorem proximi tui.'
X.
‚Non domum, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum et universa, quae illius sunt.'

45 Quid sibi vult primum praeceptum: Non habebis deos alienos?

Prohibet ac damnat idololatriam seu cultum falsorum deorum, artem magicam vel divinatoriam, observationes superstitiosas, omnem denique cultum impium. E diverso autem requirit, ut unum Deum optimum maximum credamus, colamus et invocemus.

46 Licetne sanctos colere et invocare?

Licet, non ad eum quidem modum, quo iubemur Deum colere et invocare, tanquam creatorem et redemptorem et largitorem bonorum omnium, at longe inferiori gradu, nimirum veluti lectissimos Dei amicos nostrosque apud ipsum intercessores et patronos.

47 Huicne praecepto adversatur usus imaginum Christi ac sanctorum?

Nequaquam, quia praecepto huic: Non facies tibi sculptile, causa mox additur, ut adores illud, videlicet ethnicorum more, qui falsorum deorum statuunt simulacra et idola sua impie colunt. Nos autem in imaginibus Christum et sanctos, quos repraesentant, pio a maioribus tradito more veneramur.

48 Quid secundum prohibet: Non assumes nomen Dei tui in vanum?

Vetat abusum divini nominis et irreverentiam, quae committitur a periuris, blasphemis, per Deum, sanctos vel creaturam aliquam absque gravi causa, veritate ac reverentia iurantibus.

49 Quid imperat tertium praeceptum: Memento, ut diem sabbati sanctifices?

Vult sabbatum, seu diem festum in ecclesia piis operibus celebrari, quod fit ade-

A **18** Non — alienos *om. AB c* 1 **41** electissimos *c* 11 dilectissimos *d* 2-20 *E f* 7-17. 20. 21 *h* 1
B **8** pie *f* 18-21 **12** Non — vanum *om. AB c* 1 *δ* 1 nomen] Domini *add. d* 18. 19 *e* 4-9 *f* 16. 17 **23** Vetat *om. AB c* 1 **25** creaturam aliquam] quaevis sacra *AB* **30** Memento — sanctifices *om. AB c* 1 *δ* 1 **41** Vult *om. AB c* 1

A **1** *Ad V Imago: Cain fratrem suum Abel feriens add. e* 6-8 **3** *Ad VI Imago: David et Bethsabee add. e* 6-8 **5** *Ad VII Imago: Fur lapidatur add. e* 6-8 **7** *Ad VIII Imago: Daniel senes Susannam sollicitantes coarguit add. e* 6-8 **10** *Ad IX Imago: Joseph Putiphari uxorem effugiens add. e* 6-8 **12** *Ad X Imag. allegoricam mandatum decimum illustrantem add. e* 6-8 **18** Ex. 23, 13 **30** Deut. 18, 10 sq. 19 = *16*, 22 Eccli. 34, 5 **34** Matth. 4, 10 **37** Joh. Damasc. *Orthod. fidei* li. 4 c. 16 *PG 94*, 1164 A-68 C *c.* 15 **41** Joh. 15, 15
B **3** Joh. Damascenus *Orthod. fidei* li. 4 *PG 94*, 1168 C-76 A *c.* 16 — Gregorius M. li. 6 = 11 ep. 13 *PL 77*, 1128 B-29 A: *MG Epp. 2*, 270 *(XI*, 10*)* — Synod. Nicaen. VII. Msi *13*, 398 C *ssq.* 730 D *act.* 7 **23** ssq. Lev. 9 = *19*, 12 Eccli. 23, 9-20 Jer. 4, 1 ssq. Matth. 5, 33-37 **31** ssq. *Similem imaginem add. d* 18 **41** ssq. Lev. 23, 3 Jer. 17, 21 Num. 15, 32-36

Pg. 11 undo templum et audien- ‖ do missam. Laborare autem hoc tempore et occupationibus deditum esse servilibus plane interdicit.

50 Quid iniungit quartum: Honora patrem et matrem?

Ut his, qui secundum Deum vitae nostrae sunt auctores reverentiam, oboedientiam opemque praestemus, ac omni demum officii genere illis ipsis satis faciamus. Deinde iubet, ut magistratus, cum civiles tum ecclesiasticos, parentum et maiorum loco habeamus, illorum dicto lubentes pareamus eorumque potestatem ac auctoritatem revereamur.

51 Qua ratione potestatem et auctoritatem ecclesiasticam reverebimur?

Videlicet, si sacris et oecumenicis conciliis, si receptis apostolorum ac patrum institutis ac decretis, si probatis maiorum consuetudinibus, denique si summis ecclesiae pastoribus ac pontificibus tribuerimus, quam singularem illis debemus observantiam oboedientiamque. Ubi vel maxime peccant, qui cultum divinum et sanctiones caeremoniasque ecclesiasticas convellunt atque contemerant, tum qui synodis et pontificibus obtrectant, ac in sacerdotum iura et templa involant, ac sacra prophanant.

52 Quid sibi vult quintum praeceptum: Non occides?

Prohibet vim externam, caedem et iniuriam omnem, quae corpori et vitae proximi adferri possit. Ad haec iram, odium, rancorem, in-

dignationem et quosvis affectus ad proximi laesionem quovis modo spectantes excludit et penitus resecat.

53 Quid vetat sextum: Non moechaberis?

Fornicationem, adulterium et obscoenos illegitimosque concubitus, tum quicquid honestati, verecundiae et ingenuo pudori adversatur. Nam et qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo.

54 Quid praecepto septimo cavetur: Non furtum facies?

Omnis rei alienae illicita contrectatio et usurpatio, ‖ ut fit in furto, rapina, usura, lucris iniustis, dolis malis et iniquis contractibus, demum quibusvis commutationibus et dis- Pg. 12

A **2** hoc tempore *om. ABC* **3** servilibus] profanis *AB* **5** sq. Honora — matrem *om. AB c* 1 δ 1 **23** sq. eorumque — revereamur] et revereamur potestatem atque auctoritatem *ABCDE f* 1-17. 20. 21 *h* 1 δ 1 *o* 1. 4 **24** reveremur *AB* **28** et *om. f* 3-5 **36** contemerant] contemnunt *b* 3. 8-11 δ 1 **38** sq. ac sacra prophanant] sacra prophanantes (profanantes) *ABCDE f* 1-9. 14. 16. 17. 20. 21 *G h* 1 δ 1 *o* 1. 4 **42** Non occides *om. AB c* 1 δ 1 *f* 5
B **16** et penitus resecat] *om. A c* 1-11] et eliminat *B c* 12-21 **19** Non moechaberis *om. AB c* 1 δ 1 **34** Nam et] Certe *B* **36** suo] dicit Christus dominus *add. ABC* **38** Quid — cavetur] Quid septimo praecepto prohibetur? *B* **39** Non — facies *om. AB c* 1 δ 1 **43** mutationibus *G*

A **17** Eph. 6, 1-3 Col. 3, 20 **21** Rom. 13, 1-7 Hebr. 13, 17 1 Petr. 2, 13-18 **43** Matth. 5, 21-24 Deut. 5, 17
B **20** ssq. *Imaginem Susannae balneantis add. d* 18 **31** 1 Cor. 6, 9. 10. 15-20 Matth. 5, 27 sq. Eph. 5, 3-6 2 = 1 Thess. 4, 3-5 Hebr. 13, 4 **40** Eph. 4, 28

tributionibus, quibus christiana charitas laeditur et proximus circumvenitur.

55 Quid in octavo agitur: Non loqueris contra proximum falsum testimonium?

Interdicitur testimonium falsum, mendacium et omnis linguae contra proximum abusus, ut in susurronibus, detractoribus, maledicis, adulatoribus, mendacibus ac periuris.

56 Quid postrema duo praecepta: Non concupisces uxorem nec rem proximi?

Vetant concupiscentiam uxoris ac rei alienae, quoniam quod alienum est, haud solum iniuste et pro libidine nostra occupare non licet, sed ne voluntate quidem ad illud appetendum ferri debemus, ita ut nostris rebus contenti absque omni invidia, aemulatione et cupiditate vivamus.

57 Quae summa, quisve finis praeceptorum decalogi?

Nimirum, ut Deus et proximus sincere diligantur, cuius rei symbolum fuit in duas tabulas decalogi a Deo facta distinctio. In priore quidem tabula tria docentur, quae ad charitatem Dei, in secunda vero septem, quae ad dilectionem proximi spectant, explicantur.

58 Qua ratione praecepta primae tabulae charitatem Dei edocent?

Quoniam tollunt et prohibent vitia cultui honorique Dei maxime contraria, idololatriam, apostasiam, haeresim, periurium, superstitiones; admonent autem verum purumque Dei cultum corde, ore ac opere fideliter exhibendum esse, quod ubi fit, utique solus verus Deus cultu latriae colitur et adoratur.

59 Quomodo praecepta secundae tabulae charitatem proximi explicant?

Eo ipso, quod nostrum erga proximum officium ordine complectuntur, videlicet ut non solum maiores honoremus, sed etiam opere, verbis ac voluntate ‖ prodesse omnibus et nocere nemini studeamus, sive corpus proximi, sive persona iuncta coniugio, sive bona fortunae considerentur. Pg. 13

A **15** sq. Non — testimonium *om. AB c1 δ1* **27** mendacium] periurium *add. f16* **29** ut] est *add. ACDEG f1-7. 9-11. 14-21 h1 δ1 o1. 4* in] usu venit *B f8. 12. 13* **34** sq. Non — proximi *om. AB c1 δ1* **40** ita ut] quin potius *B* nostris] demum *add. B*

B **11** sq. invidia — vivamus] invidia et aemulatione vivamus (vivemus *b1-7*) *AB* **15** sq. diligatur *A c1-9. 11* **17** distinctio] ut et *add. B* **18** docentur *om. B* **20** explicantur] scripta proponerentur *B* **24** Quoniam] Quod *C*] Quod duo quidem priora *AB* **25** ssq. idololatriam — autem] idololatriam et periurium. Tertium vero admonet *AB* **29** sq. utique — adoratur] solus utique Deus in omnibus et super omnia rite diligitur ac glorificatur *AB* utique *om. C d16. 17* **38** proximi *om. AB c1* **40** considerentur] spectentur *B*

A **27** ssq. Ex. 13 = 23, 1-3. 7 sq. Eph. 4, 25. 29 Jac. 4, 11 1 Petr. 2, 1 sq. **36** ssq. Matth. 5, 27 sq. Deut. 5, 21 1 Thess. 4, 3-6

B **15** ssq. 1 Joh. 5, 1-3 Ex. 20, 3-17 **24** ssq. Eph. 4 *passim* **34** ssq. Tit. 2 1 Cor. 13, 1-8

60 **Quae summa est praeceptorum de proximo diligendo?**

Haec ipsa nimirum: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. „Omnia vero, quaecunque vultis, ut faciant vobis homines et vos facite illis. Haec est enim lex et prophetae."

61 **Suntne praeter decalogum alia praecepta?**

Sunt utique, nec solum utiliter illa, verum etiam necessario observanda, praesertim ecclesiae praecepta, cui veluti sanctissimae matri sponsaeque Christi aures et mentes praebere catholici filii omnes debemus.

62 **Quot sunt praecepta ecclesiae?**

Praecipua quinque numerantur:

I.

Statutos ecclesiae festos dies celebrato.

II.

Sacrum missae officium diebus festis reverenter audito.

III.

Indicta certis diebus ieiunia et a quibusdam cibis abstinentiam observato.

IIII.

Peccata tua sacerdoti proprio aut alteri cum eius facultate singulis annis confitetor.

V.

Sacrosanctam eucharistiam, ut minimum semel in anno, idque circa festum Paschae sumito.

63 **Quem fructum affert horum observatio praeceptorum?**

Haec atque id genus alia ecclesiae tum instituta tum praecepta primum fidem, humilitatem et obedientiam christianam exercent, deinde cultum divinum, honestam disciplinam et publicam tranquillitatem alunt, conservant et ornant eoque mirifice conferunt ‚ut decenter et ordine cuncta in ecclesia peragantur' praeterquam quod aeternam vitam meremur, si illa ex charitate observemus.

A **3** Haec ipsa nimirum] Summa est *c* 2-11 **9** nec] non *f* 8-15 **12** mentem *b* 9-11 **14** Quot] Quae *d* 18-20 **40** Sacrae *f* 18.19

B **2** sq. Indicta — observato] Ieiunia certis diebus temporibusque indicta observato *AB* **14** sq. aut — facultate *om. Ab* 4-7. *c* 1-9.11 aut — confitetor] singulis annis confitetor aut alteri eius facultatem habenti *b* 1-3.8-11 **15** facultate] licentia *c* 12-21 confitetor] et sacrosanctam eucharistiam ut minimum semel in anno idque circa festum Paschae sumito. V. Diebus ab ecclesia interdictis nuptias non celebrato *f* 3-6.18-21 **26** ut] ad *b* 9-11 **39** ssq. praeterquam — observemus *om. AB* **40** observamus *f* 18.19

A **4** Matth. 7,12 **9** Matth. 18,17 23 Prov. 1,8 sq. **17** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 **27** Concil. Lugd. *apud Ivonem PL 161,* 266 D *sq. parte* 4 *c.* 14: Gr. *c.* 1 *D. 3 de consecr.* **29** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 **40** Concil. Agath. *can.* 21 *et* 47 Msi *8,* 328 B 332 B Hi 333 335

B **2** Can. Ps. Apost. 68 Msi *1,* 43 C *(Hervet)* Fu *1,* 584 *sq. can.* 69 — Conc. Gangr. *c.* 19 Msi 2, 1103 C Tur. *II/2,* 208 *sq.* Hi 266; Gr *c.* 8 *D. 30* **5** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 **14** Concil. Lateran. III *c.* 21 Msi 22, 1007 E *ssq.* **17** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 **26** Ibid. Msi 22, 1007 E *sq. c.* 21 **38** sq. 1 Cor. 14, 40

Pg. 14

CAPUT QUARTUM.

DE SACRAMENTIS.

64 Quid est sacramentum?

Est invisibilis gratiae signum visibile, ad nostram sanctificationem divinitus institutum. Aliud est enim, quod in sacramento videmus, aliud, quod in eo accipimus; signum videmus externum, occultam vero et spiritualem gratiam, quae res dicitur sacramenti, accipimus.

65 Quot sunt sacramenta?

Septem, quae a Christo domino instituta, ab apostolis tradita et in ecclesia catholica semper conservata ad nos usque pervenerunt. Sunt autem haec: Baptismus, confirmatio, eucharistia, paenitentia, extrema unctio, ordo, matrimonium.

66 Quare sacramenta veneranda et summo in pretio habenda sunt?

Primum quidem, quia a Deo et Christo domino in lege nova instituta, deinde, quia gratiam Dei nobis necessariam eamque uberrimam non modo significant, verumetiam ceu vasa quaedam sacra divini spiritus continent et rite suscipientibus conferunt. Ad haec quoniam adversus peccatum praesentissima sunt remedia seu divina medicamenta ‚nostri Samaritani;' postremo, quia bonis gratiam habentibus eam ipsam conservant, augent, amplificant.

67 Cur sacramentis caeremoniae solennes et ecclesiasticae adhibentur?

Multis profecto et gravibus de causis. Primum, ut sacramentorum administrationem spectantes admoneantur nihil hic profanum, sed arcana quaedam et divinis plena mysteriis geri, quae singularem reverentiam exigant. Deinde, ut ad sacramenta ipsa accedentibus cultum promoveant interiorem, quem Deus praecipue postulat et cuius veluti signa, testimonia et exercitia sint caeremoniae. Praeterea, ut sacramenta ministrantes maiori cum dignitate et fructu munus suum obeant, dum veteris ecclesiae institutis ‖ sanctorumque pa- Pg. 15
trum vestigiis fideliter inhaerent. Constat etenim huiusmodi caeremonias plerasque inde a temporibus apostolorum per continuam successionem ad nos usque in ecclesia perseverasse. His demum retinetur honesta religiosaque disciplina, his fovetur publica tranquillitas, quae saepe rituum externorum aut immutatione aut innovatione graviter interturbatur.

68 Quid est baptismus?

Primum maximeque necessarium legis novae sacramentum, quod semel in aqua confertur, quo spiritualiter renascimur et peccatorum plena remissione percepta, in filios Dei adoptamur haeredesque vitae caelestis ascribimur.

69 Quid est confirmatio?

Est baptizatis collatum ab episcopo sacramentum, in quo per sanctum chrisma et verba

---

A **14** observata *G* **21** Christo domino] Domino nostro *AB c* 1 *d* 20 **22** instituta] sunt *add. b* 9-11 *d* 20 **25** divini] dona *b* 2.10] divina *b* 3.8.9 **26** et rite — conferunt *om. B* **37** admoneamur *c* 16-21

B **5** et cuius] quippe (cum *A*) cultus interni *AB* **6** sunt *Bf* 3-6 **7** administrantes *b* 3.8-11 *f* 9 **8** dum *om. Be* 9 **10** inhaerent] inhaerentes (inhaerendo *b* 9-11). Quarum enim est usus *B* **10** sq. etenim huiusmodi] eas *B* **12** apostolicis *B* **14** sq. retinetur — tranquillitas] Ecclesia tota (quod pulcherrimum est) honestam religiosamque disciplinam exercet ac retinet fovetque publicam tranquillitatem *B* **16** quae] qua *c* 16-21

A **2**/3 *Imag. Christi docentis add. a* 1 *c* 1 *imag. contionantis add. a* 2 **4** AUGUST. de doctr. chr. li. 3 c. 9 *PL 34*, 71 A *n.* 13 et de catech. rud. *c.* 26 *PL 40*, 344 D *sq.* — AMBROS. de sacerdot. = *de sacram. li. 4 c.* 4 *PL 16*, 439 A (458 C) *n.* 13 — Concil. FLORENTINUM MSI *31/I*, 1054 C — Concil. LATERAN. IV. MSI 22, 981/82 D *sq. c.* 1 **12** Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1054 C — Concil. CONSTANTIENSE MSI 27, 754 C *sess.* 15 — Concil. TRIDENT. MSI *33*, 52 B *sess.* 7 *can.* 1: *CTrG t. V AA* 2, 995 **21** Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1054 C-E **28** Luc. 10, 30-37

B **20** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 *Imag. baptismi add. e* 6-8 *g* 1 **30** ssq. Joh. 3, 22 Tit. 3, 5-7 Rom. 6, 3-11 Gal. 3, 27 **36** ssq. Act. 8, 14-17 19, 5 sq. Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1055 D *sq.* — Concil. AUREL. MSI *8*, 364 D *c.* 5: GR. *c.* 6 *D. 5 de cons.* — Conc. MELD. *immo Paris. VI. c.* 33 MSI *14*, 560 C *sq.*: GR. *c.* 7 *D. 5 de cons.*

sacrosancta confertur gratia et robur spiritus additur, tum ad firmiter credendum, tum ad

nomen Domini, quando sic est opus, libere confitendum.

70 Quot sunt praecipua de eucharistiae doctrina capita scitu necessaria?

Quinque: Primum est eius veritas. Alterum est panis et vini in Christi corpus et sanguinem conversio. Tertium adoratio debita. Quartum eius oblatio. Quintum et postremum eiusdem sacramenti sumptio.

71 Quae est veritas sacramenti eucharistiae?

Nimirum haec: Christum verum Deum ac hominem vere ac integre in hoc sacramento contineri et nobis adesse, ubi sacerdos rite ordinatus panem et vinum verbis illis arcanis et a Christo traditis consecrarit.

72 Quae fit conversio per verba illa, quibus hoc sacramentum sacerdos consecrat?

Ea, ut per ipsa verba operante Christo panis et vinum in corpus et sanguinem dominicum convertantur ac transsubstantientur, atque ita panis et vinum esse desinant in eucharistia.

73 Quae sacramento huic debetur adoratio? Pg. 16

Eadem sane, quae Christo domino ac aeterno Deo debetur, quippe quem illic praesentem agnoscimus. Ideoque religioso cum corporis tum animi cultu, ut par est, hoc sacramentum supplices veneramur.

74 Quare censetur hoc sacramentum oblatio?

Quia est legis novae sacrificium et oblatio

A **1** confertur] augetur *AB* **2** tum ad firmiter] cum ad firmiter *B* **13** sic est opus] sic opus est *e* 5-9 *G* **16** Quot] Quae *d* 7. 18. 19 *e* 5-9 **18** sq. Alterum est] Alterum *ABC* **19** sq. Christi — conversio] substantias invisibiles conversio *Ab* 1-8 **22** sacramenti *om. ABC* **24** sq. sacramenti eucharistiae] sacramenti *b* 1-8] huius sacramenti *b* 9-11

B **3** consecrat] conficit *B* **4** verba *om. B* **5** sq. et vinum — sanguinem] in corpus et vinum in sanguinem *AB c* 1 dominicum] Domini *b* 8-11 *c* 21 **31** Eadem sane] Sane *Ac* 1] Ea ipsa *B* **34** sq. hoc sacramentum *om. B* **35** supplices] illud *add. B*

A **3** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 *Imaginem confirmationis add. e* 6-8 **26** *Eandem imaginem add. d* 18 *Imaginem sacerdotis missam celebr. add. e* 6-8 *G* **35** ssq. Matth. 26, 26 ssq. Marc. 14, 22-24 Luc. 22, 17-20 Joh. 6, 53 ssq. 60 sq. 1 Cor. 10, 16. 17. 21 11, 23-30 Concil. Lateran. IV. Msi 22, 981/82 D *c.* 1 — Concil. Ephes. = *Cyrilli ep.* 3 *ad Nestor.* Msi *4*, 1078 A *sq. c.* 24 *n.* 7: *ACOe tom. I vol. I/1*, 37 *sq. n.* 7 — Concil. Constantiense Msi 27, 632 E *sess.* 8 *art.* 1-3

B **4** ssq. Matth. 26, 26 ssq. et loca iam citata superius **9** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 **21** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 **31** ssq. Matth. 4, 10 Apoc. 14, 7 Ps. 98, 5 94, 1-6 Hebr. 1, 6 **39** ssq. Mal. 1, 11 Dan. 12, 11 Ps. 109, 4 1 Cor. 10, 16 sq. Can. Ps. Apost. 3 et 8 Hi 27 *sq.* Fu *I*, 364-67 *can.* 2 *et* 8 Tur. *I/1*, 9. 11 — Concil. Nicaen. I *can.* 14 Msi 2, 690 C Hi 259 Tur. *I/2*, 269 — Concil. Ephes. Msi *4*, 1078 A *sq. c.* 26 *n.* 7: *ACOe tom. I vol. I/1*, 37 Matth. 26, 26-28 Hebr. 5, 1-3

munda, cruentis legis iudaicae sacrificiis incruenta succedens, quae pro vivis ac defunctis Christi fidelibus in missa offertur ac celebratur. Unde fit, ut eucharistia non solum

a fideli populo sumatur, sed etiam pro peccatis a sacerdotibus ad dominicae passionis ac mortis continuam commemorationem quotidie immoletur semperque oblata fuerit in ecclesia Dei.

75 Quid in sacramenti huius sumptione servandum?

Quod fides et autoritas sanctae matris ecclesiae docet, videlicet christiano laico sat esse, sub una specie panis totum Christum accipere; et ex hac sumptione consequi, ut qui non indigne accesserit, ingentem Dei gratiam ac aeternam quoque vitam obtineat, qui verus ac integer sacramenti huius fructus existit; eoque fit efficacior, quo saepius sacra et salutaris illa communio digne iteratur.

76 Quid est paenitentia?

Est secunda post naufragium tabula et necessarium relapsis sacramentum, in quo re-

missio peccatorum et a reis petitur et a sacerdotibus tribuitur.

77 Quot sunt partes et actiones paenitentiae?

Tres: Contritio vel dolor animi peccata sua detestantis et ad vitam meliorem adspirantis. Confessio seu peccatorum suorum coram sacerdote facta explicatio; et satisfactio denique seu vindicta punitioque criminum de seipso sumpta, ad praestandos fructus dignos paenitentiae.

78 Quid est extrema unctio?

Est sacramentum, quo aegroti per oleum

A **1** iudaicae] Mosaicae *c* 1 **4** Unde] Quo *B* **20** sq. semperque — Dei *om. B* **25** ssq. Quod — sat esse] Id scilicet ut christianus quisque non sacrificans fidem et auctoritatem sanctae matris Ecclesiae fideliter secutus sat habeat *B* **26** christiano laico] populo et christiano cuique *A* **28** sq. et ex hac — accesserit] ex qua sumptione hoc consequitur, ut non indigne accedens (accedentes *b* 5) *B* **29** accesserint *A* **30** obtineant *A* **32** ssq. eoque — iteratur *om. ABc* 1 **37** secunda] ut dicitur *add. B*

B **17** et ad — adspirantis] si melioris vitae propositum adest (adsit *b* 3. 8) *B* **20** denique *om. ABc* 1 **24** est *om. f* 10. 13. 15. 16 **38** aegroti *om. c* 1

A **5** ssq. *Imaginem Sacri missae add. d* 18 **25** Concil. CONSTANTIENSE MSI 27, 727 C-28 B — Concil. BASIL. sess. 30 MSI 29, 158 C *ssq.* Act. 2, 42 20, 7. 11 Luc. 24, 30. 31. 35 *et ibid. Ps.* CHRYSOST. in Matth. *op. imperf. ho.* 17 *PG 56*, 729 C *sq.* — THEOPHYLACTUS *PG 123*, 1120 A — BEDA *PL 92*, 628 B **37** Joh. 20, 22 sq. Jac. 5, 16 Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1057 E *sq.*

B **1** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 *Imaginem Confessionis add. e* 6-8 *G* **16** ssq. Ps. 50, 19 Jac. 5, 16 Matth. 3, 8 **25** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 *Imaginem Extremae unctionis add. e* 6-8 **38** ssq. Jac. 5, 14 sq. Concil. FLORENT. MSI *31/I*, 1058 A *ssq.*

Pg. 17 sacrum et ‖ verba Christi in magnis morbi molestiis relevantur, ut felicius ex hoc mundo demigrent et corpora etiam, si ita expedit, sanitati restituantur.

79 **Quid est ordo?**

Est sacramentum, quo sacerdotibus aliisque ministris ecclesiae potestas confertur ad ecclesiastica munia rite decenterque obeunda.

80 **Quid postremo est matrimonium?**

Sacramentum, quo vir et mulier legitime contrahentes individuam vitae societatem ineunt gratiaque divina donantur, tum ut soboles honeste et christiane suscipiatur ac edu-

cetur, tum ut foedae libidinis et incontinentiae peccatum evitetur.

81 **Estne inter sacramenta discrimen?**

Est sane; baptismus enim, confirmatio et ordo semel collata nunquam iterantur, sicuti caetera. Item baptismus necessario suscipitur ab omnibus, eucharistia a ratione utentibus et a relapsis paenitentia. Arbitrarium est autem uti reliquis, modo nullum contemnas aut irreverenter sumas, illudve cum sumendi tempus est, negligas.

A **1** sq. in — molestiis *om. AB* in — relevantur] confertur gratia, qua aegrotorum mentes infirmae curantur *c* 1 **2** relevantur] quo item mentes infirmae curantur *AB* **3** sq. et corpora — restituantur *om. AB* **4** sanitati restituantur] sanantur (sanentur *c* 5. 8) *C* **19** confertur] decernitur *ABc* 1 **20** obeunda] quo sacramento sublato necessarius Ecclesiae decor concidit, legitima ministrorum series et pulcherrima corporis Christi harmonia confunduntur *add. B*

B **13** foedae] humanae *ABc* 1 **14** evitetur] declinetur *ABC* **17** sane] varium. Ex omnibus enim tria haec *add. B* enim *om. B* **18** sq. iteratur *c* 1 iterantur — caetera] uti caetera iterantur *B* **19** Item] Iterum *f* 5. 6 baptismus — suscipitur] quaedam necessario suscipiuntur et baptismus *B* **21** ssq. Arbitrarium — autem] At est arbitrarium *AB* Arbitrarium — negligas] Alia vero sunt voluntaria, sed quae tamen sine gravi peccato non possint contemni vel neglegi ubi utiliter adhiberi possint *B* **23** sq. irreverenter — negligas] negligas in tempore *AC*] cum illud sumendi tempus est negligas *DEFGh* 1 *δ* 1 *o* 1. 4

A **8** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 *Imaginem Sacramenti Ordinationis add. e* 6-8 **18** ssq. Matth. 10, 1-7 ssq. 1 Tim. 3, 1 ssq. Tit. 3, 1 sq. = *1*, 5 Act. 13, 2-4 **23** ssq. Gen. 2, 21-24 Matth. 19, 4-8 1 Cor. 7, 2-6. 10 sq. Eph. 5, 22-33

B **4** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 *Imaginem sacramenti Matrimonii add. e* 6-8 *G*

CAPUT QUINTUM.

DE OFFICIIS IUSTITIAE CHRISTIANAE.

82 **Quot sunt officia iustitiae christianae?**

Haec duo: „Declina a malo" sive peccato „et fac bonum" sive officium iustitiae.

83 **Qui potest homo cavere peccatum et bonum facere seu praestare iustitiam?**

Non id per se quidem, sed Christi gratia

A **5** sive a peccato *c* 16-21

B **6** Non — quidem] Neutrum sane per se homo praestare potest *B* id *om. AC*

A **2**/3 *Imaginem Magdalenae paenitentis add. a* 1 *c* 1 **5** sq. Ps. 36, 27 1 Joh. 3, 7 sq. Is. 1, 16

B **6** ssq. Joh. 5, 2-9 2 Cor. 3, 5 Luc. 1, 30. 35 Rom. 8, 2. 5. 9. 11. 13-15 Tit. 3 = 2, 12

ac Spiritu instructus christianus potest ac debet, quantum huius quidem vitae status admittit, iuste vivere et legem implere.

84 **Quotuplex peccatum est?**

Duplex: Originale et actuale.

85 **Quid est originale?**

Quod ab ortu nobis congenitum per baptismum in Christo condonatur.

Pg. 18

86 **Quid actuale?**

Dictum, factum vel concupitum contra vel praeter legem Dei aut ecclesiae.

87 **Quotuplex actuale?**

Duplex: Mortale, sic dictum, quia mortem animae praesentem adfert; anima enim, quae peccaverit, ipsa morietur, et veniale, ut cui venia facile tribuitur, et sine quo ne iusti quidem vivunt.

88 **Quibus gradibus ad peccatum deducimur?**

His tribus: Suggestione, delectatione, consensu seu deliberata voluntate peccandi.

89 **Qui sunt supremi gradus peccantium?**

Eorum, qui scientes ac prudentes ex mera peccant malitia, qui etiam de peccato ipso gloriantur, et qui bene monentibus obstrepunt ac salutaria consilia prorsus contemnunt.

90 **Quare peccatum fugiendum?**

Quia dominum Deum offendit, summum bonum eripit et summum affert malum peccanti, dum divinam tollit fruitionem nunquam recuperandam et poenas aerumnasque homini accersit sempiternas.

91 **Quae dicuntur peccata capitalia?**

Illa, ex quibus veluti capitibus et fontibus omnia alia peccata proficiscuntur.

92 **Quot sunt peccata capitalia?**

Septem: Superbia, avaritia, luxuria, invidia, gula, ira, acedia.

93 **Qua ratione vitari et vinci haec peccata possunt?**

Si Iesu Christi gratiae cooperemur, peccatorum damna et pericula considerantes et virtutes septem his peccatis contrarias exercentes.

94 **Quae virtutes peccatis capitalibus adversantur?**

Hae septem: Humilitas, largitas, castitas, benignitas, temperantia, patientia, devotio seu sedula pietas.

95 **Quae peccata in Spiritum sanctum committi dicuntur?**

Ea, quae sua malitia sic divinam excludunt gratiam, ut neque in hoc saeculo, nisi aegre admodum neque in futuro remittantur.

96 **Quot sunt peccata in Spiritum sanctum?** Pg. 19

Sex: Praesumptio de misericordia Dei vel de impunitate peccati, desperatio, agnitae veritatis impugnatio, fraternae charitatis invidentia, obstinatio et impaenitentia.

97 **Quae peccata in caelum clamare dicuntur?**

Quae per se vehementer abominanda sunt et aperte humanae charitatis iura violant, unde vindictam clamare perhibentur et horrendis saepe modis in hac vita divinitus vindicantur.

A **1** sq. christianus *om. ABc*1 debet] homo *add. Ac*1 **2** sq. status admittit] fert imbecillitas *ABc*1 **3** implere] Quid est peccatum? Dictum factum vel concupitum contra legem Dei sive lex ea (ea *om. b* 5) naturalis sive scripta sit *add. AB* **8** est *om. c*1-15 *d*16.17 **12** Quid] est *add. DEf*3-17 *Gh*1 **16** Quotuplex] est *add. f*5.6 **17** ssq. Duplex — vivunt] Triplex. Originale, quod ab ortu nobis congenitum per baptismum in Christo condonatur. Mortale, sic dictum, quia mortem animae praesentem affert secundum illud (secundum illud *om. A*): „Anima (enim *add. A*) quae peccaverit, ipsa morietur" [Ez. 18,4.20], et veniale, ut cui venia facile tribuitur, sine quo ne a iustis quidem hic vivitur *AB* **18** animo *c*14.15 **20** sq. et sine] sine *C* iusti — vivunt] a iustis quidem hic vivitur *C* **30** Eorum] scilicet *add. B* **31** qui etiam] et *ABc*1] et qui etiam *c*2-21 **32** gloriantur et qui] gloriantes etiam *ABc*1 et qui bene] qui bene *c*14.15 **35** peccatum] est *add. b*9-11 **36** dominum *om. B* offendit] ideoque *add. AC*] atque hinc simul et *add. B* **38** dum] quippe *B* tollens *B* **39** homini *om. ABC* **40** accersens *B*

B **2** Illa] scilicet *add. B* **6** Septem] scilicet *add. AB* **11** ssq. Si — exercentes] Siquidem cum gratia Dei coniungas damnorum peccati meditationem et diligentem assiduamque in oppositis virtutibus exercitationem *B* gratia *f*7.8.10.12-16.20.21 Si — cooperemur] Per Jesu Christi gratiam, cui nos cooperabimur *A* **13** contrariis *f*18.19 **23** committi] esse *B* **24** Ea] nimirum *add. ABc*1 **30** Sex] quae sic numerantur *add. ABc*1 **31** peccati] item *add. AB* **38** unde] ideoque *B* **39** clamare] in sacra scriptura *add. ABC*

A **9** Rom. 6,23 Act. 2,38 **17** ssq. Eph. 2,1-3.12 sq. Jac. 1,14 sq. Ez. 18,24-26 Prov. 11,5.7.20 1 Joh. 1,10 **36** ssq. Ps. 5,7 Rom. 2 et 6 *passim*

B **11** ssq. 2 Petr. 1,10 sq. **24** ssq. Matth. 12,31 sq. **37** ssq. Gen. 18,20 sq.

98 Quot sunt peccata in caelum clamantia?

Haec quatuor: Homicidium voluntarium, peccatum sodomiticum, oppressio pauperum, viduarum atque pupillorum, demum merces operariorum defraudata.

99 Quae peccata dicuntur aliena?

Ea, quae ab aliis quidem committuntur, sed nobis interim auctoribus vel quoquo modo adiutoribus, aut saltem non impedientibus, ut idcirco nobis etiam imputentur.

100 Quot modis aliena peccata nobis imputantur?

Novem his modis: Consilio, iussione, consensu, irritatione, laudatione seu adulatione, reticentia culpae alienae, conniventia vel indulgentia, rei alienae participatione et prava facti alieni defensione.

101 Quae dicuntur opera carnis?

Ea, quae homines secundum carnem viventes et a Dei filiis spiritualibus degenerantes committere solent.

102 Quae sunt opera carnis?

Paulus ea recenset in hunc modum: „Manifesta sunt opera carnis, quae sunt: fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, rixae, dissensiones, sectae, invidiae, homicidia, ebrietates, commessationes et his similia, quae praedico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur."

Pg. 20

103 Estne satis christiano malum fugere et a peccato declinare?

Nequaquam; sed praeterea bonum agere et virtutes exercere necesse est. Alioqui scienti bonum et non facienti peccatum est illi.

104 Quid boni faciendum est christiano?

In genere quidem, quicquid boni lex naturalis, divina vel humana praecipit vel ostendit. In specie vero pro sua quisque vocatione praestare officium et acceptae Dei gratiae cooperari cum gratiarum actione debet. „Omnis enim arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur."

105 Quae sunt praecipua bonorum operum genera?

Ea, quibus ‚sobrie, iuste pieque vivitur in hoc saeculo' et per quae itidem iusti magis magisque iustificantur et ‚sancti in dies sanctificantur.'

106 Quotuplicia sunt haec operum bonorum genera?

Triplicia, utpote ieiunium, eleemosyna seu misericordia et oratio, de quibus ita legimus: „Bona est oratio cum ieiunio et eleemosyna."

107 Quis est fructus bonorum operum?

Habent ea promissionem ac mercedem huius et aeternae vitae, Deum placant, gratiam conservant et augent, denique christiani

A **10** quoquo modo] quoquo pacto *ABC* **11** sq. ut — imputentur] ac (aut *b* 11) idcirco nobis tanquam propria imputantur *b* 10. 11] idcirco nobis etiam imputantur *d* 7 **12** etiam *om. A b* 1-9 *h* 1 **20** alieni *om. ABc* 1 **23** hominis *f* 20. 21 **28** S. Paulus *d* 17. 20 **32** aemulationes] irae *add. ABc* 1 *f* 3-6. 15. 16

B **1** Alioquin *b* 9-11 **2** bonum] facere *add. B* **6** vel] et *ABC* **9** actione] quam maxime *add. B* actione] plurimum *add. A* **15** Ea] nimirum *add. B* **16** itidem] iam fide *add. AB* **17** sancti *om. c* 1 **20** sq. opera bonorum c 1 **35** Bonum *c* 4. 6. 11 **37** Quid est *c* 12. 18 Qui sunt *b* 1-3. 8-11 **38** Habent — mercedem] Qui promissionem ac mercedem habent *b* 1-3. 8-11] Quod promissionem ac mercedem habent *Ab* 4-7 *c* 1 **39** vitae] qui *add. b* 1-3. 8-11] quod *add. Ab* 4-7 placant] qui *add. b* 1-3. 8-11] quod *add. Ab* 4-7 **40** augent] qui *add. b* 1-3. 8-11] quod *add. Ab* 4-7

A **3** ssq. Gen. 4, 9-11 18, 20 sq. Ex. 22, 21-27 Jac. 5, 1-4 **9** ssq. Ps. 18, 13 sq. **28** ssq. Gal. 5, 19-21 **40** ssq. Ps. 36, 27 Is. 1, 16 Rom. 12, 17 Jac. 4, 17

B **5** ssq. 1 Cor. 7 *passim* Eph. 4, 20-32 2 Cor. 6, 3 ssq. **9** ssq. Col. 2, 7 Matth. 3, 10 7, 19 **15** sq. Tit. 2, 12 2 Cor. 7 = 5, 13 **17** Jac. 2, 24. 26 Apoc. 21 = 22, 11 **22** ssq. *Idem ornamentum add. d* 18 **33** sq. Matth. 6, 1-6. 16-19 **35** Tob. 12, 8 **38** ssq. 1 Tim. 4, 8 Matth. 20, 8 Ex. 32, 19 ssq. 30-35 Joh. 3, 21 2 Cor. 7, 1 2 Petr. 1

hominis vocationem certam faciunt atque consummant.

108 **Quid est ieiunium?**

Est certis diebus iuxta morem et praescriptum ecclesiae carnibus abstinere et saltem unica cibi refectione in die contentum vivere frugalius. Sed si generatim hoc nomen accipias, ieiunium est corporis quaedam castigatio pie suscepta, ut vel caro spiritui subiiciatur, vel obedientia exerceatur, vel Dei gratia impetretur.

109 **Quid est oratio?**

Est mentis in Deum elevatio, per quam vel mala deprecamur, vel bona nobis aliisque petimus, vel Deo benedicimus.

110 **Quid est eleemosyna seu misericordia?**

Pg. 21 Est beneficium, quo alterius miseriae ex commiserationis affectu subvenimus.

111 **Quotuplex genus est eleemosynae seu misericordiae?**

Duplex: Alia quippe sunt opera misericordiae corporalia, alia vero spiritualia, quoniam vel ad corporalem vel ad spiritualem miseriam proximi sublevandam spectant.

112 **Quot sunt opera misericordiae corporalia?**

Septem: Esurientes pascere, potum dare sitientibus, operire nudos, captivos redimere, aegrotos invisere, hospitio peregrinos suscipere, mortuos sepelire.

113 **Quot sunt opera misericordiae spiritualia?**

Sunt et ipsa septem, uti peccantes corrigere, ignorantes docere, dubitantibus recte consulere, pro salute proximi Deum orare, consolari moestos, ferre patienter iniurias, offensam remittere.

114 **Quae sunt virtutes omnium praecipuae?**

Post theologicas quidem illas, de quibus dictum est, fidem et spem et charitatem, praecipue sunt cardinales, quae christianos cum primis decent.

115 **Quae dicuntur cardinales virtutes?**

Quae tanquam fontes aliarum et cardines omnem honestae vitae rationem continent.

116 **Quot sunt virtutes cardinales?**

Quatuor: Prudentia, iustitia, temperantia, fortitudo, quibus in Christo consequitur homo, ut provide, iuste, temperate ac fortiter in omni vita degat ac placeat Deo.

117 **Quae dicuntur dona Spiritus sancti?**

Septem illa, quae super Christum requievisse Propheta testatur et quae ab ipso ceu fonte omnis gratiae, in alios derivantur: ut

A **5** sq. praescriptum] praeceptum *f* 7-10. 12-15 **6** sq. saltem] tantum *b* 8 **9** recipias *Ab* 1-8 **24** Quotuplicia sunt genera *B* **26** sq. Duplex — spiritualia] Sunt duplicis generis, corporalia scilicet et spiritualia *B* **43** Septem] quae sic recensentur *add. ABc* 1

B **5** Quot] Quae *d* 18-20 *e* 5-9 *G* **17** uti] quae sic habent *ABc* 1] *om. f* 3-6 **23** Quae] Quot *b* 4-7 *c* 9. 10 **26** sq. fidem — sunt *om. B* et spem] spem *Ac* 1 *d* 15 **27** sq. quae — decent *om. ABc* 1 **31** aliorum *b* 1-3. 8-11 cardinales *c* 16-21 **32** omnes *f* 8. 12. 14 **35** Quatuor] utpote *add. ABc* 1 temperantia] et *add. b* 8-11 *d* 20 **38** degat — Deo] Deo gratus degat *B*

A **5** ssq. Concil. MOGUNT. c. 35 MSI *14*, 73 AB: *MG. LL. s. III t. II/1*, 269: GR. *c.* 2 *D. 76* — Concil. BRACCAR. II. *(al. III)* c. 9 MSI *9*, 840 D *ssq.* **15** ssq. JOH. DAMASC. Orthod. fidei li. 3 c. 24 *PG 94*, 1089 D **20**/21 *Eandem imaginem add. d* 18 **43** ssq. Matth. 25, 34-46 GR *c.* 1, 2 *D.* 45 = *42 et c.* 21 D. 86

B **17** ssq. 1 Thess. 5, 14 sq. Jac. 5, 16 Rom. 15, 1-3 Matth. 6, 14 sq. 18, 21. 22. 35 **31** AMBROS. li. 1 Offic. *c.* 24 *PL 16*, 57 B (62 A) *n.* 115 **35** *Ps.* AUGUST. de Spiritu et anima c. 20 *PL 40*, 794 C Sap. 8, 7 Tit. 2, 2. 4 sq. **41** ssq. Is. 11, 2 sq. 1 Joh. 2 = *4*, 13

donum sapientiae, donum intellectus, consilii, scientiae, fortitudinis, pietatis ac timoris Domini.

Pg. 22 *118* **Quaenam illa, quae fructus Spiritus vocantur?**

Ea, quae pii secundum spiritum viventes operantur, et per quae spirituales a carnalibus dignoscuntur.

119 **Qui sunt fructus Spiritus?**

A Paulo apostolo sic numerantur: „Charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas."

120 **Quae dicuntur beatitudines evangelicae?**

Illae, propter quas in evangelio etiam hi, qui miseri prorsus ac infelices mundo videntur, beati ac felices pronuntiantur.

121 **Quot sunt evangelicae beatitudines?**

Octo, quas ita Christus in monte tradidit:

I.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.

II.

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

III.

Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

IIII.

Beati, qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

V.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

VI.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

VII.

Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.

VIII.

Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.

122 **Quae dicuntur evangelica consilia?** Pg. 23

Videlicet quae per evangelium non tanquam ad salutem necessaria, sed veluti suscipientibus magis expedita atque utilia a Christo non praecipiente quidem sed consulente proponuntur.

123 **Quot sunt evangelica consilia?**

Principalia tria sunt, nimirum paupertas voluntaria, castitas perpetua et oboedientia integra, quae propter Deum homini religiose exhibetur.

124 **Quae hominis novissima dicuntur?**

Ea, quae homini ad extremum accidunt, ut mors, iudicium, infernus et caelestis gloria, de quibus ita docet Sapiens: „In omnibus operibus tuis memorare novissima tua et in aeternum non peccabis."

FINIS.

A **5** quae *om. e* 5-8 **6** Spiritus] sancti *add. g* 1. 2 **8** carnalibus] cardinalibus *c* 12. 18-20] Cardinalibus *b* 2 *c* 16. 17. 21 **11** Qui] Quot *f* 15. 16 **12** Paulo] S. Paulo *d* 17. 20 enumerantur *d* 18-20 *e* 5-9 *f* 16 *G* **19** ssq. Illae — pronuntiantur] Octo illae, quas Christus Dominus in evangelio sacro edocuit ad hunc modum *c* 1 in evangelio] evangelio *Ab* 4. 5 **20** mundo *om. BCDEFGh* 1 *d* 1 *o* 1. 4 **23** ssq. Quot — tradidit *om. c* 1 **25** quas — tradidit] quae sic nobis Christi ore traduntur *AB* **32** ipsi *om. c* 1 **35** saturabuntur] consolabuntur *f* 3-6 **40** mundi *d* 16. 17 *e* 6 *f* 20. 21 *G*

B **9** Videlicet] Ea videlicet *b* 9-11 **19** exhibentur *f* 18. 19 **24** docet] dixit *ABC*

A **7** ssq. Rom. 8, 9 **12** ssq. Gal. 5, 22 sq. **25** ssq. Matth. 5, 3-10 Luc. 6, 20

B **9** Matth. 19, 21 **16** Act. 4, 32. 34 **17** Matth. 19, 12

Pg. 24

TESTIMONIA SCRIPTURAE SACRAE [1]

contra haereticos in promptu semper habenda.

„Si difficile et ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem et sanguinem, causam et causam, lepram et non lepram et iudicum intra portas tuas videris verba variari, surge et ascende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus veniesque ad sacerdotes levitici generis et ad iudicem, qui fuerit illo tempore quaeresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem et facies quodcunque dixerint, qui praesunt loco, quem elegerit Dominus et docuerint te iuxta legem eius sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram."

„Qui superbierit, nolens oboedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, et auferes malum de Israel cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia."

„Interroga patrem tuum et annuntiabit tibi, maiores tuos, et dicent tibi."

„Haec dicit Dominus: State super vias et videte et interrogate de semitis antiquis, quae
Pg. 25 sit via bona ‖ et ambulate in ea, et invenietis refrigerium animabus vestris."

„Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est."

„Audi fili mi disciplinam patris tui et ne dimittas legem matris tuae, ut addatur gratia capiti tuo et torques collo tuo."

„Conserva fili mi praecepta patris tui et ne dimittas legem matris tuae, liga eam in corde tuo iugiter et circumda gutturi tuo."

„Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui."

„Non te praetereat narratio seniorum; ipsi enim didicerunt a patribus suis. Ab ipsis disces intellectum et in tempore necessitatis dare responsum."

„Videte, ne quis vos seducat; surgent enim multi pseudoprophetae et seducent multos. Tunc, si quis vobis dixerit: ecce hic est Christus aut ecce illic, nolite credere; et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Si ergo dixerint vobis: ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere."

„Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit; qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me."

„Omnia ergo, quaecunque dixerint vobis, Pg. 26
servate et facite, secundum opera vero illorum nolite facere. Dicunt enim et non faciunt."

„Et ego dico tibi: Quia tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et portae inferi non praevalebunt adversus eam; et tibi dabo claves regni caelorum, et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis, et quodcunque solveris super terram, erit solutum et in caelis."

„Simon, ecce satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum; ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua."

„Simon Ioannis diligis me? Pasce agnos meos, pasce oves meas."

„Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi."

„Ego rogabo Patrem et alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum."

A **26** ssq. Qui — superbia *om. c* 1-9.11-21 *h* 1 **38** ssq. Labia — est *om. c* 1-9.11-21 *h* 1
B **7** ssq. Non te — responsum *om. c* 1 **40** ssq. Ego — ad vos *om. Ch* 1

A **3** ssq. *Eandem imaginem add. d* 18 **13** ssq. Deut. 17,8-11 **26** ssq. Ibid. 12 sq. **32** sq. Deut. 32,7 **34** ssq. Jer. 6, 16 **38** ssq. Mal. 2,7 **41** ssq. Prov. 1,8 sq. **44** ssq. Prov. 6,20 sq.
B **5** sq. Prov. 22,28 **7** ssq. Eccli. 8,11 sq. **11** ssq. Matth. 24,4.11.23-26 **20** ssq. Luc. 10,16 **23** ssq. Matth. 23,3 **26** ssq. Matth. 16,18 sq. **33** ssq. Luc. 22,31 sq. **36** sq. Joh. 21,16 sq. **38** sq. Matth. 28,20 **40** ssq. Joh. 14, 16 sq.

[1] *Haec testimonia in aliquibus editionibus plane omittuntur; cfr. bibliographiam in Proleg. VIII.*

„Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos; paracletus autem, Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia, quaecunque dixero vobis."

Pg. 27 „Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem."

„Non pro eis rogo tantum, sed et pro eis, qui crediturі sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint."

„Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus."

„Fuerunt vero et pseudoprophetae in populo, sicut et in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, qui in errore conversantur, libertatem illis promittentes, cum ipsi servi sint corruptionis."

„Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes."

„Hoc est mandatum, ut quemadmodum audivistis ab initio in eo ambuletis, quoniam multi seductores exierunt in mundum. - Omnis, qui recedit et non permanet in doctrina Christi, Deum non habet."

„Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum nec Ave ei dixeritis.

Pg. 28 Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus."

„Rogo autem vos fratres, ut observetis eos, qui dissensiones et offendicula praeter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt et declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino non serviunt, sed suo ventri et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium."

„Denuntiamus autem vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis."

„Itaque fratres state et tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram."

„Oportet haereses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant in vobis."

„Haereticum hominem post unam et secundam correptionem devita, sciens, quia subversus est, qui eiusmodi est et delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus."

„Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia Dei."

„Haec tibi scribo...., ut scias, quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quae est ecclesia Dei vivi, co- ‖ lumna et firmamen- Pg. 29
tum veritatis."

„Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci. Oboedite praepositis vestris et subiacete eis."

„O Timothee, depositum custodi, devitans prophanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam profitentes circa fidem exciderunt."

„Miror, quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud evangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant et volunt convertere evangelium Christi. Sed licet nos aut angelus de caelo evangelizet vobis praeterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit."

„Vos autem charissimi, memores estote verborum, quae praedicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt, qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Hi sunt murmuratores querulosi, secundum desideria sua ambulantes, et os eorum loquitur superbiam."

A **6** ssq. Adhuc — in nobis unum sint *om. c* 1-9. 11-21 *h* 1 **7** ssq. Cum — in nobis unum sint *om. c* 10 **31** ssq. Si quis — dixeritis *om. Ch* 1

B **27** exciderunt] Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum nec Ave (Avete *c* 10) ei dixeritis *add. C* **28** ssq. Miror — anathema sit *om. Ch* 1

A **1** ssq. 14, 18. 26 **6** ssq. Joh. 16, 12 sq. **10** ssq. Joh. 17, 20 sq. **14** sq. Matth. 18, 17 **16** ssq. 2 Petr. 2, 1. 2. 18 sq. **23** ssq. Ibid. 3, 3 **26** ssq. 2 Joh. 1, 6 sq. 9 **31** ssq. Ibid. 10 **33** ssq. 2 Tim. 4, 3 **37** ssq. Rom. 16, 17 sq. **44** ssq. 2 Thess. 2 = 3, 6

B **5** ssq. 2 Thess. 2, 14 **8** sq. 1 Cor. 11, 19 **10** ssq. Tit. 3, 10 sq. **14** ssq. 1 Cor. 11, 16 **17** ssq. 1 Tim. 3, 14 sq. **21** ssq. Hebr. 13, 9. 17 **24** ssq. 1 Tim. 6, 20 sq. **28** ssq. Gal. 1. 6-8 **35** ssq. Judas 17-19. 16

Pg. 30

B. AUGUSTINI SENTENTIAE TRES NOTATU DIGNISSIMAE.

I. Firmissime tene et nullatenus dubites non solum omnes paganos, sed etiam Iudaeos, haereticos atque schismaticos, qui extra ecclesiam catholicam praesentem finiunt vitam, in ignem aeternum ituros, qui paratus est diabolo et angelis eius.

II. Firmissime tene et nullatenus dubites quemlibet haereticum sive schismaticum in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizatum, si ecclesiae catholicae non fuerit aggregatus, quantascunque eleemosynas fecerit, etsi pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse salvari. Omni enim homini, qui Ecclesiae catholicae non tenet unitatem, neque baptismus, neque eleemosyna quamlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepta proficere potest ad salutem, quamdiu in eo haeretica vel schismatica pravitas perseverat, quae ducit ad mortem.

III. Firmissime tene et nullatenus dubites non omnes, qui intra ecclesiam catholicam baptizantur, accepturos esse vitam aeternam, sed eos, qui percepto baptismate recte vivunt, id est, qui abstinuerunt se a vitiis et concupiscentiis carnis. Re- ‖ gnum enim caelorum, Pg. 31 sicut infideles, haeretici atque schismatici non habebunt, sic catholici criminosi possidere non poterunt.

Sit nomen Domini benedictum
in saecula. Amen.

A 1ssq. *Ps.* AUGUST. lib. de fide ad Petrum c. 38-40 *PL 40*, 776 C sq.

CATECHISMUS MINIMUS

1556-1568

A 1r

PRINCIPIA
GRAMMATICES,

Libellus planè nouus, & ad eius artis rudimenta plenè tum tradenda, tum percipienda, ut nullius ferè aluis, maximè commodus iuuentuti.

INGOLSTADII APVD
Alexandrum & Samuelem
VVeyssenhornios.

1556

G 8r

SUMMA DOCTRINAE CHRISTIANAE

PER QUAESTIONES TRADITA ET AD CAPTUM RUDIORUM ACCOM[M]ODATA.

CAPUT PRIMUM.

DE FIDE ET SYMBOLO FIDEI.

1 Quis dicendus est christianus?

Qui Iesu Christi veri Dei et hominis salutarem doctrinam in eius ecclesia profitetur.

2 Quo compendio Christi doctrinam licet complecti?

Ita nimirum, si christianus ea norit et observet, quae tum ad sapientiam tum ad iustitiam spectant.

3 Quaenam illa?

Ad sapientiam spectant fides, spes, charitas, virtutes tres theologicae. Ad iustitiam vero pertinent duo: declinare malum et bonum operari.

4 Cur primum de fide traditur in doctrina christiana?

Fides enim lumen est animae, ostium vitae et fundamentum salutis aeternae.

5 Quid fidei nomine intelligitur?

Fides est „donum Dei," quo illustratus homo firmiter adhaeret atque assentitur iis, quae divinitus revelantur; et haec propria fidei natura est, ut captivet hominis intellectum in
[G 8v] obsequium Christi divinaeque veritatis, praesertim in his certo statuendis, quae sensum et rationem excedunt humanam, ut cum audis Deum esse trinum et unum, Filium Dei factum fuisse hominem, mortuos omnes olim revicturos.

6 Quae simplex fidei regula et veluti summa est?

Symbolum apostolorum constans articulis duodecim, velut etiam duodecim apostoli christianae fidei fundatores extiterunt.

7 Qui sunt symboli huius articuli?

I. Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem caeli et terrae.
II. Et in Iesum Christum Filium eius unicum, dominum nostrum.
III. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine.
IIII. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus.
V. Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis.
VI. Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.
VII. Inde venturus est iudicare vivos et mortuos.
VIII. Credo in Spiritum sanctum.
IX. Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem.
X. Remissionem peccatorum.
XI. Carnis resurrectionem.
XII. Et vitam aeternam. Amen.

8 Quae est summa omnium symboli articulorum?

Videlicet ut christianus corde credat et ore confiteatur dominum Deum et unum in essentia et trinum in personis esse: Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Huic sanctissimae simul et in- ‖ dividuae Trinitati, a H 1r
qua et ad quam omnia, tres symboli praecipuae partes respondent: prima de creatione, secunda de redemptione, tertia de sanctificatione. Deus Pater conditor universorum; Deus Filius redemptor hominum, Deus Spiritus sanctus ecclesiae seu Christi fidelium sanctificator, custos et rector.

9 Quid est de ecclesia sentiendum?

Primo hanc esse unam in fide fideique doctrina et administratione sacramentorum.

Secundo esse sanctam, quia tum a capite suo Christo sanctificatur tum a Spiritu sancto usque gubernatur.

Tertio esse catholicam seu universalem, quae toto orbe diffusa ad Christi fideles omnes extendatur.

Quarto esse in eadem ecclesia sanctorum communionem, id est eorum, qui Deum hic

A **27** Eph. 2,8 Hebr. 11,1 **44**ssq. *Notae numerorum* I-XII *desunt in* φ2

colunt in unitate fidei atque doctrinae, in legitimo usu sacramentorum, in iustitia et sanctitate, in communicatione omnium bonorum operum ac meritorum.

10 Quid vero de iis credendum, qui non adhaerent ecclesiae?

Hi nullam habent partem in regno Dei veluti Iudaei, ethnici, Turcae, haeretici et qui per ecclesiae praepositos excommunicantur. Certa est enim CYPRIANI et AUGUSTINI regula: Non habebit Deum patrem, qui ecclesiam noluerit habere matrem. Adeo extra ecclesiae communionem, sicut extra Noë arcam nulla omnino salus mortalibus, non remissio peccatorum, non vita aeterna, sed neque carnis ‖ etiam resurrectio, nisi ad gehennam contingit. [H 1v]

11 Estne satis christiano ea credere, quae complectitur symbolum?

Non sane, quia fides christiana non tantum circa isthaec, quae symbolo expressa sunt, sed etiam in universum circa illa versatur, quae divinae scripturae libris omnibus continentur; deinde quae partim ex symboli articulis, partim ex scripturis sacris veluti fontibus rite deducuntur; postremo, quae ad fidem spectare testatur ac docet per ecclesiam Spiritus sanctus. „Si quis autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus" inquit evangelium.

B **1** sq. nisi — contingit] contingit nisi ad gehennam φ 2.3 **7** sq. isthaec — versatur] ista, quae sunt expresse quidem cuique profitenda versatur, sed praeterea in universum ea credi postulat φ 2.3

A **11** ssq. CYPRIAN. *de simpl. praelat. PL 4*, 503 A (519 A) *n.* 6: *CV 3/I*, 214 — *Ps.* AUGUST. *de symb. ad catech. li. 4 c.* 13 *PL 40*, 668 C

B **14** ssq. *Matth. 18*, 17

CAPUT SECUNDUM.

DE SPE ET ORATIONE DOMINICA.

12 Quid est spes?

Virtus est divinitus infusa, per quam certa cum fiducia nostrae salutis et aeternae vitae bona expectantur.

13 Unde spes haec et expectatio tantorum bonorum comparatur?

Primum ex magnitudine gratiae per Christum nobis partae et exhibitae; deinde vero ex testimonio nostrae conscientiae ac voluntatis bonae, qua Dei gratiae cooperamur ‚certam facientes (ut b. Petrus monet) vocationem et electionem' nostram per opera bona.

H 2r *14* Num sola aeternae vitae bona a Deo expectanda et speranda sunt?

Praecipue quidem illa tum quaecunque nobis oratio dominica proponit.

15 Quid oratio dominica continet ac docet?

Formam absolutam tradit tum precandi tum sperandi ea, quae ad bonorum consequutionem ac malorum depulsionem spectant, sed et modum ordinemque praescribit, quem in sperando et petendo semper [observare debemus].

16 Quot sunt orationis dominicae partes?

Septem in hunc modum a Christo traditae:

I. „Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum.
II. Adveniat regnum tuum.
III. Fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra.
IIII. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
V. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
VI. Et ne nos inducas in tentationem.
VII. Sed libera nos a malo. Amen."

17 Quae hic bona sperare ac petere docemur?

Primum divinae maiestatis gloriam; se-

A **6** expectamus φ 2.3 **13** b. *om.* φ 2.3 **14** opera *om.* φ 3 **16** ssq. Num — proponit *om.* φ 2.3 **20** ssq. Quid — debemus] Quis verus est modus et ordo rerum sperandarum? Eum oratio dominica proponit ac docet formam absolutam non modo precandi, sed etiam sperandi, quae ad bonorum consequutionem et malorum depulsionem spectant. φ 2.3

B **10** ssq. *Notae numerorum* I-VII *desunt in* φ 2.3

A **12** ssq. *2 Petr. 1*, 10

B **10** ssq. *Matth, 6*, 9-13 *Luc. 11*, 2 *ssq.*

cundo felicitatem nostram; tertio debitam Deo obedientiam ac demum necessariam corpori animaeque sustentationem. Haec summa est priorum quatuor partium dominicae precationis.

18 Quae porro mala per spem et orationem monemur avertere?

Initio quidem peccata, quibus nullum malum nocentius; tum tentationes ad peccandum pertrahentes, quae magnum saepe periculum adferunt ac praeterea calamitates huius et futurae vitae, ne his a gratia et gloria Dei unquam abducamur.

19 Cur Deiparam virginem salutamus? [H 2v]

Id facimus primum evangelicis verbis et exemplis permoti, deinde usu et consensu ecclesiae perpetuo confirmati atque insuper sacrosanctae Virginis et dominicae incarnationis digna grataque memoria provocati.

B **6** *Luc. 1,28.42*

CAPUT TERTIUM.

DE CHARITATE ET DECALOGO.

20 Quid est charitas?

Sincera dilectio, qua Deus propter se diligitur et proximus propter Deum.

21 Quae sunt charitatis praecepta summaria?

„Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et ex omnibus viribus tuis. Hoc est primum et maximum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis (inquit Christus) universa lex pendet et prophetae." Accedunt autem mandata decalogi et duabus in tabulis Dei digito praescribuntur, ut quae ad geminam Dei proximique charitatem spectant, ea in hoc ipso decalogo velut clarissimo speculo cuncti subinde contemplentur.

22 Quo pacto recensentur mandata decalogi?

Ita in Exodo legimus:

H 3r „Ego sum dominus Deus tuus."

1. ‚Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, ut adores illud.'
2. „Non assumes nomen domini Dei tui in vanum."
3. „Memento, ut diem sabbati sanctifices."
4. „Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi."
5. „Non occides."
6. „Non moechaberis."
7. „Non furtum facies."
8. „Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium."
9. ‚Non concupisces uxorem proximi tui.'
10. ‚Non domum, non agrum, non ancillam, non bovem, non asinum et universa, quae illius sunt.'

23 Quae est summa et finis mandatorum decalogi?

Videlicet ut Deus et proximus sincere diligatur, quare duabus etiam tabulis decalogi mandata distincte proponuntur, ut in priore quidem tabula, quae ad charitatem Dei, in secunda, quae ad charitatem proximi spectant, decenti ordine accipiamus.

24 Quomodo charitas Dei mandatis primae tabulae commonstratur?

Etenim tria priora mandata, quae sunt primae tabulae, sustollunt ac prohibent vitia,

A **18** sq. perscribuntur φ2.3 **19** sq. ad geminam — ea] sint verae charitatis φ2.3

B **18** et finis *om.* φ2.3 **20** ssq. Videlicet — accipiamus] ‚Finis legis est charitas' inquit Apostolus *(Rom. 13,10)*. Et alibi: „Finis praecepti est charitas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta." *(1 Tim. 1,5)* Distinguit autem decalogus duabus tabulis omnia mandata, ut in prima, quae ad charitatem Dei, in secunda, quae ad charitatem proximi spectant, decenti ordine accipiamus. φ2

A **10** ssq. *Matth. 22,37-40 Luc. 10,27* **26** ssq. *Ex. 20,2-17*

quae cultui et charitati Dei maxime adversantur, ut sunt idolatria [!], blasphemia, periurium. Tum ex adverso statuunt ac praescribunt verum ac purum Dei cultum fideliter
[H 3v] sci- ‖ licet ac reverenter in corde, ore et opere exhibendum, ut ita sincere solus Deus in omnibus et super omnia glorificetur et ametur.

25 **Quomodo charitas proximi mandatis secundae tabulae commendatur?**

Eo ipso, quod posteriora septem, quae secundae tabulae mandata dicuntur, nostrum erga proximum officium explicant, ut videlicet non solum maiores honoremus, sed etiam opere, verbis ac voluntate prodesse omnibus et nocere nemini studeamus in corpore, in persona coniuncta, in fortunis. Summa est: ‹Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.'- „Omnia vero, quaecunque vultis, ut faciant vobis homines, ita et vos facite illis."

DE PRAECEPTIS ECCLESIAE.

26 **Suntne praeter decalogum alia praecepta christianis observanda?**

Sunt utique, cum Christus in universum praeceperit, quae ad obedientiam apostolicis et ecclesiasticis mandatis praestandam spectant.

H 4r *27* **Quae sunt praecepta ecclesiae?**

Praecipua quinque numerantur, quae cuique christiano et scitu et observatu sunt necessaria, ut

1. Statutos ecclesiae festos dies celebrato.
2. Sacrum missae officium diebus festis reverenter audito.
3. Ieiunia certis diebus temporibusque indicta observato, ut in Quadragesima, quatuor anni temporibus et festorum quorundam solemnium pridianis diebus, quas appellant Vigilias.
4. Peccata tua sacerdoti proprio annis singulis confitetor.
5. Sacrosanctam eucharistiam ad minimum semel in anno idque circa festum Paschae sumito.

28 **Cur eiusmodi tum instituta tum praecepta ecclesiae magnifacienda et diligenter observanda sunt?**

Scriptum est enim: „Audi, fili mi, disciplinam patris tui et ne dimittas legem matris tuae." Tum rursus: „Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui."- „Si quis autem vult contentiosus esse" inquit Apostolus „nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia Dei" quam ‹qui non audit, velut ethnicus ac publicanus habendus est' ex Christi sententia.

29 **Quid est ecclesia?**

Ecclesia est omnium Christi fidem atque doctrinam profitentium universitas,quam princeps ille pastorum tum Petro apostolo tum huius successoribus pascendam tradidit atque gubernandam.

A **2** idololatria φ 2.3 plasphemia φ 2.3
B **1** ssq. *Notae numerorum* 1-5 *desunt in* φ 2.3 **12** in anno] anno φ 2.3 **23** Apostolus] Paulus φ 2.3

A **18** *Tob. 4,16* **19** sq. *Matth. 7,12 Luc. 6,31*
B **18** ssq. *Prov. 1,8* **20** sq. *Prov. 22,28* **22** ssq. *1 Cor. 11,16* **24** sq. *Matth. 18,17*

CAPUT QUARTUM.

DE SACRAMENTIS.

[H 4v] *30* **Cur de sacramentis docendi sunt christiani?**

Quia sacramentorum cognitio et usus facit, ut christiani accepta ex Iesu Christi meritis gratia, quae per sacramenta ipsa confertur, legitime exerceantur, conserventur atque promoveantur in divino cultu.

31 **Quid est sacramentum?**

Est divinae et invisibilis gratiae externum et visibile signum divinitus institutum, ut in eo quis Dei gratiam accipiat atque sanctificationem. Ut, cum in sacro fonte abluitur infans aqua, signum hoc est efficax infantis animam intus ablui, id est purificari atque sanctificari.

32 **Quot sunt sacramenta?**

Septem, videlicet: baptismus, confirmatio, eucharistia, poenitentia, extrema unctio, ordo

et matrimonium. Quem numerum nobis tradit atque commendat autoritas ecclesiae sacrosanctae, quae horum Dei mysteriorum fida semper est dispensatrix.

33 Quid est de baptismo sentiendum?

Videlicet hoc sacramentum esse primum et aeque pueris ac adultis maxime necessarium nec unquam iterandum, quo intus quidem homo abluitur, sanctificatur, iustificatur ac totus in Christo regeneratur.

34 Quid sentiendum est de confirmatione?

Sacrum et hoc esse sacramentum, quod
H 5r baptizatis ‖ ad robur et augmentum gratiae confertur ab episcopis, addita sacri chrismatis inunctione. Ea signum est efficax interioris unctionis, quae in hoc sacramento datur et accipitur.

35 Quid de eucharistia?

Plane summum et sacratissimum hoc sacramentum existit, in quo sub speciebus panis et vini verum corpus verusque sanguis Christi integre continetur, merito adoratur et sancte passim offertur. Cum autem a populo sumitur, sub unica specie panis recte sumitur et prodest ad salutem aeternam non indigne sumenti.

36 Quid credendum de poenitentiae sacramento?

Remedium hoc relapsis a Deo necessarium esse, quo per sacerdotem Deo reconcilientur. Constat autem hisce partibus: contritione, confessione et satisfactione.

37 Quid sentiendum de sacramento extremae unctionis?

Oleum hic sacrum adhiberi, per quod divina virtus applicetur ad salutem aegrotis, praesertim in gravibus et periculosis infirmitatibus.

38 Quid credendum de ordinis sacramento?

Videlicet gradus esse ministrorum ecclesiae, quibus gratia in hoc sacramento ac potestas spiritualis confertur, ut illi, quae ad ordinum suorum functiones proprias pertinent, rite et cum autoritate quadam exequantur.

39 Quid postremo de matrimonio? [H 5v]

Sacramentum hoc recte dicitur inter christianos coniuges idque firmum est prorsus in omni vita ac indissolubile; quod confert partim ad christianae gentis propagationem, partim ad humanae incontinentiae devitationem. — Nunc de iustitia christiana.

B **3** ssq. Remedium — satisfactione] Videlicet in eo sacerdotalem potestatem prodesse ad absolvenda cuiusvis peccata, quorum in corde contritio, in ore confessio et in opere satisfactio, si adhiberi commode potest, non negligatur. φ2.3 **21** exequamur φ2-3 **25** recte dicitur φ2.3 **26** idque firmum est] eosque duos tantum celebratur firmum φ2.3

CAPUT QUINTUM.

DE PECCATIS DEVITANDIS.

40 Quaenam pertinent ad iustitiam christianam?

Summatim duo, quae his verbis continentur: „Declina a malo et fac bonum." Prius est in cognoscendis fugiendisque peccatis positum; posterius in bonis expetendis atque consectandis versatur.

41 Quid est peccatum?

Augustino teste peccatum voluntas est retinendi vel consequendi, quod iustitia vetat et unde liberum est abstinere.

42 Quare peccatum est fugiendum?

„Anima enim, quae peccaverit, ipsa morie-

A **6** Summatum φ2.3

A **7** *Ps. 36,27*
B **5** Augustin. *de duabus animabus c.* 11 *PL 42,* 105A *n.* 15: *CV 25/1,* 70 *et Retract. li. 1 c.* 15 *PL 32,* 609D *n.* 4 *CV 36,*75 **10** *Ez. 18,*4

tur" et multa flagella peccatoris in hac scilicet et futura vita. „Cave" igitur, inquit Tobias, „ne aliquando peccato consentias et praetermittas praecepta domini Dei nostri."

43 Quibus gradibus ad peccatum pervenitur?

Videlicet suggestione, delectatione atque consensu. Quare scriptum est: „Post concupiscentias tuas non eas et a voluntate tua avertere. Si praestes animae tuae concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis."

H 6[r]

44 Quot sunt peccata capitalia?

Septem, quae sic numerantur: superbia, avaritia, luxuria, invidia, gula, ira, accedia. Adversus has pestes ac veluti fontes omnium vitiorum cuique pugnandum est tum danda opera, ut virtutes illis contrariae exerceantur. Cuiusmodi sunt: humilitas, liberalitas, castitas, charitas, abstinentia, patientia, devotio seu sedula pietas.

45 Quot sunt peccata in Spiritum sanctum?

Sex, quae numerari solent in hunc modum: praesumptio de misericordia Dei vel de impunitate peccati, desperatio, agnitae veritatis impugnatio, fraternae charitatis invidentia, obstinatio et impoenitentia. Cuiusmodi peccata aut nunquam aut aegre admodum homini remittuntur, quod in his gratia Dei ex malitia contemptim abiiciatur.

46 Quot sunt peccata in caelum clamantia?

Quatuor, utpote homicidium voluntarium, peccatum sodomiticum, oppressio pauperum et merces operariorum defraudata. Quae in caelum quasi clamare videantur, sic iram et ultionem iustam Dei insigniter accersunt iis, a quibus committuntur.

47 Quomodo aliena peccata in nos redundant?

Cum ab aliis inique gesta nos, ut ita fiant, novem hisce modis committimus: consilio, iussione, consensu, irritatione, laudatione seu adulatione, reticentia culpae alienae, connivent ia vel indulgentia, participatione criminis ac prava defensione.

48 Quorsum attinet peccatorum species nosse ac distinguere?

[H 6[v]]

Nimirum ut eo rectius vitetur et expietur malum cognitum utque mundent se christiani ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Ita fit demum, ut illi peccatis mortui, iustitiae vivant et in bene agendo magis magisque promoveantur.

A **19** sq. tum danda opere φ2.3
B **29** demum *om.* φ2 demum, ut *om.* φ3 **30** in bene] bene φ2.3

A **2** ssq. *Tob. 4,6* **9** ssq. *Eccli. 18,30 sq.*

CAPUT SEXTUM.

DE BONIS CONSECTANDIS.

49 Quot sunt genera bonorum operum, in quibus iustitia christiana cernitur et exercetur?

Triplicia sunt, ut ieiunium, eleemosyna et oratio, quibus Christo iuvante perficitur, ut „sobrie, iuste et pie vivamus in hoc saeculo" providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.

50 Quis fructus bonorum operum?

Bonorum operum gloriosus est fructus. „Ex operibus enim iustificatur homo et non ex fide tantum." - „Qui facit iustitiam, iustus est; qui facit peccatum, ex diabolo est." - „Ibunt iusti in vitam aeternam" et „coronam mercedemque iustitiae" consequentur, ut divina scriptura testatur.

A **6** eleemozina φ2.3 *B* **6** fide φ3 et fide φ2 **9** sq. ut — testatur *om.* φ2.3

A **8** sq. *Tit. 2,12*
B **5** sq. *Jac. 2,24* **6** sq. *1 Joh. 3,7 sq.* **8** sq. *Matth. 25,46* *2 Tim. 4,8*

51 Quotuplicia sunt opera misericordiae?

Duplicia: corporalia et spiritualia. Corporalia septem ita numerantur: esurientes pascere, potum dare sitientibus, operire nudos, captivos redimere, aegrotos invisere, hospitio peregrinos suscipere, mortuos sepelire.

H 7r

52 Quot sunt opera misericordiae spiritualia?

Septem et illa numerantur ut: peccantes corrigere, ignorantes docere, dubitantibus recte consulere, pro salute proximi Deum orare, consolari moestos, ferre patienter iniurias, offensam remittere.

53 Quot sunt virtutes cardinales?

Quatuor: prudentia, iustitia, temperantia, fortitudo, quae sunt aliarum virtutum tanquam fontes et cardines et in quibus omnis honestae vitae ratio versatur.

54 Quot sunt dona Spiritus sancti?

Septem, videlicet: donum sapientiae, intellectus, consilii, fortitudinis, scientiae, pietatis ac timoris Domini. Haec septiformis est gratia Spiritus, quae praestat, ut credentes Christi spiritu agitati atque confirmati in via mandatorum Dei indefesse procurrant.

55 Quot sunt fructus Spiritus?

Duodecim numerantur ut: charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Cuiusmodi fructus nos veluti frugiferas arbores in ecclesiae agro commendant ostenduntque.

56 Quot sunt evangelicae legis beatitudines?

Octo sic in monte a Christo traditae:

I. „Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.

II. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

III. Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabun- ‖ tur. [H 7v]

IIII. Beati, qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

V. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

VI. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

VII. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.

VIII. Beati, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum."

57 Quot sunt evangelica consilia?

Principalia sunt tria: paupertas, castitas et obedientia, quae quidem ad normam vitae Christi et evangelicae perfectionis exprimendam non praecipiuntur, sed consuluntur fidelibus sponteque suscipiuntur. Hinc illud: „Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quae habes et da pauperibus et habebis thesaurum in caelo."

58 Qui possunt isthaec omnia praestari?

Omnipotenti gratia Iesu Christi domini nostri, quam humiliter petere et acceptam grati conservare ac sedulo exercitare debemus, praesertim huc adhibita frequenti meditatione quatuor hominis novissimorum.

59 Quae dicuntur quatuor hominis novissima?

Haec videlicet: mors, iudicium, infernus et regnum caelorum, de quibus ita scriptum est: „In omnibus operibus tuis memorare novissima tua et in aeternum non peccabis."

FINIS.

A **29** procurant φ 2.3 **42** ssq. *Notae numerorum* I-VIII *desunt in* φ 2.3
B **23** perfectius φ 3 **30** gratiam φ 3

A **42** ssq. *Matth. 5,3-10* *B* **22** ssq. *Matth. 19,21* **39** *Eccli. 7,40*

CATECHISMUS

IMAGINIBUS ORNATUS

EX OFFICINA

CHRISTOPHORI PLANTINI

1589

INSTITVTIONES CHRISTIANÆ, seu PARVVS CATECHISMVS CATHOLICORVM,

Præcipua Christianæ pietatis capita complectens:

PRIMVM quidem à P. IOANNE BAPTISTA Romano, Societatis Iesu, in rudiorum & idiotarum gratiam, iuxta SS. Concilij Tridentini decretum sess. 25. imaginibus distinctus, nunc verò æreis formis ad D. PETRI CANISII, Societatis Iesu, Institutiones eleganter expressius.

ANTVERPIÆ,
Excudebat Christophorus Plantinus, Architypographus Regius, sibi & Philippo Gallæo.
M. D. LXXXIX.

CATHOLICO LECTORI.

Christianos omnes ad praecipua christianae fidei capita cognoscenda divina lege et religione teneri extra controversiam est. Haec autem cum a doctoribus scripto et lectione ac verbo contionis habeantur, a rudioribus et legendi ignaris verbo tantum, fit frequenter, ut vel minus intelligantur vel memoria excidant et plerique (quod sane dolendum est) solo christiani nomine glorientur. Quare prudenter a s. concilio Tridentino cautum est sess. 25, ut qui praesunt, tanquam sapientibus et insipientibus iuxta Apostolum debitores, imaginum simulacris et veluti quibusdam rerum ipsarum notis, rudes indoctorum oculos religione informent. Sic enim habet: „Illud vero diligenter doceant episcopi, per historias mysteriorum nostrae redemptionis picturis vel aliis similitudinibus expressas erudiri et confirmari populum in articulis fidei commemorandis et assidue recolendis.“ Cuius vestigiis insistentes, ut multis commodaremus, libellum hunc picturis et imaginibus divitem, Romano multo illustriorem, in lucem emisimus; in quo ita res fidei digessimus, ut, quoad fieri posset, historiis quibusdam s. scripturae accomodaremus, uno eodemque ut labore et fides et historia hauriretur. Adiecta autem est singulis picturis rei propositae ad D. Petri Canisii de Soc. Iesu Christianas Institutiones explicatio, quod is libellus docendo et instruendo perutilis pene omnium manibus teratur et ne desit peritioribus argumentum eos iuvandi, qui litterarum signa non cognoscunt. Faxit Deus, opera ut haec nostra illis prosit, quorum gratia suscepta est et his indoctorum libris rudibus principia religionis christianae instillemus. Vale.



Initio docendi sunt christiani formare crucem,
quae est veluti tessera et signum religionis
christianae. Fit autem a fronte in pectus et a
sinistro in dextrum humerum manu aut digitis
deductis dicendo: In nomine Patris
et Filii et Spiritus sancti.
Amen.

Christiana doctrina fide, spe, charitate, sacramentis et officiis iustitiae christianae absolvitur.

CAPUT PRIMUM.

De Fide.

Credendorum summa symbolo apostolorum fere continetur, quod in duodecim articulos distinguitur.

I. Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem caeli et terrae.
II. Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, dominum nostrum.
III. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine.
IIII. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus.
V. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis.
VI. Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.
VII. Inde venturus est iudicare vivos et mortuos.
VIII. Credo in Spiritum sanctum.
IX. Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem.
X. Remissionem peccatorum.
XI. Carnis resurrectionem.
XII. Vitam aeternam. Amen.

Gen. 1

ARTICULUS I.

Credo in Deum Patrem omnipotentem,
creatorem caeli et terrae.

Primam in deitate personam ostendit, Patrem caelestem, qui ex nihilo cuncta produxit, visibilia et invisibilia.

Matth. 17, 1-13 2 Petr. 1, 17 sq.

ARTICULUS II.

Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, dominum nostrum.

Commonstrat secundam in deitate personam, Iesum Christum, Filium Dei naturalem, unicum, ab aeterno genitum, Patri consubstantialem, dominum et redemptorem nostrum.

Luc. 1,28-38 et 2,6-14

ARTICULUS III.

Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine.

Proponit mysterium dominicae incarnationis, quia idem De Filius humanam naturam virtute Spiritus sancti ex Maria virgine illibata assumpsit.

Matth.

Matth. 26, 36-75 et 27, 1-32

ARTICULUS IIII, 1.

Passus sub Pontio Pilato.

Tractat mysterium redemptionis humanae; nam idem Dei Filius secundum humanam naturam extrema est passus pro nobis, in crucem suffixus, in cruce mortuus et deinde sepultus.

Matth.

Matth. 27. 33-66



ARTICULUS IIII, 2.

Crucifixus, mortuus et sepultus.

Eph.

Eph. 4,9 Matth. 28,2-4

ARTICULUS V.

Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis.

Complectitur resurrectionis Christi mysterium, qui secundum animam patres e limbo liberaturus descendit, tertio vero post mortem die resumpto corpore vi propria factus est redivivus.

Act. 1, 2. 9 Marc. 16, 19

ARTICULUS VI.

Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.

Affert mysterium gloriosae ascensionis Christi, qui transivit ex hoc mundo et caelos sua virtute ascendit et in aeterna Patris gloria super omnia est collocatus.

Joan. 5, 25. 29 Matth. 25, 46

ARTICULUS VII.

Inde venturus est iudicare vivos et mortuos.

Demonstrat extremum iudicii diem, quando Christus humana in carne rursus descendet ac tremendum aget iudicem, reddens unicuique secundum opera sua.

Act. 2, 1-4

ARTICULUS VIII.

Credo in Spiritum sanctum.

Exhibet tertiam in deitate personam, Spiritum sanctum, qui ex Patre Filioque procedens, verus Deus, cum utroque simul adoratur et conglorificatur.

Eph. 5, 23-27

ARTICULUS IX, 1.

Sanctam ecclesiam catholicam.

Docet quatuor de ecclesia credenda. 1. Esse unam in uno capite, fide, sacramentorum doctrina. 2. Esse sanctam a Christo, cui coniungitur, sanctificatam. 3. Esse catholicam toto orbe diffusam. 4. In ea communionem sanctorum, vivorum vel mortuorum, qui orationibus et meritis se mutuo iuvant.

Eph. 5, 27

ARTICULUS IX, 2

Sanctorum communionem.

Matth.

Matth. 28, 18 1 Petr. 3, 21 Matth. 18, 11-13. 18 Act. 2, 38

ARTICULUS X.

Remissionem peccatorum.

Offert praesentem Dei gratiam omnibus, ne quis in ecclesia catholica perseverans de venia peccatorum consequenda desperet.

Ezech.

Ezech. 37, 4-14

ARTICULUS XI.

Carnis resurrectionem.

Mortuos omnes ad vitam in novissimo iudicii
die excitandos asserit, ut recipiat unus-
quisque prout gessit in suo
corpore, sive bonum
sive malum.

Matth.

Matth. 19, 28 sq. et 25, 34. 46

ARTICULUS XII.

Et vitam aeternam. Amen.

Immortalem et beatam vitam ostendit, fidei et virtutis praemium, credentibus et obtemperantibus Christo destinatum.

C CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

De spe et oratione dominica et angelica ad Virginem matrem salutatione.

SEPTEM PETITIONES ORATIONIS DOMINICAE.

I. Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum.
II. Adveniat regnum tuum.
III. Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra.
IIII. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
V. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
VI. Et ne nos inducas in tentationem.
VII. Sed libera nos a malo. Amen.

SALUTATIO ANGELICA.

Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui Iesus. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus. Amen.

Matth.

Matth. 6, 9-13

PETITIO I.

„Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum.“

Petimus semper et ubique in nobis et aliis promoveri cognitionem, timorem, amorem, honorem et cultum aeternae maiestatis et quicquid ad summi optimique Patris gloriam spectat.

PETITIO II.

„Adveniat regnum tuum."

Petimus gloriam regni caelestis aeternaeque
felicitatis nobis donari, ut cito cum
Christo in aeternum
regnemus.

Luc. 22, 42 ssq.

PETITIO III.

„Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra."

Petimus divinae gratiae nobis opem adesse, ut
Patris voluntatem in terra, sicut beati
omnes in caelo faciunt, sincere,
alacriter et constanter
adimpleamus.

PETITIO IIII.

„Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.“

Petimus suppeditari nobis, quae ad vitam sive corporis sive animi fovendam et sustentandam spectant: ut victum et vestitum, verbum Dei et ecclesiae sacramenta.

Luc. 15, 11-32

PETITIO V.

„Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris."

Petimus veniam ac remissionem peccatorum, parati vicissim remittere, quod in nos alii peccaverint.

PETI-

PETITIO VI.

„Et ne nos inducas in tentationem."

Petimus in hac tanta vitae imbecillitate divina virtute fulciri atque adversus mundum, carnem daemonemque defendi, ne quocunque modo tentationi succumbentes, peccato consentiamus.

PETI-

PETITIO VII.

„Sed libera nos a malo. Amen."

Petimus Dei benignitatem, qua ipse nos liberet et vindicet a miseria tum corporis tum animi, sive in hac vita, quoad saluti nostrae congruit, sive in futura.

Luc.

Luc. 1, 26-38

„Ave“ Maria „gratia plena, Dominus tecum.“

Hac salutatione angelica s. Elisabethae et ecclesiae discimus eximias dotes et laudes b. Virginis, quod amplissimis donis referta eadem sit virgo et mater domini nostri Iesu Christi, inter omnes mulieres benedicta, inventrix et genitrix gratiae.

D CAPUT

CAPUT TERTIUM.

De charitate et decalogi praeceptis decem ac quinque ecclesiae praeceptis praecipuis.

Decem Decalogi Praecepta.

I. „Ego sum dominus Deus tuus.“ ‚Non habebis deos alienos coram me; non facies tibi sculptile, ut adores illud.‘
II. „Non assumes nomen domini Dei tui in vanum.“ ‚Nec enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen domini Dei sui frustra.‘
III. „Memento, ut diem sabbati sanctifices.“
IIII. „Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi.“
V. „Non occides.“
VI. „Non moechaberis.“
VII. „Non furtum facies.“
VIII. „Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.“
IX. „Non concupisces uxorem proximi tui.“
X. ‚Non domum, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum et universa, quae illius sunt.‘

Ex. 32, 19 ssq.
Moyses ob idololatriam tabulas confringit et populum castigat.

PRAECEPTUM I.

„Ego sum dominus Deus tuus.“ ‚Non habebis deos alienos coram me; non facies tibi sculptile ut adores illud.‘

Prohibet idololatriam, artem magicam, observationes superstitiosas, omnem denique cultum impium requiritque, ut unum Deum credamus, colamus et invocemus.

Lev. 24, 16
Blasphemus lapidatur.

PRAECEPTUM II.

„Non assumes nomen domini Dei tui in vanum."

Vetat abusum divini nominis et irreverentiam, quae committitur a periuris, blasphemis, per Deum, sanctos vel creaturam aliquam, absque gravi causa, veritate ac reverentia iurantibus.

Num. 15,32-36
Colligens ligna in die sabbati, lapidibus obruitur.

PRAECEPTUM III.

„Memento, ut diem sabbati sanctifices."

Vult sabbatum seu diem festum in ecclesia
piis operibus celebrari, adeundo
templum, audiendo missam
et servilia opera hoc
tempore interdicit.

Gen. 9, 21-27
Cham patris Noë nuditatem irridens maledicitur.

PRAECEPTUM IIII.

„Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram.“

Iniungit, ut parentibus reverentiam, obedientiam opemque praestemus et omni officii genere illis satisfaciamus.

D 5 2 Reg.

2 Reg. 20, 9 sq. et 3 Reg. 2, 32
Ioab Amasiam dolo occidit et iubetur a Salomone interfici.

PRAECEPTUM V.

„Non occides."

Prohibet vim externam, caedem et iniuriam omnem, quae corpori et vitae proximi afferri posset.

Num.

Num. 25, 6
Ingressus ad scortum Madianitiden a Phinees occiditur.

PRAECEPTUM VI.

„Non moechaberis."

Vetat fornicationem, adulterium et obscoenos illegitimosque concubitus, tum quicquid honestati et ingenuo pudori adversatur.

Ios.

Iosue 7, 21-25
Lapidatur Achan ob furtum.

PRAECEPTUM VII.

„Non furtum facies."

Cavetur omnis rei alienae illicita contrectatio
et usurpatio, ut fit in furto, rapina,
usura lucris iniustis, dolis
malis et iniquis
contractibus.

Dan.

Dan. 13, 49-62
Senes lapidantur ob falsum in Susanna testimonium.

PRAECEPTUM VIII.

„Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium."

Interdicitur testimonium falsum, mendacium et omnis linguae contra proximum abusus.

2 Reg. 11 et 12
David graviter corripitur a Nathan propheta ob adulterium.

PRAECEPTUM IX.

‚Non concupisces uxorem proximi tui.‘

Vetat concupiscentiam alienae uxoris.

3 Reg. 21,19-26
Achab severe ab Helia reprehenditur ob ereptam vineam Naboth.

PRAECEPTUM X.

‚Non domum, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum et universa, quae illius sunt.‘

Prohibet concupiscentiam rei alienae, ad quam appetendam ne voluntate quidem ferri debemus.

Haec et similia ecclesiae praecepta fidem, humilitatem et oboedientiam christianam exercent, cultum divinum alunt, honestam disciplinam conservant et salutem nostram promovent.

PRAE-

PRAECIPUA QUINQUE ECCLESIAE PRAECEPTA

I. Statutos ecclesiae festos dies celebrato.
II. Sacrum missae officium diebus festis reverenter audito.
III. Indicta certis diebus ieiunia et a quibusdam cibis abstinentiam observato.
IIII. Peccata tua sacerdoti proprio, aut alteri cum eius facultate, singulis annis confitetor.
V. Sacrosanctam eucharistiam, ut minimum semel in anno, idque circa festum Paschae, sumito.

CAPUT QUARTUM.

DE SACRAMENTIS,
quae sunt septem.

I. Baptismus
II. Confirmatio } non possunt iterari.
III. Eucharistia.
IIII. Poenitentia.
V. Extrema unctio.
VI. Ordo — non iteratur.
VII. Matrimonium.

Quae omnia a Deo et Christo domino sunt instituta et ceu vasa quaedam sacra divini Spiritus gratiam, quam significant, continent ac rite suscipientibus conferunt, adversus peccatum praesentissima remedia.

I. BAP-

I. BAPTISMUS.

Huius figura fuit baptizatus a Ioanne Christus, tunc enim sanctificatae sunt aquae. Matth. 3, 16 sq.

Hoc sacramento spiritualiter renascimur et, peccatorum remissione plena accepta, in filios Dei adoptamur haeredes vitae caelestis.

II. CONFIRMATIO.

Apostoli baptizatis imponebant manus et accipiebant Spiritum sanctum. Act. 8, 17.

Confertur hoc sacramento gratia et robur Spiritus additur ad firmiter credendum et nomen Domini confitendum.

III. EUCHA-

III. EUCHARISTIA.

Istius sacramenti figura fuit manna. Ex. 16,13-22.

Hoc sacramento Christus verus Deus et homo continetur datque digne suscipientibus gratiam.

IV. POENI-

IV. POENITENTIA.

Huius figura fuit leprosi mundati sacerdoti facta ostensio.
Lev. 14, 2-32

Hoc sacramento, quod tribus partibus constat,
contritione seu animi dolore, confessione
sive peccatorum coram sacerdote
explicatione et satisfactione seu
punitione criminum, peccata
post baptismum admissa
remittuntur.

V. EXTRE-

V. EXTREMA UNCTIO.

Apostoli ungebant oleo multos aegros et sanabantur
in signum sacramenti futuri.
Marc. 6, 13

Hoc sacramento relevantur aegri, ut felicius
ex hac vita emigrent et corpora,
si ita expedit, sanitati
restituuntur.

VI. ORDO.

Forma quaedam et typus sacramenti istius fuit Aaronis consecratio, vestitus et inunctio.
Ex. 29,5-10

Ordine confertur potestas sacerdotibus aliisque ecclesiae ministris ad ecclesiastica munia rite obeunda.

VII. MATRIMONIUM.

Sacramenti huius imago fuit Adami et Evae in paradiso a Deo coniunctio. Gen. 2, 22 ssq. Cui Matth. 19, 4 ssq. addita fuit sanctificatio.

Ineunt vir et mulier hoc sacramento individuam vitae societatem, gratia donantur, ut soboles christianae suscipiantur et educentur et incontinentiae peccatum evitetur.

CAPUT QUINTUM.

DE OFFICIIS IUSTITIAE CHRISTIANAE,

quae sunt duo: Declina a malo seu peccato et fac bonum sive officium iustitiae.

SEPTEM PECCATA CAPITALIA.

I. Superbia.
II. Avaritia.
III. Luxuria.
IIII. Invidia.
V. Gula.
VI. Ira.
VII. Acedia.

I. SUPER-

I. SUPERBIA.

Ob hoc peccatum Lucifer cum angelis suis apostaticis ex caelo in infernum est deiectus.
Is. 14, 11-15 Luc. 10, 8.

II. AVARITIA.

Ananias et Saphira eiusdem uxor ob fraudatum pretium
agri morte subita sunt correpti.
Act. 5, 1-11.

III. LUXURIA.

Zambri cum Cozbi Madianitide fornicatus a Phinees interficitur una cum scorto.
Num. 25, 6-8.

IIII. INVI-

IIII. INVIDIA.

Invidentes Iosepho fratres eius vendiderunt eum Madianitis XX argenteis.
Gen. 37, 28.

V. GU-

V. GULA.

Nabal ebrius nimis, a Domino percussus, post decem dies mortuus est.
1Reg. 25, 36-38.

VI. IRA.

VI. IRA.

Cain iratus Abelis fratris sacrificio Deo accepto eum interfecit. Gen. 4, 4. 5. 8.

VII. ACEDIA.

Usquequo piger dormies?
Usquequo de somno consurges?
Prov. 6, 9.

SEX PECCATA IN SPIRITUM SANCTUM.

I. Praesumptio de misericordia dei vel de impunitate peccati.
II. Desperatio.
III. Agnitae veritatis impugnatio.
IIII. Fraternae charitatis invidentia.
V. Obstinatio.
VI. Impoenitentia.

I. PRAE-

I. PRAESUMPTIO DE MISERICORDIA DEI VEL IMPUNITATE PECCATI.

Antiochus post multas caedes in Iudaeos revertebatur ex Perside et spirans animo in Iudaeos, curans accelerari negotium, excussus est ex curru et graviter collisus plaga admonitus orabat Deum, a quo misericordiam non erat consecuturus.
2 Macc. 9, 4-13.

II. DESPERATIO.

Cain post fratrem Abel interfectum maiorem existimans iniquitatem suam, quam ut veniam mereretur, eiectus a facie Domini vagusque et profugus desperat.
Gen. 4, 13-16.

III. AGNITAE VERITATIS IMPUGNATIO.

Elymas magus resistens veritati et quaerens avertere proconsulem a fide, percussus est caecitate et circumiens quaerebat, qui sibi manum daret.
Act. 13, 8-11.

IIII. FRATERNAE CHARITATIS INVIDENTIA.

Ioab Amasam mento apprehendens, quasi osculaturus ut fratrem, percussit et effudit intestina eius, ne esset magister militiae, qui etiam postea iussu Salomonis interemptus est.
2 Reg. 20, 9 sq.
3 Reg. 2, 32.

V. OBSTI-

V. OBSTINATIO.

Pharao obdurato corde nihil permotus variis Aegypti plagis persequens Iudaeos per mare siccum, redeuntibus aquis, cum toto exercitu submergitur.
Ex. 14, 4-28.

VI. IMPOE-

VI. IMPOENITENTIA.

Dives epulo indutus purpura et bysso epulabatur quotidie
splendide, qui negans Lazaro mendico micas,
quae sub mensa cadebant, mortuus est im-
poenitens et sepultus in inferno.
Luc. 16, 19-22.

QUA-

QUATUOR PECCATA IN CAELUM CLAMANTIA.

I. Homicidium voluntarium.
II. Peccatum sodomiticum.
III. Oppressio pauperum, viduarum atque pupillorum.
IIII. Merces operariorum defraudata.

I. HOMI-

I. HOMICIDIUM VOLUNTARIUM.

Cain ob sacrificium Deo acceptum invidens fratri suo
Abel eductum in agrum interfecit.
Gen. 4, 4-8.

II. PECCATUM SODOMITICUM SEU CONTRA NATURAM.

Sodomitae pessimi erant, natura abutentes; quare pluit
Dominus super Sodomam et Gomorrham sulphur
et ignem a Domino de coelo, educto
Loth cum uxore et filiabus.
Gen. 19.4-25.

III. OPPRESSIO PAUPERUM, VIDUARUM ATQUE PUPILLORUM.

Achab consilio Iezabelis curat lapidari Naboth falso accusatum, ut eius vineam possideat.
3 Reg. 21, 1-16.

IIII. MERCES OPERARIORUM DEFRAUDATA.



Saul Davidi vi abstraxit filiam Michol uxorem, quam sibi centum Philisthinorum praeputiis desponderat. 1 Reg. 18 et 19.

TRIPLICIA OPERUM BONORUM GENERA.

I. Ieiunium.
II. Eleemosyna seu misericordia.
III. Oratio.

„Bona est oratio cum ieiunio et eleemosyna.“
Tob. 12, 8.

I. IEIU-

I. IEIUNIUM.

‚Christus, postquam ieiunasset quadraginta diebus et noctibus, ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo.' Matth. 4,1sq.

Ieiunare est certis diebus iuxta ecclesiae praescriptum carnibus abstinere et una cibi refectione in die contentum esse.

II. ELEEMOSYNA SEU MISERICORDIA.

Habacuc propheta ab angelo capillo capitis sublatus, pulmentum quod pro messoribus coxerat, tulit Danieli in Babylonem, qui in lacum leonum coniectus erat.
Dan. 14, 35.

Eleemosyna alterius miseriae ex commiserationis affectu, subvenimus.

III. ORA-

III. ORATIO.

Moysis orantis manus sustentabant Aaron et Hur; eoque orante, Israëlitae superabant Amalecitas. Ex. 17, 12.

Oratio est mentis in Deum elevatio, qua Deo benedicimus, bona petimus vel mala deprecamur.

Dupli-

Duplicia sunt eleemosynae seu misericordiae genera: corporalia et spiritualia.

SEPTEM OPERA MISERICORDIAE CORPORALIA.

I. Esurientes pascere.
II. Potum dare sitientibus.
III. Operire nudos.
IIII. Captivos redimere.
V. Aegrotos invisere.
VI. Hospitio peregrinos suscipere.
VII. Mortuos sepelire.

Corpo-

Corporalia.

I. ESURIENTES PASCERE.

Abdias centum prophetas absconsos in speluncis pavit pane et aqua. 3 Reg. 18, 4.

II. POTUM

II. POTUM DARE SITIENTIBUS.

Moyses percutiens petram Horeb eduxit aquas et populo sitienti potum dedit.
Ex. 17, 6.

J III. OPERIRE

III. OPERIRE NUDOS.

Tobias dividens de facultatibus suis nudis vestimenta praebebat. Tob. 1, 19 sq.

IIII. CAPTIVOS REDIMERE.

Abraham cum trecentis decem et octo vernaculis hostes persequitur, Loth captum cum caeteris liberat, a Melchisedech rege Salem benedicitur.
Gen. 14, 14. 16. 19.

V. AEGROTOS INVISERE.

Ioseph audiens patrem aegrotare, assumptis filiis eum invisit. Gen. 48,1.

VI. HOSPITIO PEREGRINOS SUSCIPERE.

Abraham cucurrit in occursum trium virorum apparentium
sibi, eosque suscipiens, cibis refecit.
Gen. 18, 2-8.

I 5 VII. MOR-

VII. MORTUOS SEPELIRE.

Tobias mortuis atque occisis sepulturam solicitus exhibebat. Tob. 1,20.

SEPTEM

SEPTEM OPERA MISERICORDIAE SPIRITUALIA.

I. Peccantes corrigere.
II. Ignorantes docere.
III. Dubitantibus recte consulere.
IIII. Pro salute proximi deum orare.
V. Consolari moestos.
VI. Ferre patienter iniurias.
VII. Offensionem remittere.

I. PECCAN-

I. PECCANTES CORRIGERE.

David a Nathan propheta ob adulterium et homicidium corripitur. 2 Reg. 12,1-14.

II. IGNO-

II. IGNORANTES DOCERE.

Ioannes turbas ad poenitentiam exhortatur.
Matth. 3,1-12.

III. DUBI-

III. DUBITANTIBUS RECTE CONSULERE.

Christus adolescenti de via ad regnum caelorum quaerenti
respondet, ut venditis possessionibus se
sequatur. Matth. 19, 21.

IIII. PRO SALUTE PROXIMI DEUM ORARE.

Abraham pro salute Sodomae orat.
Gen. 18, 22-32.

V. CONSOLARI MOESTOS.

Christus consolatur claudos et caecos.
Matth. 15, 30 et 21, 14.
Elcana solatur Annam uxorem sterilem.
1 Reg. 1, 8.

VI. FERRE PATIENTER INIURIAS.

Christus osculum praebet Iudae proditori.
Luc. 22, 47 sq.

Iob uxoris maledicta patienter suffert.
Iob 2, 10.

VII. OFFENSAM REMITTERE.

Christus orat pro crucifigentibus et remittit offensam. Luc. 23, 34.

Stephanus pro lapidantibus Deum precatur, ut iis peccatum condonet. Act. 7, 59.

K 5 SEPTEM

SEPTEM SUNT VIRTUTES
PRAECIPUAE.

THEOLOGICAE TRES:

Fides.
Spes.
Charitas.

CARDINALES QUATUOR:

Prudentia.
Iustitia.
Temperantia.
Fortitudo.

FIDES.

FIDES.

Fide Abraham obtulit unigenitum Isaac.
Gen. 22, 10-13.

SPES.

SPES.

Gedeon spe armatus cum trecentis viris, tubis clangentibus
et manu lagenas lampadibus mediis gestantibus,
devicit castra Madianitarum.
Iud. 7, 16-23.

CHARI-

CHARITAS.

Propter nimiam charitatem suam Deus convivificavit nos
Christo, cuius gratia salvati sumus.
Ephes. 2, 4 sq.

PRUDEN-

PRUDENTIA.

Salomon summa prudentia aenigmata a regina Saba proposita dissolvit, ea obstupescente.
3 Reg. 10, 1-10.

L IUSTI-

IUSTITIA.

Salomon causam duarum meretricum examinat et matri vivum puerum adiudicat.
3 Reg. 3, 16-27.

TEMPERANTIA.

Daniel magna temperantia cibum regium recusat et cum sociis leguminibus vescitur.
Dan. 1, 8-16.

FORTITUDO.

Samson fortissimus catulum leonis ferocissimum sibi occurrentem dilaceravit.
Iudic. 14, 5 sq.

SEPTEM DONA SPIRITUS SANCTI.

I. Donum sapientiae.
II. Donum intellectus.
III. Donum consilii.
IIII. Donum scientiae.
V. Donum fortitudinis.
VI. Donum pietatis.
VII. Donum timoris domini.

I. DONUM

I. DONUM SAPIENTIAE.

Salomon sapientissimus duarum meretricum super utriusque filio controversiam definit.
3 Reg. 3, 24-27.

II. DONUM INTELLECTUS.

Ioseph Pharaoni somnia septem boum pulchrarum et crassarum totidemque foedarum et macilentarum, item septem spicarum plenarum et septem tenuium interpretatur. Gen. 41, 25-36.

III. DONUM

III. DONUM CONSILII.

Daniel Nabuchodonosor regi consulit, ut peccata eleemosynis redimat et iniquitates misericordiis pauperum, ut ignoscat delictis iramque avertat Deus.
Dan. 4, 24.

IIII. DONUM

IIII. DONUM FORTITUDINIS.

Samson mandibula asini interficit mille Philistios.
Iudic. 15, 15-19.

V. DONUM

V. DONUM SCIENTIAE.

Petrus s. Spiritu plenus, habita ad plebem contione, tria millia ad fidem convertit.
Act. 2, 14-41.

M VI. DONUM

VI. DONUM PIETATIS.

Cain de fructibus terrae, Abel de primogenitis gregis et adipibus eius munera Deo offerunt.
Gen. 4, 4.

VII. DONUM TIMORIS DOMINI.

Iob timens Dominum sanctificabat filios et offerebat holocausta per singulos dies, ne forte in conviviis peccassent. Iob 1,1.5.

M 3 OCTO

OCTO BEATITUDINES.

MATTHAEI 5, 3-10.

I. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.
II. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.
III. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
IV. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.
V. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.
VI. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.
VII. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.
VIII. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.

I. BEATI

I. BEATI PAUPERES SPIRITU, QUONIAM IPSORUM EST REGNUM CAELORUM.

Iob, amissa omni substantia, insuper et interfectis liberis, spiritu pauper. „Nudus" inquit „egressus sum de utero matris meae et nudus revertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit."
Iob 1, 13-21.

II. BEATI MITES, QUONIAM IPSI POSSIDEBUNT TERRAM.

Moyses hominum mitissimus, iurganti Aaron et Mariae super uxore Aethiopissa, noxam remittit et pro Maria sorore, lepra a Domino percussa, Deum exorat. Num. 12,3-13.

III. BEATI QUI LUGENT, QUONIAM IPSI CONSOLABUNTUR.

Mulier, quae erat in civitate peccatrix, in domo Pharisaei lachrimis Christi pedes rigat et capillis tergit, cui remissa sunt multa peccata, quia dilexit multum. Luc. 7, 37. 38. 47.

IIII. BEATI

IIII. BEATI QUI ESURIUNT ET SITIUNT IUSTITIAM, QUONIAM IPSI SATURABUNTUR.

Maria et Ioseph, exactis purgationis diebus, iustitia legis inducti, puerum sistunt Domino offerentes par turturum. Luc. 2, 22 ssq.

V. BEATI

V. BEATI MISERICORDES, QUONIAM IPSI MISERICORDIAM CONSEQUENTUR.

Tobias, prout poterat, dividebat propinquis de facultatibus suis, monita salutis dabat, esurientes alebat, nudis vestimenta praebebat, mortuis atque occisis sepulturam. Tob. 1, 19 sq.

VI. BEATI

VI. BEATI MUNDO CORDE, QUONIAM IPSI DEUM VIDEBUNT.

Orantibus Tobia et Sara, iniectoque super carbones vivos iecore piscis, Raphael angelus apprehendit daemonium et religavit illud in deserto superioris Aegypti. Tob. 8,2 sq.

N VII. BEATI

VII. BEATI PACIFICI, QUONIAM FILII DEI VOCABUNTUR.

Abigail Davidi, irato Nabal, cum muneribus occurrit eumque placat. 1 Reg. 25, 18-35.

VIII. BEATI QUI PERSECUTIONEM PATIUNTUR PROPTER IUSTITIAM, QUONIAM IPSORUM EST REGNUM CAELORUM.

Stephanus plenus Spiritu sancto, libere Filium hominis, salvatorem profitens, propter iustitiam lapidatur. Act. 6,5 et 7,58 sq.

TRIA PRINCIPALIA
EVANGELICA CONSILIA.

I. Paupertas voluntaria.
II. Castitas perpetua.
III. Obedientia integra, quae propter Deum homini religiose exhibetur.

Quae Christus evangelicae perfectionis absolutum exemplar non verbo tantum docuit, sed etiam exemplo vitae suae sanctissimae confirmavit.

SI VIS

Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quae habes et da pauperibus et veni sequere me.
Matth. 19, 21.

Sunt eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum caelorum. Matth. 19, 12.

Si quis vult venire post me, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me.
Matth. 16, 24.

QUATUOR HOMINIS NOVISSIMA:

De quibus Sapiens: „In omnibus operibus tuis memorare novissima tua et in aeternum non peccabis."
Eccle. 7, 40.

I. Mors.
II. Iudicium.
III. Infernus.
IIII. Regnum caelorum.

I. MORS.

I. MORS.

Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium. Heb. 9, 27.

II. IUDICIUM.

Cuncta quae fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, sive bonum sive malum sit.
Eccle. 12, 14

III. INFER-

III. INFERNUS.

Ibi fletus et stridor dentium.
Matth. 8. 12
Ibi eorum vermis non moritur et ignis non exstinguitur. Marc. 9, 43. 45. 47
Ibi terra tenebrosa et operta mortis caligine, umbra mortis et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Iob 10, 21 sq.

IIII. REGNUM

IIII. REGNUM CAELORUM.

Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quae praeparavit Deus iis, qui diligunt illum. 1 Cor. 2, 9.

Salve

Salve regina, mater misericordiae. Vita, dulcedo et spes nostra, salve. Ad te clamamus exules filii Evae. Ad te suspiramus, gementes et flentes in hac lachrymarum valle. Eia ergo advocata nostra; illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Iesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.
O clemens, o pia, o dulcis virgo Maria.

O AP-

APPROBATIO.

Hae Institutiones christianae seu Parvus catechismus catholicorum, praecipua christianae pietatis capita complectens, primum quidem a P. Ioanne Baptista Romano Societatis Iesu in gratiam rudiorum et idiotarum iuxta Tridentini concilii sess. 25. imaginibus distinctus, nunc vero aereis formis ad D. Petri Canisii Societatis Iesu theologi Institutiones expressus, quod s. catholicae Rom. ecclesiae religioni, aut regiae maiestati contrarium sit vel offendat, continet nihil, sed propter libelli utilitatem dignissimus et necessarius est, ut et imprimatur atque ab omnibus discatur. Datum Antverpiae in nostris aedib. 5. Kalend. Mart. Anno 1589.

D. Henricus Zebertus Dungaeus, s. theologiae doctor, canonicus cathedralis ecclesiae b. virginis Mariae, librorum censor.

SUMMA PRIVILEGII.

PHILIPPI II. Hispaniarum regis, Brabantiae ducis, etc. Privilegio cautum est, ne quis intra annos sex libellum, cuius inscriptio est: Institutiones christianae seu Parvus catechismus catholicorum, praecipua christianae pietatis capita complectens, primum quidem a P. Ioanne Baptista Romano Societatis Iesu in rudiorum et idiotarum gratiam, iuxta s. concilii Tridentini decretum sess. 25. imaginibus distinctus, nunc vero aereis formis ad D. Petri Canisii S.I. Institutiones eleganter expressus: citra consensum Christophori Plantini, architypographi regii, ullo modo imprimat, aut alibi impressum in suas ditiones importet venalemve exponat, sub poena sex Caroleorum pro unoquoque exemplari solvenda fisco regio. Ut latius patet in litteris datis Bruxellae, 7. Aprilis, Anno 1589.

Signat.

J. de Witte.

ANTVERPIÆ EXCUDEBAT SIBI ET
PHILIPPO GALLÆO CHRISTOPHORUS
PLANTINUS, ARCHITYPOGRAPHUS
REGIUS, ANNO M.D.LXXXIX.

H

30,-

02-22 STD ECO
8 032919 996824
www.colibrisystem.com

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 065708171